f ¶ Hoc ius porrectũ. Circa matertã huius auť. vide Ale. cõſi. iij. in iij. vol. Quid autẽ ſi eſſet aliqs prælatus non habens capitulũ qualiter debeat ſolẽniter alienare, vide Ro. conſil. xxxvj. Qũ aũt in dubio pſumať contractus factus in vtilitatẽ eccłiæ: vide Bal. ĩ c. j. i iij. col. q feu. da. poſ. de quo etiã j. Itẽ an iſta auť. ſit canonizata, an & quãdo conſuetudo poſsit alterare ſolennitatẽ in alienatione rei eccłiaſticæ: vide p Feli. in c. cũ cãm. in iij. & ſe. co. extra, de re iudic. Deci. in ca. j. col. j. de conſue. Itẽ an ſubſiſtente maxima neceſsitate poſsit pĩlatus alienare bona eccłiæ ꝓhibita alienari ſine debitis ſolennitatibus: vide Pau. de Elea. in v. q. incip. in Chriſti noĩe. in iiij. col. in princi. & in pe. col. & poſtea in fi. illius q. vbi ponit cõcluſionẽ. Et an cõſuetudo poſsit altera re ſolẽnitates requiſitas in alienatione rei eccłiæ: vide latè Iaſ. in l. de qbꝰ. in xvij. & xviij. col. ff. de legib. Itẽ cp vbi interuenerunt debitæ ſolennitates, pſumať cõtractꝰ factus in vtilitatẽ eccłiæ qñ in teruenerũt debitæ ſolennitates: vide Iaſ. in c. j. in ij. col. & ſeq. qui feu. da. poſ. An autem cõtractꝰ alienationis factus cũ ſolennitatibus debitis ſit validus mero iure, ſi non ſubſit cã legitima, vide Fel. in c. quæ in ec-

5 ¶ Cauſis breuioribꝰ. Et iſtud tenet etiã do. Matheſi. in ſuis nota. in j. no. Et ita dicit limitari debere not. per Inn. in d. c. cũ à nobis. Qñ aũt dicať eſſe plenè ꝓbatũ in iſtis breuioribus cauſis: vide per eundẽ do. Mathe. in ij. nota. & dixi poſt Bar. ĩ auť. niſi breuio- e res. j. de ſen.

✠ POMATES.

c ¶ Breuioribus. Iſtã doctrinã Bart. reprobat Matheſi not. ſuo primo. & Barb. conſi. lix. col. vij. vol. j.

d ¶ Põt cõcedi. Et an iſte cõtractꝰ ſit notatus: vide Bald. in rub. C. de rerũ permu. Et dũ text. hic in fi. dicit, quod ab eccleſiaſticis perſonis poteſt vendi cari.

ADDE in ſimili text. in c. ſi qs presbyterorum, extra, de re. eccle.

5 ciat l.cũ pr̃.§.pe.ff.de leg.ij.Sed rñdeo,hic mẽs l. † eſt certa: ibi
mens teſtatoris incerta;vt l.nec em̃.ff.de ſol.& qd̃ ibi not. Alij
dicũt q̃ hic eſt ſpãle fauore eccleſiæ;vt prius cõputẽtur in ſor-
tẽ,q̃ in vſuras.tene primã.Procedo vlterius hic q̃ro qd eſt hoc
6 dictũ q̃ hic dr̃,vſq̃ ad quartã cẽteſimæ.Gl.dicit † vt ĩ fine anni
nõ habeat ꝓ vſuris,niſi inq̃tũ eſt quarta pars ſortis. Venio ad
7 quartã particulã.dr̃ hic:q̃ no.ex hac pte q̃ in alienatiõe rei ec-
cleſiæ regrit̃ †authoritas ſupioris,hoc eſt eius,q in dicta eccl'ia
8 ordinat rectorẽ.Et ꝓ hoc habes q̃ ſi eccl'ia ſubeſt vni Abbati,
9 †ſufficit authoritas illi⁹ Abbatis [a] ,nec regrit̃ authoritas Epi.
a Hoc tenet Io.an.in ti.de reb.ecc.nõ alie.c.hoc cõſultiſsimo. in
p vj.qd̃ tene mẽti,& nota.No.etiã aliud,q̃ debẽt cõſentire † oẽs
ꝑ modũ ſubſcriptionis.Circa iſtã ptẽ q̃ro:dr̃ hic,q̃ debet iurare
maior ps ibidẽ ſeruiẽtiũ:vtrũ regrit̃ cõſenſus oim familiariũ,et
oim cõuerſorũ,q ſunt in domo? Gl.vr̃ intelligere q̃ regrit̃ con
10 ſenſus ordinariorũ tm̃:hoc eſt,monachorũ. † Itẽ regrit̃ cõſen-
ſus p̃ſentiũ:nõ em̃ debẽt vocari abſentes.Ita tenet gl.hic,& in
corpore de alie.& emphy.vr̃ velle idẽ:& vide hãc glo.quã no.
Quęro vlteri⁹:dr̃ hic q̃ iurẽt debitũ exiſtere.Quid ſi ignorãt?
q̃ ſunt aliq̃ monachi ĩ domo q̃ hoc ignorãt.Gl.dt,q̃ illi iurare
11 nõ coguntur.Itẽ dt q̃ illud,q̃ hic dt.debẽt iurare ſubeſſe.†Nã de
12 bitũ:hoc eſt,ſolutũ nõ eẽ.Nã debitũ †cõuerſum eſſe ĩ vtilitatẽ
eccl'iæ creditor habet ꝓbare,vt hic,in fi.auth.& vide glo.c̃q̃ not.
Quæro:hic,p̃tiũ modis oib⁹ dãdo ꝓ debito:nũqd hoc dẽat fie
ri ꝓ emptorẽ,adeò q̃ ſi nõ appareat p̃tiũ ſolutũ creditori b⁹ eẽ,
13 †nõ valeat vẽditio.Doc.nr̃i ñ tãgũt.Inn.extra,de depo.c.j.itel
b ligit hãc auth.q̃ hoc ptinet ad ſolicitudinẽ iudicis [b] ,q̃ iterponit
authoritatẽ,et cõſenſum huic alienatiõi,ſicut itelligit̃ de reb.e.
l.magis puto.nõ paſsim.& §.ne tñ.Ad ſolicitudinẽ em̃ ẽptoris
nõ ſpectat ſed ſufficit q̃ ſoluat de ſupioris mandato.ſicut dici-
mus in eo q̃ ſoluit minori:vt l.ait p̃tor.§.pmittit̃.ff.de mi. tene
14 ergo †mẽti q̃ ſolũ in creditore repit̃,q̃ debet ꝓbare cõuerſum
in vtilitatẽ creditoris,vt in fi.huius auth.Quæro nunqd ſint aliq̃
caſus,in q̃bus pmittit̃ alienatio.gl.enumerat,& vide & not.eã.
Venio ad quintã partẽ.dicit̃ hic, q̃ inuito creditore dat̃ ſibi in
ſolutũ.Cõtra:aliud ꝓ alio ĩuito creditore ſolui nõ põt:vt l.ij.§.
15 j.ff.ſi cer.pe.& j.de ſol.auth.hoc niſi debitor.So.ſpãle.†eſt in ec
cleſia,q̃ cogit̃ creditor ad recipiẽdũ inuit⁹.Itẽ eſt aliud ſpãle,q̃
cogit̃ recipere rẽ mediocrẽ. Venio ad ſextã partẽ. Dicit̃ hic q̃
debet vẽdi res mediocris inſpecta illi⁹ qualitate,c̃q̃titate,et one
re.Quæro qd eſt hoc dictũ.Gl.intelligit q̃ pro modico debito
16 nõ vẽdit̃ †magna res.Simile no.de diſtra.pi.l.c̃q̃diu.qd̃ facit ad
qõnẽ de executoribus vltimarũ voluntatũ:an poſsint ꝓ modi
co debito vẽdere rẽ magni p̃tij q̃ dic vt dixi plenè in l.alio.de
ali.le. Venio ad vltimã ptẽ.dr̃ hic,q̃ ille itelligat̃ creditor,q ꝓ-
bat id q̃ credit cõuerſum in vtilitatẽ eccl'iæ.Quæro qualr̃ hoc
c ꝓbabit [c] .Gl.ponit hic duo remedia.Primò q̃ ꝓbabit ꝑ cõiectu
ras:vt qa Prelat⁹ eſt diligẽs,et eccl'ia tũc idigebat.ar.ad hoc.ff.
de exer.l.ſi.vide gl.iſtã no.valde.Gl.in auth.de ali.et emphy.§.ſi
verò qs.vñ ptim ſumit̃ iſta auth.vr̃ tenere cõtrariũ,q̃ iſtæ p̃ſum-
17 ptiones nõ ſufficiãt.Quid dicemus? † Vos debetis ſcire q̃ qñq̃
aliqs habet mãdatũ ad recipiẽdũ pecuniã ꝓ alio mutuo ad cer
tã cãm:tũc ſufficit q̃ ille,q̃ recipit,confiteat̃ ad illã cãm ſe rece-
piſſe,licet mẽtiat̃:vt ff.de exer.l.j.§.nõ ãt.ver.ſed & ſi ĩ p̃ſentis.
al's q̃ ſi ĩ p̃tijs.Qñq̃ habet mãdatũ gñale:tũc ñ ſufficit ei⁹ cõfeſ
ſio ad obligãdũ dñm:ſed reqrit̃ ꝓbatio ꝑ p̃ſumptiões. Ita loqt̃
d.l.j.de exer.Qñq̃ nullũ habet ab eo,cui⁹ noie pecuniã recipit
& tũc vr̃ q̃ reqrat̃,q̃ exp̃ſsè ꝓbet̃ pecuniã eſſe cõuerſam in ei⁹
vtilitatẽ:nec ſufficiat cõfeſsio recipiẽtis:vt ff.de ĩ rẽ ver.l.iij.§.
ſed ſi ſic accepit,& ff.ſi cer.pe.l.ciuitas.& ſic vr̃ q̃ melius dicat
gl.q̃ eſt ĩ corpore,c̃q̃ iſta.Scdm modũ ꝓbãdi dat gl.qa pecunia
mutuata fuit p̃lato toto ca.p̃ſente:ar.e.s.l.iubem⁹ nulli.§.ſane
oĩs.vide gl.iſtã & no.eã.Iſtud dictũ vr̃ cõtra hãc.l.iubem⁹ nul-
lã.ĩ prin.ver.ſcilẽter.ibi:nec ẽt ſi oẽs cũ religioſo,&c.Sol.Ibi lo
quit̃ ĩ alienãda re ĩmobili:hic verò ĩ pecunia mutuo accipiẽda.
Quærit gl.qd ſi eſt cõſuetudo in cõtrariũ,qa nõ ſeruant̃ iſtę ſo
lẽnitates.Dicit gl.q̃ iſta cõſuetudo valet.Idẽ tenet in l.de q̃b⁹.
circa fi.& l.ſeq.ff.de legi.Puto q̃ nõ valeat cõſuetudo q̃ eſt cõ
18 tra libertatẽ eccl'ię:†vt dixi.s.e.auth.caſſa.Nã cũ ſit cõceſſum ec
cleſijs ĩ priuilegiũ,vt nõ poſsint alienare ſine hac ſolẽnitate:cõ
ſuetudo,quæ eſſet cõtra libertatẽ eccl'iæ,vt dixi.s.eo.auth.caſſa.
19 Fateor †tñ q̃ iſta ſolẽnitas iſti⁹ auth.non eſt neceſſaria in aliena-

cleſiarum.in j.col.de conſti.Barba.conſi.xl.volu.j.

a ✠P. P A V. P. ¶ Abbatis.Vide Barb.in c.j.in j.& ij.col.de reb.ecc. nõ alie.Gl.
in cle.j.in verbo,pro primo.de reb.eccl.nõ alie.vbi Car.Imol.& Abb.Vide aliqd
per Bal.hic,& Alex.in apoſt.Pau.de Caſt.hic.Abb.in c.ſtatuimus.in j.col.extra,
de tranſac.poſt Inno.ibi vide Angelicã in verbo,alienatio.in ver.ſ.xiij.incip.qa dr̃

tione rerũ eccleſiæ:qa eccl'ia iſtud priuile-
giũ ſibi cõceſſum nõ acceptauit:ſed ſtatuit
aliã ſolẽnitatẽ,in alienatione rerũ q̃ ponit̃.
xij.q.ij.ſine exce.& habetis etiã hoc no.ex
tra,de reb.ec.nõ alie.c.j.lib.vj.Extra gl.vr̃ b
aliqd quærẽdũ.Primò quęro,qd ſi eccleſia
habet noĩa debitorũ:an prius debeãt vẽdi
q̃ immobilia? Videt q̃ nõ: qa vltimo loco
puenit̃ ad noĩa,vt l.à diuo.§.in vẽditione.
20 ff.de re iu.Cõtrariũ †eſt verũ:arg.l.magis
puto.§.ne aũt.de reb.eo.Et iſtud tenẽt do.
Non ob.§.in vẽditione.qa loquit̃ ibi qñ fit
executio ſniæ:quo caſu capi debẽt ea quæ
habẽt faciliorẽ expeditionẽ.Quæro:pone
q̃ eccleſia pignorauit fundũ, eo caſu quo
ſibi licet,vñ creditor ex.l.vult. vendere pi
gnus:vtrũ debebit ſeruare ſolẽnitatẽ huiꝰ
21 l.vel decretaliũ in vẽditione? †Rñ.nõ:imò
liberè poterit vendere,ſicut rẽ minoris,vel
alterius priuati.Tex.eſt no.in l.ſi pupillo-
d rũ [d] .§.j.de reb.eo.Quęro q̃n alienant̃ noĩa
debitorũ,vtrũ debeat ſeruari illa ſolẽnitas
quæ ponit̃ in hac auth.Iſta quæſtio vertitur
22 in hoc,an noĩa debitorũ † cõputẽtur inter c
mobilia,an inter immobilia. Gl. tangit in
auth.de nõ alie.in §.j.dicã in l.j.& ij.j.ſi ad-
e uer.tranſac.Quæro circa fi. [e] huius auth. dr̃ d
hic q̃ creditor debet probare cõuerſum in
23 vtilitatẽ eccleſiæ:vtrũ †hoc habeat locum
in quolibet creditore.Pet.intelligit ſtrictè e
in creditore fœneratitio tm̃,vt hic, & in l.
fi.ſi aduer.cre.Inn.videtur intelligere ſim
pliciter in quolibet creditore mutuãte. ſe-
cus ſi ex alio contractu efficeretur credi-
tor.Nec diſtinguit vtrũ fuerit creditor ex
contractu fœneratitio vel non: vt in d.c.j.
de depoſitio.&c.

SIcut alienatio. Iſta addi- f
dit ad le-
gem.C.&c.

f MVlto magis [f] Proptervnũ ·quodque ta g
le,& illud magis,&c.

1 *Prohibitus alienare in ſuos conſanguineos,an prohi-
beatur accipere.*

2 *Adminiſtrator quando palam & publicè poſsit emere de
bonis illius,cuius eſt adminiſtrator. & nu.3.*

4 *Prælatus alienat res eccleſiæ in cõiunctos ad tempus, non
tamen ad perpetuum.*

5 *Prælatus alienat res eccleſiæ in perpetuum in conſangui-
neos pauperes.*

g QVibuſcunque [g] Iſta re- ·ſpicit ſe
cundam partẽ legis prohibitoriã,
& eſt breuiſsima in ſe.No.mirabilẽ auth.q̃
in caſibus,in quibus alicui permittit̃ alie-
1 nare † ſuis conſanguineis,& ipſe ꝓhibetur
accipere.Cõtra hoc vr̃.j.de contrah.emp.l.
ipſe.Pet.dicit no.ſatis ibi loquit̃ in admini
ſtratore pupillive l adulti,cui ſperat̃ ĩ admi
niſtratiõe ſuccedere,cũ ipſe principalis fa-
ctus erat ætatis legitimæ:hic loquitur qñ
adminiſtrat bona eccleſiæ,q̃ nunc̃q̃ puenit
ad ętatẽ legitimã.Et ita gñaliter intelligit
in quocũc̃q̃ adminiſtratore eius,q̃ ad ætatẽ
legitimã nõ puenit,hoc licet ſit notabile in
ſe,tñ eſt cõtra opi.glo.noſtrarũ poſitarũ in
l.ſi emptione.§.fi.de cõtrahẽ. emp. Dicen-

¶ Solicitudinem iudi
cis. Adde q̃ eo caſu,
quo ꝓhibita eſt alie-
natio,eo caſu erit pro
hibita trãſactio.text.
eſt not.in l.nõ ſolũ.j.
de præd.minorũ.not.
Bar.poſt gl.ibi in l.j.
C.ſi aduer.trãſact.Et
adde q̃ iſtæ ſolẽnita-
tes nõ requirunt̃ ĩ vẽ
dicatione facta à mẽ-
dicãtib⁹, ſecũdũ Bal.
in auth.ſi qua mulier.
ĩ.eo. & hic, in penul.
col.ſed Abb.Sic. poſt
aliosin c.nulli.de reb.
eccl. non alie.tenet q̃
iſtæ ſolẽnitates req̃ſi-
tæ ĩ eccl'ia. habeãt lo-
cũ in oĩ loco pio.& ẽt
Bal.hic. Adde quid ſi
non fuit adhibita cog-
nitio, tñ. alienatio
fiat ex cã ꝓbabili:an vale-
at? Vide Fe.cõſ.cxlij.

¶ Probabit. Et ad
hoc vide Bar.in l.ciui-
tas.ff.ſi cer.pet.

¶ In l.ſi pupillorum.
Adde gl.& Bart.in l.à
diuo pio.§.in execu-
tione.ff.de re iudi.

✠P. P A V. P.
¶ Circa fin.Cautela
ad faciẽdum q̃ credi
tor nõ habeat neceſſe
ꝓbare verſum in vti
litatẽ eccleſiæ, vide ꝑ
Cepol.ccxxxvj.Et in
quib⁹ caſib⁹ requiratꝰ
hæc ꝓbatio,vide Ro.
conſ.ccccxlvj.

✠P. P A V. P.
¶ Multo magis. Nõ
procedit vbi eſt diuer
ſa ratio, vide Ro.cõſ.
ccccxxx.in fi.

✠P. P A V. P.
¶ Quibuſcunq̃.Cir
ca iſtã materiã q̃ iſtæ
formæ & ſolẽnitates
requiſitæ ĩ locationi-
bus rerũ eccl'iæ de cõ
ſuetudine nõ ſeruant̃
Spe.in tit.de locato.§.
nũc aliqua.in ver.vj.
Alex.cõſil.lxxix.inci.
circa primũ de quo q̃
rim?.ĩ ix.col.& eſt de
mẽte Bar.& Ful.ĩ au
thẽ.q ꝛẽ.ĩ.eo. Ange in
auth.de nõ alie.in §.ſci
re autẽ. Vide an talis
conſuetudo valeat a-
poſtillã factã.s.ĩ auth.
hoc ius porrectum.in
prin. Itẽ de ꝟitate ei⁹
q̃ hic no.an poſsit p̃-
lat⁹ ſuis cõſanguineis
infeudare vel dare in
emphyteuſim,vide la
tè Ia.in c.j.q ſeu. dare
poſ.ĩ v.& vj.col.in v.
fal. Vide do.Franc.in
trac.feu.ĩ ij.pte.q.vij.
Barb.cõſi.xvij.in iij.
pte.& in c.vt ſup. de
reb.eccl. non alie. vbi
Abb.tenuit cõtrariũ.
Et idem Abba.conſi.
iij.col.penul.

a ¶ Et prælatis. Et facit an prælati poſsint infeudare agnatis, gl. ſin. ſecundū Bald. in c. j. ſi de inueſti. Iis oriatur inter do. & vaſal. dicit, q̄ de iure non poteſt: licet de conſuetudine ſic. quæ præualet. Sed Bal. ibi dicit, q̄ etiā de iure poſſunt: q̄ñ agnati ſunt idonei: ſicut q̄ñ prælati ſunt executores pauperū, & poſſunt bona diſtribuere cōſanguineis, ſi ſint pauperes; alias ſecus, iuxta gl. in l. illud. j. eo. tit. Adde quod no. Bart. in l. cū quidā de lega. ij. vide Fed. in conſil. & latè per do. Abb. in c. vt ſuper. de re. ecc. non alie. qui tenet cōtra opi. legiſtarū. Et quod indiſtinctè prælatꝰ poſsit cōtrahere cum conſanguineo. ſecus in œconomo, & hic Bar. vide etiā Pe. de Ancha. in cle. j. de exceſſ. p̄la. adde an p̄latus poſsit dare cōſanguineis rē paruā in emphyteuſim, ſi primò iurauit non alienare incōſulto ſummo Pontifice, vide Fede. conſil. ccx. Et an poſsit cōſtituere vſumfructū ad vitam conſanguineo vide per eundē in cōſil. lij. & clxxxv.

POMATES.

b ¶ Cōſanguineis ſuis, Vide Panor. cōſi. xlj. in ij. & iij. col. volu. j. & Fed. de ſen. conſil. lij. & aliqua per Præpo. Alexan. in c. decenter. lxxxix. diſt. & Feli. in ca. ad audientiā. col. j. & ſeq. de reſcrip. & vide Bartol. conſi. xliij. col. iij. vol. ij. & Imol. in conſi. lxix. & Panor. in ca. vt ſuper & ibi Bart. col. pe. & ſeq. de re. eccl. nō alie. & Alexan. hic in apoſtil. & Pau. de Caſtr. ccxcv. & domi. Car. Alex. in c. j. in vj. col. ad fin. & ſequen. qui feu. dare poſſ. in principio.

POMATES. P. PAV. P.

c ¶ Si prælatꝰ. De hoc quomodo eccleſia teneatur emēti ab œconomo, & an debeat pretiū reſtituere, vide quæ ſcripſi. ſ. in l. iubemus. §. ſanè. in verſic. ad primum opponitur ad Bar.

d ¶ Fieri pluries. Vide per Cano. in ca. nulli. & in c. ad audientiā. de reb. eccl. non alie.

e ¶ Si quas. Vide hic p Bal. de materia renouationis, & aliqua p Cano. in c. j. de preca. & inquantum Bald. hic quærit, qd important hæc verba, cōcedo tibi in tertiā generationē. cum opi. Bal. tranſit Pe. de Ancha. in cle. j. de pœnis.

P. PAV. P.

f ¶ Perpetua. Vide Alexan. cōſi. lxxix. in iiij. & v. col. ad fi. vbi dicit q̄ ſolennitas huiꝰ authen. non ſeruatur de conſuetudine.

g ¶ Perpetuam. Quia Bart. alleg. cōtrarius: vide q̄ dixi. l. iuriſiurandi. §. lib. ff. de oper. li. e.

POMATES. ¶ Pro horum iurium declaratione, vide Alex. conſil. ix. volu. ij. col. ij. & cum. §. ſeq. & Panor. conſil. lxxiij. in ij. dub. volu. j. & vide quæ poſui ad gl. in l etiam. ff. ſol. mat. & Sozi. conſi. celxvj. col. xij. vbi declarat.

h POMATES. ¶ Sextæ partis penſionis. Vide Alex. conſi. lxxix. col. iij. in v. dub. vol. j. vbi limitat hoc non habere locum in feudo eccleſiæ: & ibi etiam ad fi. dicit quod diſpoſitio huius authen. non ſeruatur de conſuetudine.

dum eſt ergo, qd̄ ipſe adminiſtrator poteſt emere † palā, & bona fide de rebus eius, cuius bona adminiſtrat, fallit † in adminiſtratore eccleſiæ; vt hic videtis, Contra hoc vī in auſ. de ſan. epiſ. §. ſinautē eccleſijs. Gl. ſoluit, & eſt no. ſol. Quædā eſt alienatio perpetua; & iſta prohibeī fieri iſtis cōiunctis perſonis; ita loquitur hic, Quædam eſt cō ceſsio † ad tp̄s; & iſta nō prohibetur: vt lege cōtraria. q̄ tene mēti pro Abbatibus & Prelatis [a], q̄ tota die res emphyteuticas ad ſe reuerſas cōcedūt ſuis cōſanguineis. Nā ſi quidē conceſsit ad tempus vſq; ad ſecundam, vel tertiā generationē, valet: ſecus ſi cōcederet perpetuò, per hāc auſ. qd̄ not. & vide gl. Sunt tamē quidā † qui conſanguineis ſuis [b] pauperib⁹ poſſent cōcedere emphyteuſim perpetuā, vel feudū perpetuū. Ita not. dicit Iac. de Bel. in j. conſti. feud. in princ. & allegat quædā decreta, quæ vide.

¶ Dolus cum dolo quando compenſetur.

Quomodo ſuccurratur emptori rerum eccleſiæ, qui emit ſine ſolennitate.

Vires iam dictas. Vidimus auſ. prohibitorias, modò ſequitur videre auſ. punitorias. Oppo. dī hic q̄ emptor repetit ab œconomo, non ab eccleſia. In contrariū, dolus cū dolo debet compenſari. ff. de eo per quē fa. erit. l. iij. §. fin. & in l. ſi. in prin. & de dolo. l. ſi duo. Dicit gl. † certè hic dolus œconomi vendentis præponderat dolo emptoris. Et vide gl. intellige qd̄ præponderat dolo emptoris præſumpto. ex eo q̄ cōtra legē contrahit: vt l. quemadmodum. de agri. & cenſi. lib. xj. & in c. qui contra iura. extra, de reg. iu. lib. vj. Sed in veritate, iſte emptor erat in bona fide. ſ. ſciēs ſe nullam actionem habere contra eccleſiam, ſed cōtra œconomum. Ita tenet glo. in corpore vñ ſumit iſta auſ. & idē tenet gl. in ca. ad audientiam. extra: de reb. eccl. non alie. Quæro quid ſi prælatus [c] vel concedēs non habet aliqd; quia erat vnus de monachis: vtrum iſte emptor poſsit regredi cōtra eccleſiam † Glo. dicit quod ſic, ſi eccl'ia eſt locupletior. Et vide gl. no. valde. & eam tenent Canoniſtæ in d. c. ad audientiam. quod intellige verum, q̄ñ contrahēs erat bonæ fidei in veritate: aliàs nō haberet regreſſum cōtra eccleſiā, nec contra œconomum, vt ego ſuprà dixi: & ſecūdum hoc vidi fieri pluries [d]. cum quidam homines permutaſſent cum quadā eccleſia, non ſeruata forma iuris: & eccleſia poſt ea vendicaret ea quæ alienauit. Dixi quod debebat reſtituere; & ipſa idem quid accipit, ſi haberet: & ſic eſt locupletior. per hāc gl. quā tenemenți. Vltimò eſſet vidēdum quomodo procedunt contractus emphyteutici, qui quotidie fiunt ab eccleſijs: cum hic omnino prohibeātur. Dicā in auſ. qui rē. j. e. incōtinēti &c.

e Iquas [e] Hic īcipit Imperator ponere auſ. pmiſſorias. & ſic cadit ſup tertia pte legis, & ſunt difficiles auſ. iſtæ. & legam ſimul hāc auſ. & auſ. perpetua. quia ſibi inuicē cōtradicunt. Diuidit in partes duas. Primò loquitur q̄ñ ille, qui recipit domū ruinoſam in emphyteuſim, ſtatim vult ſoluere penſionem. Secundò quando prius vult reædificare, & poſtea ſoluere. Secūda ibi: aut prius eorū.

1 Diſpoſitio. §. emphyteuſim in authen. de non alie. q̄ corrigatur per hanc auth.
2 Verbum perpetua, quòd intelligatur donec penſio ſoluatur.
3 Emphyteuta nunquam præſcribit contra dominum directum.
4 Res eccleſiæ quando concedantur in emphyteuſim, cum diminutione penſionis: & uſque ad ſextam partem, & nu. 5.
6 Res eccleſiæ Conſtantinopolitanæ quòd propinquis ciuitatibus non poſsint alienari.

f Perpetua [f] Iſta auſ. diuidit in tres partes. Primò loquitur q̄ñ res eſt talis, qualis erat q̄ñ peruenit ad eccleſiam, & eſt fructifera. Secundò loquitur, q̄ñ reditus rei ſunt diminuti ob cladem. Tertiò loquitur q̄ñ res eſt cara & modicū fructifera: vt turris. Secūda ibi; at ſi ob cladē. Tertia ibi; q̄ ſi res. Op. dicit hic, q̄ datur in emphyteuſim perpetuam [g]. Contra in authen. de non alie. §. emphyteuſim. vbi nō permittit emphyteuſim, niſi in tres perſonas. ſ. accipiētē filios ſuos. & ſuos nepotes. huiꝰ timore ſunt hic opi.

g

1 Veritas eſt q̄ ille §. emphyteuſim. † corrigit p iſtā auſ. q̄ eſt de alie. & emphy. vñ ſumit iſta. & ſic hodie pmittit emphy. ppetua, ſcdm formā huiꝰ auſ. & debet itelligi † ppetua: hoc eſt, donec pēſio ſoluat. inſti. e. §. adeo. & j. e. auſ. q̄ rē. Sed ad hoc op. q̄a ſcdm hoc ius eccl'iæ minuet. nā poſsidendo xxx. an. p̄ſcribitur dñio eccl'iæ: vt j. e. auſ. quas actiōes. & iō q̄dā dñt, q̄ oī tpe xxx. an. eccl'ia trahat rē ab emphyteuta ne ille dicat ſe ſcripſiſſe. Tu
2 dic, q̄ † emphyteuta nūq̄ p̄ſcribit cōtra eū, quē recognoſcit in dñm directò: vt l. malè agit. de p̄ſcr. xxx. an. Scdo op. & iſtud cō trariū eſt multū difficile. Dicit in auſ. ſi quas. q̄ q̄ñ res ruinoſa cōcedit in emphy. fit diminutio mercedis. ſed in auſ. perpetua. ver. qd ſi ob cladē. dī contrariū, q̄ nulla debet fieri diminutio. Huiꝰ cōtrarij timore ſuntī gl. opi. Vna eſt, q̄ auſ. ppetua. determinet per auſ. ſi quas. vt qd̄ ibi dī, q̄ det verè pēſionē: determinetur ſcdm dictū huius auſ. aut ſoluere vult antè, aut pòſt. Nā iſta auſ. ī corpore, eſt poſt illā: licet in C. ſit poſita prior. Alij. dicūt q̄ iſta opi. erat Mar. Syl. q̄ hic loquit in domibus ruinoſis. auſ. ppetua. loq̄t in nō ruinoſis, ſed q̄ patiunt aliā cladē, vel aliū defectū: vt qa ſunt aliquæ domus pulcherrimæ, in qbus nullus vult habitare: qa dī q̄ per domū vadūt ſpūs de nocte, vel dī infortunata. Iſta opi. do. Mar. ſatis appropinquat veritati. Gl. tñ alibi dicit melius, & latius q̄ in aliqua pte iſtarū auſ. in auſ. de
4 nō ali. §. qaverò Leonis. ī l. j. vbi gl. diſtīguit pleniſsimè. Tu † tñ quātū ptinet ad intellectū iſtarū auſ. aduerte: q̄ñq; eccl'ia habet p̄dia, vel domos ruinoſas: & tūc loquit auſ. ſi quas. q̄ñq; habet p̄dia, vel domos nō ruinoſas: & tūc q̄ñq; vult in emphyteuſim cōcedere, ppter debitū īminēs: tūc debet cōcedere, p tāta mercede, quāta repit fctā ſubhaſtatiōe, ſcdm formā auſ. hoc ius porrectū. Q̄ñq; vult cōcedere ī emphyteuſim ppetuā, pp aliquā vtilitatē eccl'ię: & tūc ſi res eſt ī eodē ſtatu. ī quo erat q̄ñ puenit ad eccl'iā vel modicū pl⁹ vel modicū min⁹ excreuit quo ad fruct⁹
h p̄ot cōcedi ī emphyteu. facta diminutiōe ſextæ partis pēſiōis [h], ad plus vt hac auſ. ppetua. ī prin. ſeruata ſolēnitate q̄ hic dī. qd̄ intellige ſcdm auſ. q rē. j. e. in fi. & hic ī prin. Ratio quare fit iſta diminutio, eſt: qa q̄ñ res cōceditur colono ſimplr, fit diminutio pp ſterilitatē: vt j. lo. l. licet. ff. e. l. ſi vno. §. emphyteutæ verò nulla fit diminutio: vt j. de iu. emp. l. j. & iō fit illa diminutio pp caſum ſterilitatis, q̄ poſſet occurrere. Q̄ñq; res nō eſt ī eodē ſtatu in quo erat q̄ñ puenit ad eccl'iā: ſed eſt diminutiua, vel reditus diminuti ob aliquā cladē: vl' ppter peſtē aēris, vel ppter alium caſum: tūc p̄ot cōcedi ī emphy. p extāte pēſiōe, cōſiderato tpe, quo cōcedit abſq; alia diminutiōe. Ita loquit iſta pars ſcda huius auſ. ppetua. Ratio, qa cū fructus ſint modò diminuti ob aliquā peſtē: & eſt ſpes q̄ redeāt ad priſtinū ſtatū: iō ampli⁹ diminui nō debēt. Q̄ñq; eccl'ia habet rē p̄tioſam modici p̄tij: tūc loq tur finis huius auſ ippetua. Mō habetis ītellectū hui⁹ materiæ. Op. dī hic, ppetua q̄ñq; &c. Cōtra, iſta auſ. ſumit in corpore de ñ ali. ſed ibi nō pmittit alienatio ppetua. ergo &c. Sol. Dicas, q̄ iſtud nomē eſt additū ex auſ. de ali. & emph. Secūdò op. q̄ hoc ſit cōtra vtilitatē eccl'ię euidēter: qa fit diminutio mercedis ī ſe

xtam pa-

a ☞ P. P A V. P. ¶ Item sibi. Vide Barb. in c. j. extra, de rerum permu.
b ¶ Qui rẽ. Et adde ꝙ quatuor sunt casus, in quibus permittitur alienatio rei eccle-
sia licæ, q̃ no. xij. q. ij. in sum. & si in instrumẽto vẽditionis, quã facit eccl'ia, cõtinẽ
tur præcedẽtibus legitimis tractatibus &c. vide Bar. in auẽ. si quis in aliquo. Sed
pone ꝙ res eccl'iastica incidat in eccl'iasticũ, vel monasteriũ, & ipam retinuit p an
nũ: an dicat incorpo-
rari eccl'esiæ adeò qđ
nõ possit i emphyteu
sim dari vel alienari,
sine hac solẽnitate. an
ge. verò i l. si vacãtia.
i iiij. col. dicit: ꝙ pote
rit dari in emphyteu
sim, sine solẽnitate ni
si pri⁹ fuerit icorpora
ta p officiales ad hoc
deputatos. sequit̃ Ri-
char. ibi p illã. l. licet
Archi. tenuerit cõtra-
riũ in c. nisi. de re. eccl.
nõ ali. addẽ ꝙ no. pau.
de Elia. in cle. j. de hæ
re. in gl. alios adde, an
tractat⁹ p̃sumat̃ præ-
cessisse in alienatione
rei eccleſiasticæ: vide
Bal. cõs. cccxcix. li. iij.
☞ P. P A V. P.
b ¶ Qui rẽ. An autẽ so
lutio facta p tertium
excuset emphyteutã
quo minus cadat, vi-
de Ro. sing. lviij. inci. 1
si emphyt. Itẽ an em-
phyteuta eccleſię fini
ta gñatione pdat me
lioramẽta vide Paul.
de Cast. cõs. cxxxix.
in iij. vol. vbi p totũ
multa similia ponit i
materia melioramen
torũ. Vide ẽt Bal. ĩ c. 1
j. § si qs de manso. co.
iiij. de cõtiuer. inue-
sti. Et illud ꝙ dicitur
hic de emphyteuta ec
cleſiæ ꝙ habeat bñfi-
ciũ, limita sing. eccle-
sia citasset emphyteu
tam vt veniret ad sol
uendũ qa tũc sufficit 1
lapsus sex mẽsiũ, secũ
dum Ang. in addi. ad
Bar. in l. loco. C. de oi
agro deser. li. xj. Itẽ dũ
dicit̃ hic ꝙ si emphy-
teuta deteriorauit pri
uetur: qd si ex alio la
tere meliorauit? Vide
Mod. hic. in ij. char. vi
de ẽt Barb. cõs. xxx-
vj. col. viij. in ij. volu.
Adde ad ea q̃ addu-
cũt hic Mod. tex. ĩ l. si
negotia. in fi. & ꝙ ibi
dicit Bart. ff. de nego.
gest. Et cõtra dictum
Ang. in d. l. locorũ. vi
de Barb. in c. potuit. i
j. col. extra locati.
☞ P. P A V. P.
c ¶ Si vult dñs. Et sic
ꝓcedit ẽt hoc in eccle
sia. Idẽ Sali. ĩ l. fi. C. de 1
iur. emph. Imo. in c. fi.
in xxxij. col. extra, de
præscri. Alexã. consil.
dlxxxix. incipiẽ. visis
themate. Imò pl⁹ bal.
in l. fi. C. de reuo. doñ.
dixi: ꝙ vbicũq; lex di
cit ipo iure reuerti ad
dñm, intelligit̃ semp
si dñs voluerit, & pe
tierit. Sequit̃ Alex. cõ
sil. cccxiij. incipi. viso
themate. in vlt. col. vi
de ad Bar. in l. fi. C. de
iure emphy.
d ¶ An valeat. vtrũ aũt
si ipsa eccleſia nẽ sol- 3
uat canonẽ cadat à iu c
re suo, gl. hic ꝙ sic. &
Bal. in l. placet. ṡ. eod.

xtã ptẽ. So. dicit gl. bñ & rectè intelligẽdo. Ego fateor, ꝙ p̃lat⁹ põt cõcedere ĩ emphy. p maiori pẽsione si reperiret accipiẽtẽ: tñ
5 pmittit̃ ꝙ fiat † diminutio sextæ ptis: aliter non inueniret̃. Et hoc fit, ꝓpter sterilitatẽ, ꝓpter quã de cętero poterit fieri, vt ṡ. dixi. Ita sentit gl. & bñ. Op. in auẽ. de alie. & em
6 phy. §. j. Sol. Ibi spãle † est in reb. ecc. Cõstã tinopolitanæ, ꝓpinqs ciuitati, q̃ nõ pñt da ri aliquo mõ. Op. ad fi. huius auẽ. de alie. & emphy. §. sanctissimas. Sol. spãle est in reb. ecc. Hierosolymitanæ, de qua dicitur ibi. Modo circa istas auẽ. est videre quomodo eccleſiæ concedunt tota die sub pensione vnius denarij: nec seruant solennitates, de quibus dicitur statim dicam in authẽ. qui rem. hic vbi gl. tangit.

a **ITem sibi.** a Ista est alia auth. quę permittit rem eccl'ię alienare, seu permutare, &c.

☞ *Eccleſia pro re tributaria, quæ ad eam peruenit, tenetur ad tributum.*

ITem prædium. Opp. & videtur ꝙ eccleſia non sustineat onus fiscale: vt in auẽ. item nulla communitas. j. titu. Sol. gl. quæ est. ṡ. eo. auẽ. sicut alienatio dicit † ꝙ hoc intelligitur quãdo res erat obligata pro oneribus præteritis, antequã esset eccleſiæ. Tu dic tributa realia subire ec cleſiam, secundum ea quæ dixi in l. placet suprà eodem, &c.

1 ☞ *Emphyteuta eccleſiæ cessans in solutione canonis biẽnio, priuati uerò triennio, cadit à iure suo, & non tamen ipso iure, sed si dominus uult. nu. 3.*

2 *Colonus priuati ob non solutionem, quando cadat à iure.*

4 *Contractus emphyteutici in eccleſia celebrati forma non seruata, quando ualeant.*

5 *Si debet soluere unum denarium pro pensione rei emphyteuticæ, si non soluit, cadit à iure suo.*

6 *Res eccleſiæ solita concedi uno pretio, si concedatur pro minori, quòd conceßio non ualet.*

7 *Res eccleſiæ si concedatur in perpetuum, uel usque in tertiam generationem masculinã, & fœminimam, quòd conceßio non ualeat.*

8 *Consuetudo & præscriptio, quòd non extendatur ultra id quod agitur.*

9 *Res eccleſiæ quæ dicantur de mensa, remißiuè.*

b **VIrem.** b Ista auẽ. est vlti. seu pe. trãsposita ĩ hac l. quæ determinat vnũ dubiũ circa p̃missa in alijs auẽ. Cõtra hãc auẽ. opp. de iure emphy. l. ij. vbi habet trienniũ. Dicit gl. distigue tres casus. † aut est emphyteuta ec cl'iæ, et habet biẽniũ, vt hic. Aut est priuati 1
et habet triẽniũ, vt ibi. Aut est simplex † colon⁹ priuati. & habet biẽniũ vt l. q̃ro. §. iter locatorẽ. ff. lo. Vñ vltimũ est verũ, qñ est actũ vt nõ possit expelli: vt d. l. q̃ro. §. iter lo ca. Aut est simplex cõductor: & statim' cũ nõ soluit pẽsionẽ: põt expelli: vt l. iij. C. loc. Opp. eccl'ia nõ debet locupletari cũ aliena iactura: vt l. nã hoc natura. ff. de cõdi. inde. dicit gl. hoc cõtingit pp delictũ ptis. & bñ dixi ĩ auẽ. q res iã dictas. ṡ. eo. Quæro qñ qs nõ soluit pẽsionẽ, vtrũ cadat à iure suo ipo iure. † Certè hic est tex. ꝙ nõ sed ita demũ, si vult dñs c. & vid tex. ibi repelli p̃t. & qđ no. ĩ l. j. ĩ fi. cũ l. seq. si ager vecti vel emphy-

c ☞ POMATES. ¶ Dari in emphy. Vide Alex. consi. ix. in iij. vol. & vnũ ver-
bum Alex. in cõsi. j in j. col. in iiij. vol. & cõsi. v. col. iiij. in fi. vol. v. & Feli. in c. audi-
tis. col. vij. & maximè in seq. ver. cõsuetudo. de præscri. & adde Anna. cõsi. lxxxiiij.
& vide pro cõfirmatione tex. in c. possessiones. & ibi Barb. in ij. nota. de reb. ecc. nõ
alie. & Barb. in c. cũ super. col. vij. de offi. deleg. & Alex. consil. xxxvij. col. ij. vol. ij.

petaẽ. Quęrit gl. pone ꝙ aliqs accipit ab ec cl'ia ĩ ẽphyteusim rẽvalẽtẽ qnquagĩta p pẽ siõe vnĩ⁹ denarij p quolibet ãno q̃ro si nõ soluit vnũ denariũ p biẽniũ, an cadat à iure suo. gl. alle. p & cõtra: & nõ determinat ali qd. Antequã determinẽ istã qõnẽ, primò expedit videre qũo valeant isti contractus
4 † emphyteutici, q celebranẽ ab eccl'ijs, ñ ser c
uata forma istarũ auẽ. Ad ꝙ rñdeo breui-
ter, ꝙ auẽ. istæ loquanẽ qñ qs vellet ĩ ẽphy- f
teusim dare vel ĩ feudũ res q̃ sunt de mẽsa eccl'iæ seu mõasterij, nõ cõsuetas dari ĩ em-
phyteusim, vel ĩ feudũ. Si verò sunt res cõ-
suetæ dari ĩ emphyteusim vel in feudũ, tũc cessat forma istarũ auẽ. seu istorũ iuriũ. & p̃t liberè cõcedi ĩ feudũ, seu emphyteusim. tex. est extra, de feu. c. j. & x. co. epi. vl' Ab. c. j. habes ergo ꝙ isti cõtractus valẽt qa res g
nõ sunt de mẽsa: & sic ad illas res ꝓhibitio
5 se nõ extẽdit. † Nũc ad qõnẽ glo. dico qđ si qs omiserit soluere illã modi. pẽsionẽ per biẽniũ, cadit à iure suo. Et ita tenẽt omnes h
doc. nã ista auẽ. loqt̃ ĩ oĩb⁹ casib⁹ ĩ qb⁹ em-
phyteusis est ꝓmissa. Quęro iuxta p̃dicta, qd si eccl'ia cõsueuerat illã rẽ nõ dare ꝓ mi i
d nori pẽsiõe: & tũc dat ꝓ miori: an valeat d.
Vĩ ꝙ cõtractus valeat sed & eccl'ia posset
6 restitui: extra. de rest. ĩ ite. c. j. Cõtrariũ † vĩ qa scđm hoc ãnui redit⁹ alienãt. & minuũ-
tur. ꝙ nõ põt fieri vt ṡ. e. l. iubem⁹. in prĩ. & istud ego puto verũ, salua meliori delibe-
ratiõe. Nõ obst. c. j. de resti. ĩ inte. qa ibi loq
tur de locatiõe ad tp̃s modicũ. Vel si ĩtelli-
gas ĩ locatiõe ad tp̃s magnũ: ĩtelligas ꝙ fe-
cit ĩ casu licito: tñ fuit decepta eccl'ia. Dixi vobis mõ ĩ auẽ. ꝓpetua. ꝙ resp̃t ĩ emphyteu
sim cõcedi fctã diminutiõe sextæ ptis: tñ si iueniret eũ, q daret plus, nõ deberet facere illã diminutionẽ. Pone ergo, ꝙ cõcesit in ẽphyteusim fctã diminutiõe sextæ ptis: cũ potuisset sine diminutiõe si bñ ꝓquisiuisset certè poterit petere restõnẽ d. c. j. quæro, qd
e si res est cõsueta dari ĩ ẽphyteusim e vsq; ad
f tertiã gñationẽ f masculinã: et eccleſia dat
7 vsq; ad tertiã † gñationẽ masculinã & fœ-
mininãvl' qd si cõsueuit dare ĩ ẽphyteusim tpalẽ, & cõcesit ĩ ꝓpetuũ: an cõtractus iste valeat? dubito: tñ prĩa facie vĩ ꝙ ipso iure
g ñ teneat. Pro hoc vĩ casus g. x. col. de l. Cor
rad. c. j. §. pe. Hoc ꝓbo p rõnẽ emphyteusis perpetua nõ pmittit̃: nisi seruata auẽ. istarũ forma fallit ꝓpter cõsuetudinẽ. sed in istis
8 nõ est cõsuetudo. † ergo &c. Nã cõsuetu-
do et ꝓscriptio nõ extẽdit se vltra id ꝙ agi
h tur h vt ff. de iti. actuq; pri. l. j. §. iij. sed hic
ẽ cõsuetudo vt certo mõ deb: ergo alio mõ
9 dari nõ põt. † Quæro, q̃ res dicat̃ de mẽsa, & q̃ non. Dic vt extra, de reb. eccl. nõ alie. c. vt super. p Inn. Prædicta, quæ dixi, intel-
ligas salua meliori deliberatione. fortè dí-
cam infrà de iur. emphyteu. l. j. Hoc ideo dico, quia ista dubia non tangunt doct. in aliqua parte.

vbi consuluit in pul-
chro casu & ibi inuit ꝙ valeret saltẽ vsque ad tertiam generatio nem. & do. præpo. in ti. qui feud. da. pos. in prin. col. pe. in fi. vide etiam do. Alex. consi. clxxxvij. volu. ij. col. penul.

☞ P. P A V. P.
¶ In emphyteu. Vide Alex. cõsil. lvj. in ante pe. col.

¶ Gñationẽ. Bñ facit l. si quis aliã. ff. de sol. Bal. tenet cõtra. i auẽ. si quas ruinas. & ibi dixi. ṡ. eod. pro qua est tex. in §. neq;. ĩ auẽ. de nõ alie. Et ibi ẽt vide Bal. quid importet, et qualiter sumatur ter-
tia generatio.

¶ Videt̃ casus. Et ibi vide Bald. remissiuè loquẽtẽ. Bal. in l. ẽt in prin. ff. solu. ma. vide-
tur tenere quod Bart.

¶ Quod agit̃. Et qđ Bar. est cõtrarius, vi-
de q̃ dixi in l. iusiurã-
di. §. fi. lib. de oper. lib.

¶ Tyrãnidis. In auẽ. decernimus. facta tẽ-
pore tyrãnidis debẽt reuocari. adde Bart. in suo trac. de tyrãnide. facit ꝙ no. Barto. in l. omnes populi. in ij. q. princ. in prin. v. col. ff. de iusti. & iur. per Io. and. in cle. j. de baptis. Ex opp. adde ꝙ dixit Bal. de pace constan. in versicu. priuilegia oĩa per illũ text. ꝙ si bona rebelliũ tẽpore rebellionis alijs sint concessa ꝓsonis facta pace sunt reddẽda pri mis dñis: adeò ꝙ ipa pax non habet vim simplicis indulgẽtiæ sed restitutionis in in tegrum. tex. est ibi no. ꝙ tene menti. Bal.

¶ Et adde q̃ dixi ĩ l. creditor. j. de solu. Et an Papa, ppter rebel-
lionem perdat posses-
sionem papatus, vide Bal. in l. malè agitur. C. de præscript. xxx. ann. & dicit Bal. in l. fin. C. per quas perso-
nas. q licet subditus subtrahat obedientiã superiori: nõ præiudi-
cat. facit. l. fi. de acqui. pos. quæ not. & tene mentẽ. Sed numquid bannitus, cuius bona fuerunt alienata, si re-
stituat̃, & intelligat̃ etiã ad bona restitut⁹ vide Bar. in l. Gallus. §. & qd, si tñ. & ibi etiam per Moder. de liber. & posthumi.

1 ☞ *Facta tempore tyranni, uero domino superueniente cassantur.*

i **DEcernimus.** Istam legẽ habuistis in l. omni in
1 nouatione. ṡ. e. cassatis omnib⁹ fa- i
ctis tpe tyrãnidis i priuilegia eccleſiarum in omni suo robore perseuerẽt. h. d. Nota de verbo, funditus. † Nota quod

Prima Bartoli super Codice.

g ¶ Insinuatione. Limita hãc legẽ requirentẽ à quingẽtis aureis supra insinuationẽ non habere locum de iure Cano. valent donationes factæ ecclesiæ, ab alio quã ab Imperatore indistinctè, vsque ad oẽm summam absq; insinuatione: vt no. Hosti. & Io. an. in c. fi. de sol. & pro eis allego ca. sunt qui opes. xvj. q. iij. & Cle. j. in fin. de decimis. Et est ratio: quia sicut materia relictorum ad pias causas, censetur esse spiritualis: ita qđ leges disponũt sup illis nõ valent, nisi quatenus sint p canones approbatæ. c. relatum. de testa. & no. Bar. in l. cũctos populos. ẽ. ti. pro xi. ita etiã donationes inter viuos factæ in piã causam, vt ecclesijs. arg. c. fi. de reb. eccle. nõ alie. facit quod habet, xij. q. ij. xiij. q. v. per totũ. quid si donat Romanæ ecclesiæ, tenet indistinctè Bal. in auẽ. item à priuatis. j. de dona. quod requirit insinuatio, ẽt vltra quingentos aureos. tenet do. Abb. in c. relatũ. per illũ text. de testa. ex identitate ratiõis. & dicit quod Bar. hic tenet.

ADDE quod Bar. allegat Angel. in l. Stichum aut Pamphilũ ff. de verb. obl. qui dicit hic esse vnã gl. singularẽ, q donatio ad pias causas facta diuiti, nõ dicitur esse pia causa, & vide quę ibi not. Moder.

ADDE an donatio facta ecclesię, vel pio loco, insinuatione egeat. Pau. de Cast. cõsil. cxxxij. & ciij. p Abb. consi. ciij.

✍ POMATES.

b ¶ Quãdoq; prouidetur. Vide Alex. in l. ij. in col. ij. ff. de leg. j. & vide circa hoc tex. in l. pœnales. §. fi. & ibi gloss. & Bar. ff. ad legem Falci.

c ¶ Pauperibus centũ. Adde q; not. Bart. in l. absenti. in prin. ff. de dona. per Bal. in l. nec ambigitur. j. de dona. & hoc idẽ no. Io. and. in tit. de instru. edi. §. cõpẽdiosæ. afs. §. nũc aliqua. versicu. sed an pauperes. nisi cõsuetudo esset in cõtrarium quia valet. Ita potest intelligi text. & ibi p doct. in c. ij. de consue. per Ia. de Bel. in l. iubemus nullam. ẽ. eo.

ADDE an valeat donatio pauperib⁹: cum nullus sit q pro eis recipiat Bal. consil. cccl xxx. ij. lib. vnũ vide q cõsuluit Ro. consi. ccxcv. q valeat donatio facta absenti absq; nuncio, vel epistola, dummodo donatarius aliqualiter certificetur.

d ✠ P. P A V. P. ¶ Præsens. Illud limita, procedere qñ aliqd ponerẽt in ecclesia: quia si postea vellẽt asportare, nõ possent. Vide Soc. in l. Pau. ff. de excep. Et sic aliud est in pmissiõe, aliud in traditiõe. Itẽ circa istã gl. vide q dicit Alex. in cõsi. cxxxj. vol. iiij. co. ij. de quodã partito i quadã vniuersitate i fauore cuiusdã abñtis q nõ põt se fundare i. eo. Itẽ q ista cõclusio nõ procedat in dote, vide Dec. cõsi. xxxv. in j. col.

e ✠ POMATES ¶ Seu pollicitatiõis. Limita vt p Alex. in l. ij. in ver. itẽ no. j. de pac. Vide etiã Pa. consi. lxiij. col. fi. vol. ij. & aliquid per Feli. in proœ. Decr. col. xij. & Ro. consi. clxxj. col. ij. & consi. cxcix. in fi. & consil. cxcv. & in simili, Bald. in v. parte. & Seue. in trac. de pac. v. q. & Pau. de Cast. consi. lxxiij. col.

f ¶ Episcopus potest vendicare. Adde Bar. in l. j. §. fi. in fi. ff. de ope. noui nun.

g ¶ Ignoret. Adde Bar. i l. si qñ. j. vñ vi. & Bal. hic, & i l. q indebitũ. ff. de cõdi. inde.

h ¶ Captiuorũ. Adde simile & o. ẽtimã gl. in l. q propter necessitatẽ. ff. de reg. iur. sed nũquid vendicet sibi locũ lex ista ẽt in captiuis, vel carceratis pro maleficio: vide q no. Bal. & Imo. & Mod. in l. q̃uis. & in l. seq. ff. so. mat. & est de hoc gl. in c. sacro rum. xij. q. ij. q̃ hoc not. decidit. quã sequit Bald. in l. illud. in prin. ẽ. e. & in d. l. q̃uis.

omnia facta tpe tyrãnidis superueniente iusto dño debent cassari, & irritari. q not. Sed Deus scit, qñ supuenit iustus dñs, &c.

☞ *Acta dicuntur, quæ fiunt coram iudice.*

Lex & statutũ, quãdo extẽdatur ad casus similes. & n. 3.

Donatio facta ecclesiæ vltra quingentos aureos, quòd ualeat sine insinuatione. & nu. 5.

Donatio facta pauperibus, quod requirat præsentiam alicuius stipulantis nomine ipsorum, uel eorum.

¶ Illud quod. Ecclesiæ & ciuitati põt donari vsq; ad quingentos aureos sine insinuatione[a]. h. d. Nota glo. super verbo, actorum aliàs actis, id est, scripturarum factarum †coram iudice. quam vide & no. Opp. & videtur quod lex debeat extendi ad casus similes; †vt l. non possunt. ff. de lega. & l. ius singulare. eo. ti. Gl. dicit qđ ista prohibitio, quæ fit in fine, prohibet descẽdi ad casus dissimiles: non ad similes. & vide gl. & tene mẽti. Contra illud dictũ opp. de eo quod habetis in l. j. de patri. q fi. dis. vbi etiam ad casum similem non extenditur, quando est prohibitũ. †Sol. ibi loquitur in statuto odioso: hic in statuto fauorabili. Et sic debet intelligi. ff. de legi. l. leges & quod no. de reg. iu. c. odi. lib. vj. Opp. de l. penul. j. de dona. Sol. Concedo quod hodie potest donari cuilibet, vsq; ad quingẽtos solidos, sine insinuatione. Sed tũc quæro, vtrum ecclesiæ poterit donari vsque ad octingentos. Quod videtur, nam si habebat †priuilegium in trecẽtis, scilicet vltra alios: ita eodem modo habeat hodie: vide gl. Pe. tenet contrarium; quia hoc nõ reperitur ergo: &c. Quid dicem⁹? Breuiter dico: dic quando lex prohibet aliquibus in plus, & alijs in minus per noia respectiua tũc eo ipso q augetur in persona vnius fit augmentũ in persona alterius respectiuè: & ita in diminutiõe: vt l. si ita. §. j. de liber. & posthu. & de hære. insti. l. clemẽs. Quãdoq; prouidetur[b] diuersis, per nomina simplicia significantia quantitatem vel rem: tunc ista prouisio plus cõtinens, non recipit augmentum, vel diminutionem extrinsecè: propter rem aliquam illis concessam: vt l. si alterius. ff. de hære. institu. Modò ad propositum, augmentũ & diminutio quæ sunt facta ecclesiæ, sunt facta per nomina simplicia non per nomina respectiua: significantia quantitatem: ideo nõ puto actum priuilegium ecclesiæ, per l. penult. §. fin. de donat. Bene autem puto †quod per eãdem legem in princ. valeat hodie donatio facta in ecclesiã indistinctè, sine aliqua insinuatione. Quærit glo. qd

c si aliqs existẽs i camera sua dixit: Dono pauperib⁹ cẽtũ[c]: vtrũ

6 ista donatio valeat? Gl. dicit q nõ. Circa q̃ dicerẽ †, vtrũ reqrat præsentia alicuius, q recipiat pro pauperibus aut eis cõceditur in vltima volũtate: & nõ reqrit præsentia: vt l. cũ pater. §. donatio. ff. de leg. ij. Aut eis cõcedit inter viuos: tũc aut cõstat, q qs voluit cõtractũ donatiõis celebrare: & tunc nõ valet, nisi sit ibi

d aliqs pẽsens[d]: vt hic in gl. Aut est dubiũ: & tũc valebit iure cu-

e iusdã voti, seu pollicitationis[e], vt sic sit obligat⁹ pſonaliter: vt l. ij. in prin. ff. de polli. & extra, de vo. & vo. redem. per totũ &c.

1 ☞ *Vasa sacra & uestes sacræ, non alienantur.*

2 *Actio in factum est subsidiaria, uel redacta in uarijs iuris articulis: & qui dicantur isti uarij articuli iuris. nu. 16.*

3 *Anima hominis cunctis rebus præferri debet.*

4 *Res sacra uendicatur: & sic pro ea datur rei uendicatio.*

5 *Res sacræ alienantur propter casum captiuitatis: nisi specialiter esset à concedente prohibitum. nu. 6.*

7 *Episcopus potest uendicare res ecclesiarum sibi subiectarum. & nu. 8.*

9 *Abbas maior potest agere pro rebus capellarum sibi subiectarum.*

10 *Rector ecclesiæ, si concurrit cum superiore in agendo, pro rebus ecclesiæ quòd præferatur ipsi superiori.*

11 *Episcopus agens pro rebus ecclesiæ sibi subiectis, debet agere nomine ipsius ecclesiæ.*

12 *Quilibet superior potest agere pro rebus subditorum.*

13 *Contra œconomum, qui alienauit res ecclesiæ, agitur, non contra ecclesiam.*

14 *Actiones plures competunt pro recuperatione rerum ecclesiæ.*

15 *Libellus alternatiuus admittit, qñ ignorat, an res sit mutata, uel cõsumpta, uel extet.*

17 *Res sacræ uendi possunt pro alimentis pauperum.*

18 *Lex communis extenditur ad lites pendentes: statuta & reformationes non, etiam si expreßè dicatur. nu. 19.*

¶ Sancimus. In prima parte prohibet alienationẽ. Secũdò cõceditur vẽditio in rebus exTantibus. Tertiò remouet exceptionẽ. Quartò cõcedit actionẽ re perẽpta. q ntò põit exceptionẽ à prio dicto. sextò & vltiò declarat ad q̃s cãs porrigit pñsconstõ. Scda ibi: sed ab his. Tertia ibi nulla eis. Quarta ibi: sinaũt. Quĩta ibi; excepta. Sex

1 ta ibi; hoc obtiet. breuit. h. d. † Vasa sacra, & vestes sacræ, nõ pñt alienari, vel pignorari, ptercq̃, p redẽptiõe captiuorũ: & à recipiẽte vẽdicãt oi exceptiõe remota. h. d. Not. q ista talia sic alic-

2 nari ñ pñt. †No. scdò q actio i factũ est subsidiaria, vel redacta

3 i varijs iuris articulis. No. tertiò, aias hoim †q buslibet rebus pferi. Op. dr hic, q p reb⁹ sacris cõpetit i rẽ act. Cõtra: rei vẽ. dat dño: & est in rẽ act. vt l. i rẽ actio. ff. de rei vẽ. sed res sacra in nul

4 lius bonis est: vt l. ij. ff. de re. di. ergo &c. So. Dicas † q res sacra vẽdicat adiecta cã de iu. cano. Sil'e dicim⁹ in l. j. §. p hãc. ff. de rei vẽ. Op. scdò i aut. de ali. et emph. §. sanctissimas. So. Dico, q pñt

5 alienari † pp casum captiuitatis. Fallit si spãliter eẽt †, phibitũ à

6 cõcedẽte: vt i cõtrario. Venio ad qõnes. dr, q eps põt[f] vẽdicare

f res istas. Quero cui⁹ eccl'ię sunt istæ res, q̃ pñt ab epo vẽdicari.

7 Dñt qdã q erãt res eccl'iæ epalis. hoc est verũ. † Vel meli⁹ ẽt si erãt res ecc. cuiusq̃ũq; sibi subiectæ: ipe habet vẽdicare p illa ecclesia. ar. de ali. & emph. §. & qm̃ cognouim⁹. & vide gl. & no.

8 eã rogo te. † Et sic eps põt agere p reb⁹ eccl'iarũ sibi subiecta-

9 rũ. Idẽ dicẽdũ est de abbate maiore, q põt agere p † rebus illarũ

10 capellarũ. Tñ est aduertẽdũ, q si cõcurreret rector illi⁹ † eccle. & supior, pferret ille rector, cui⁹ pricipal'r itereſt. ar. l. ij. §. fi. cũ l. se. ff. ad l. iul. de adul. Itẽ est aduertẽdũ, q iste eps cũ agit p pdi

11 cta capella, qđ debet agere noie illi⁹ capellæ † nõ suo noie: sicut dicim⁹ i cõiũcta pſona, q̃ agit p cõiũcta pſona. arg. l. sed & hæ.

12 circa prin. ff. de p cu. Sic ẽt qlibet † supior põt agere p reb⁹ subditorũ. tene mẽti. Scdò q̃ro: dr hic, q nullã habet actionẽ cõtra

13 eccl'iã. q̃ro nũqd † cõtra œconomũ possit habere actionẽ? Glo. dt q sic, qđ itellige vt dixi §. e. aut. q res iã dictas. Tertiò q̃ro. dr hic, q cõpetũt plures actiões i rẽ: cõdictio ex l. & i factũ actio. q̃

14 ro i qb⁹ casib⁹? † Gl. hic rñ. solẽniter, q in diuersis casib⁹ cõpetũt. Nã actio i rẽ cõpetit, si res extat. cõdictio ex i. ita. vl' sine cã qñ sunt cõflata vl' mutata. actio i factũ, qñ res oino ẽ extincta: &

g vidistis istas gl. Iuxta hoc quero, qd si actor ignoret[g] an res sit mutata, vl' cõsumpta, vl' extet? Rñ. tũc admittit libell⁹ alterna-

15 tiu⁹: qa peto † eũ cõdẽnari ad rẽ: vel ad ei⁹ materiã, si extet: vel ad estimationẽ. ar. l. j. §. qa aũt. ff. quo. le. Quæro: dr hic q actio i factũ est introducta i varijs iuris articulis. q sũt isti varij articuli.

16 † Gl. hic enumerat, & bñ. & tractat de hoc. ff. de pscr. verb. sup rub. Nos dicem⁹ i l. ex placito. j. de re. pmu. Et dr hic, q pro re-

h demptione captiuorũ[h] possunt vẽdi res sacræ. Nunquid pro alimen

a ¶ Sancimus. Vide d.An.in c.non minus.de iureiu.& q dicit per istum tex.A.B.
b ¶ Vt inter diuinū. Quæro hic in text.Codicis mei,qui habet multa:& adde hic quod dicit Guli.& Bal.per gl.paruā hic,q singularis successor præscribit contra ciuitatē spacio.x.vel xx.ann.an etiā in quatuor casib⁹ huius.l.quia hæc.l.loquitur in successore cum vitio,non in successore singulari q bene no.secū dū eos.Sed Bar. illā gl.aliter itelligit. j.ad fi.huius legis.
¶ Itē limita in pscri. huius l.tā in ecclesia quā in ciuitate, in re q̄ est pleni dñij : secus si quasi dñij,secūdum Bal.& Ange.in l.ij.in fi.j.ne rei domi.vel tē plo. q bene not. Item fallit in actionib⁹ personalib⁹,quæ præscribunt spatio dato à iure ciuili.Itē in actionibus q̄ claudunt semestri tpe:vt in redhibitoria & quāto minoris. Ista est glos.& ibi Abb.in c.cū causa.de emptio.& venditio.
¶ Ex opposito. Sed qd in vsucaptōe triēnali in rebus mobilibus? an sit aliqd mutatum i ecclesia quo ad bona mobilia ecclesiæ vsucapiēda,vide Bar.hic in princ.p Io.And.in c.j.de in teg.resti.in nouel.retigit Bald.l.ij.C.ne rei domi.vel tē.& Ange. in l.j.de anna. except. Itē quid in reb⁹ clericorum : an in præscriptione gaudeāt priuilegio ecclesiæ. d.Ant. in c.si diligēti.de præscript.concludit q sic allegat duas glo.in c. quanquam. de censibus.in vj. & xvj.quæstione j.in cap.possessiones.
P. P A V. P.
c ¶ Ciuitas. Et q ista dispositio pcedat etiā in villis & castris,vide Comē. cōsil.clvij. in ij.col.circa fin. vbi loquitur de quadā ciuitate. Videtiā quæ in l.Respublica.C.ex quibus causis ma. vide Alexand.latè in l.si finita.§.si de vectigalibus.in ij.& iij.colū. ff.de dam.infect.Item an dispositio huius legis habeat locū in fideicommisso vniuersali quia loquitur in legatis, & in hæreditate, vide Alex.consi. cxcix.ad finem.& cō si.ccxxiij.post princ. & consil.cccxc. ad fi. Paul.de Cast. consil. cxxxij. ad fi.Alex.& Moder. in l.j.& quoties.ff. ad Treb. Item an habeat locum alia pia causa præter ecclesiam, vide in apostil. prope fi.huius legis.
d ¶ Aequiparātur.Hoc voluit Bald.procedere non solum in casu isto,sed etiam in alijs vt ipse no. in l.fruct⁹. ff.sol.mat.& Imo ibi sentit contrarium.Et an q hic dicitur in ciuitate,habeat locum in castro siue villa,gl.& Bar.tenuerunt quod non in l.si finita.§.si de vectigalib.ff.de dam. infect. vbi vide Alex.in iij.col.cum seq.vbi plenè post doct.examinat, concludens quòd sic.Adde quòd Pau.de Cast.hic dicit,quòd dominium etiam hodie transit in ciuitatem absque traditione.
e ☙ P O M A T E S. ¶ Tempus.Vide autem an hoc locum haberet in rebus permutatis,vide Nico.de Neapo.in l.fi.j.de prædi.cur.lib.x.
f ☙ P O M A T E S. ¶ Venditis.Vide aliter per Alexan. consil.j.colum.xj.volu. v.Barba.consi.xliij.col.vij.vol.j.
g ¶ Venio ad apparatum.Et sic ecclesia habet dñiū absq; traditione.q est mirabile.Et sic istū casum adde alijs no.in l.pe.ad Treb.j.vbi trāsfertur ipso iure sine traditione dñium.Adde q licet ex titu.donationis transferatur dñiū in ecclesiā sine traditione:nō tñ trāsfertur possessio:vt no.gl.in c.ij.i gl.fi.ad fi.de cōsue.& q no. i l.cū hæredes.de acq. pos.& q habetur.j.ti. j.raptores. Fallit nisi consuetudo hoc induceret.c.ij. & ibi doct. de cōsuet.licet Archi. teferunt ibi doctores tenuerit q etiam sine consuetudine ex solo titulo donatiōis in ecclesiā transferatur dominium & possessio, per.d.c.ij.& malè.hoc tamen fallit in casu.l. si adoptauero. cū ibi not.ff.de precar. dixit tamen Ioan. Andr. in dicto c.ij.quem sequitur do.Anto. & doñi. Flo. quod licet in ecclesia ex solo titulo donationis transferatur dominium non tamē transfertur Publiciana:quia hoc nō est iure cautum : & sumus in exorbitantib⁹. Spe. in titu.de loca.§.nunc aliqua.versic.lix.facit quod habetur in regula,cuilibet.de reg.iur. lib.vj.& Imol.ibi dicit,hoc verum, si dominus non habet Publicianam:quia possidebat sine titulo & bona fide.Nam oportet q tunc ecclesia acquirat Publicianā ex traditione sibi facta cum titu.l.j.ff.de publi.& q habeturi c. Abbate sanè.de re iudic.in vj.secus si donās habuisset Publicianā: vt qa possidebat cum titulo,& bona fide:qa tunc ex solo cōtractu transibit Publiciana in ecclesiam,per regulā.l.claudius.de contrahend. emp.& quia istud videmus in legato.l.j.et ij.l.cum spōsus.§.j.& ibi per Bar.de pub.secūdum Imol.Et certè credo istā esse veriorē.& qñ trāsferat dominiū sine traditione vide q no.Bart.ī auc. ingressi.in ij.col.ī.eo. & vide Bar.hic in fi. Et ad id q.ī.dixi, q in ecclesiā transfertur dominium sine traditione,non tamen Publiciana, tenet Bald. l.quoties. de rei vendi.Et an priuilegium istius legis q trāseat dominiū in ecclesiā sine traditione habeat locū in vna eccl'ia magis q̄ i alia eccl'ia. dixi post Bal.in l. quoties.de rei vendi. Adde q ex donatio. trāsferatur dñiū in eccl'ia sine traditione, Oldr consi.cclxxix.

1 alimentis † pauperum possint vendi res sacræ. Glossa determinat quod sic. & bene. arg.l.illud.ſ.e.tene menti eam. Venio ad finem legis.dicit hic,q hæc lex extēdit ad lites pendentes. Contra in aut.vt cū de ap. cog.in prin. Gl.respondet q non extendit ad lites pendentes per appellationē:sed ad lites principales sic.& ideo est:quia sic est hic expressum:aliàs lex non extēditur ad præterita:vt l.cū lex.ff.de leg.& j.e.ti.l.le-
18 ges. Aduerte:qa dico † q licet lex imperialis & cōis possit ad pendentes lites exten-
19 di,† tñ statuta,& reformatiōes ciuitatum non possunt extendi ad lites pēdētes: etiā si hoc expresse dicat. Tex.est in aut.in medio litis non fie.fac.iusio.in princi. Et hoc ego pono in l.oēs populi.q tene mēti, &c.

Vase sacro conflato nihil sacri remanet.
Aestimatio uasis sacri fit respectu materiæ & formæ.

1 Præterea. Quæro vtrum vase sacro † conflato remaneat ibi aliquid sacri. Glo. videntur determinare quod nō:& bene. Secundò quæro:quomodo poterit vendi, cū æstimationem non recipiat:vt ff.de re.dui.l.intantum.§.sacræ. Dicit gl.fiet æstimatio † prout poterit fieri respectu materiæ, & formæ : non respectu illius qualitatis: quia sacra,&c.

Falcidia non detrahitur ex legato fiscio ecclesiæ.

a Sancimus. a Glo.præmittit ad euidētiā quædam,per quę faciliter hęc lex intelligitur.& breuiter dicit.Ecclesia habet immunitatem à lucratiuorum inscriptione. h.d.Sicut videtis hic ab ecclesia curata, nō detrahi suam portionem:ita hodie est generale statutū,q ab eccl'ia non detrahitur Falcidia:† vt j.ad l.fal.aut.si mulier,&c.

Præscriptio contra ecclesiam, & ciuitatem in quatuor casibus non currit,nisi centum annorum. Ecclesia & ciuitas æquiparantur.
3 *Tempus centum annorum dicitur longissimū tēpus uitæ.*
a ¶ Clauſula generali. Adde Bar.in l.j.in fi. prin.ff.de eo ꝙ quem fac.erit. Sed an iſtud ſit verū,glo.in c.fi.de iureiu.lib.vj. dixit relatis multis opi.ꝙ reſpōſio circa poſitiones p̄ōt reuocari, ſi doceat de errore alle. Gul.Durā.in. Spe.in titu.de depoſito. Sed Bart.hic vult ꝙ licet non reuocetur erronea,tamē ſemper poteſt reſtitui tanquā ductus perſuaſione aduerſarij: ꝙ ſi eſſet verū ſequereť ꝙ nūquā reuocarētur reſpōſiones poſitiōib⁹ factæ,qa poſſet peti reſtitutio.& iō Bald. videt̄ tenere cōtrariū in l.de tutela.de ī ite. reſt. & etiā hic tenet cōtrarium.& magis expreſsè videlicet ꝙ miſi expreſſe appareat de dolo aduerſarij ponētis iſtud dictū,aliter nō ꝓcedat.vt videt̄ velle Inn.in c.cū cām de appellat. De hoc dicto etiam vide aliqd ꝓ Imo.in l.fi.§. iuſſus d ap.Et ad gl. in d.c.fi.de iureiu.vide Inn.in c.cū venerabilis.de except.& in ca.cū olim.& ꝓ Bal. in l.edita.j.de edē. in xxxiij. col. verſic.ſæpe accidit.vbi omnino vide.& ibi ponit de eo ꝙ errauit ponēdo an ꝓ poſsit corrige.

A D D E quando confeſsio facta iudicialiter in actis:vel poſitio poſsit p̄textu erroris corrigi,vl reuocari:Ro.cō.ccccxxv.

b ¶ Nō colligitur.Imo dicit:quod colligitur de contrario.ꝙ ſ.loſ. facit.ff.de confeſ.l.ſi is ſecundū do.Franciſ.de Rampo.

c ¶ Pro facti indicio. vid Bar.i l poſſeſsio quoq; §.& ſi poſſeſsio.ff.de acq.poſ.& Bar.in l.nō fatet̄ in fi. de cōſeſ.& Bar.in l. iubemus.§. ſanc. de ſacro ſanc.eccle.

d ¶ Pone caſum. Adde no.ſecūdū In.in c.cū olim in fi.de cōſtibus. ꝙ licet contra confeſsionē quis admit-

1 ☞ Voluntas errantis eſt nulla.
2 *Si aliquis ſcienter confitetur aliquem libertum,qui erat ſeruus,an ſeruus ſit liber.*
3 *Verba enunciatiua fauore liberationis inducunt diſpoſitionem,quando principaliter*

matur ad probandum contrarium: vt hic: tamen contra instrumenta quæ produxit non admittitur. nec mirum: quia plus est probatio instrumentorum quam confessio. secundum eum. Vide tu Bar. in l. post legatum. in fin. ff. de his quibus vt indig. & dixi in l. non fatetur. ff. de confes. Alexand.

a ☞ P. P A V. P. ¶ Ne passim. Nunquid iuris ignorantia excuset mulierem ab incestu, & de quibus dā alijs, vide. Ro. cōsi. ccccvj. Numqd autē iuris ignorantia excusat mulierē, militē & rusticū ab excommunicatione, vide Ro. in d. cōsi. ccccvj. Vide de materia qūo iuris error excusat mulierē vel rusticū & quid si nō consuluerint peritiores, Ias. in l. iuris ignorātia. C. q admit. p to.

b ¶ In muliere. Ignorātia iuris facili' præsumit in fœmina q̄ in masculo: vide Bar. in l. nō fatet. pe. colū. ff. de confes. & quod not. Bal. in l. pe. C. de his q sibi adscri. & vide bar. ī l. j §. nūcia tio. in vlt. col. de ope. no. nū. & q̄ ibi dixi.

c ¶ Sunt mulieres. q̄rit Bal. in l. scripturæ. C. de fide instrum. quid si mulier, vel rustic⁹ produxit duo instrumēta contraria: vtrū habeat locū dispositio illi⁹ l. videlicet q̄ neutri credatur: vide ibi. & refert Ioā. An. in c. cū Ioannes. de fide instru. q̄ in mulie re & rustico non pōt esse simplicitas vbi est contrarietas. & ideo si essent si bi cōtrarij in testimonio, puniuntur & nūquā mulier & rustic⁹ excusant̄ ab actu quē faciūt clam, secundū Bald. per illā glos. in l. j. de inter. ma. & ad de q̄nō subueniāt mulieri ignoranti ius, in quæsi lucro sicut nec in lucro, nec in quasi debito: vt colligitur ex no. ī. eo. l. si eman. & ibi glo. & ibi Bar. & doc. & Bal. in l. iuris ignorātia. ī prīn. j. q admit. & ī materia vid Bal. & q̄ dixi. l. j. C. de iterdi. ma. Alex.

b ¶ Pro cōcordia. Aduerte q̄ medij tpis tā tū interusurīū habetur in cōsyderatione q̄n repetit indebitē solutū añ tēpus. Ita Bar. in l. si socer. §. Lucī⁹. ff. solu. ma. contra riū dicit d. Alex. voluisse ī apostilis ī hac l. cū qs. in vij. col. ver. rñ. istud pl' ppter. & in l j. co. ñ. ff. de cō. in. Tu dic Bart. nō loq̄tur ī d. §. Lucī⁹ p̄cisè, de interlocutoria: nā Bar. ibi dt, q̄ mulier poterit petere pp in terusurīū medij tpis sed nō dicit tm̄ pp illud vl' aliter loq̄tur ī casu spāli dotis, q̄dos continet pl'a alia privilegia: vt per doct. in l. j. ff. sol. mat. & in ca. salubriter. de vsur.

d ☞ POMATES. ¶ Huius timore. Vide glos. Bart. & Paul. de Castro in l. si post diuisionem. j. eod. tit. & ibi Bal. Aduerte tamen q̄ cōtra gl. facit, q̄ imò ex

loquitur in trāslatione dominij facienda in alium: quod nuda voluntate fieri. nō potest: ideo non nocet falsa cōfessio. hic loq̄tur de dominio perdendo per confessionē libertatis, quod fit sola voluntate vtriusq̄ partis: nec est opus alio facto. Non obstat
6 quod dicit † Petrus in duobus locis fit manumissio: quia imò ī quolibet loco potest fieri: vt habetis. j. de Lati. liber. tol. l. j. Ex p̄dictis dico, & do tibi vnam regulā, quæ limitat ea, quæ dixi tibi in l. cū falsa. ś. eod.
7 † q̄ iura realia quæ possunt solo consensu induci, & tolli, vt hypotheca: vt ff. de pig. act. l. j. per solā confessionē factā à sciente inducerent̄ circa rē ipsius cōfitentis, per ea quæ dixi in hac lege. Nec obstat. l. cū falsa. quæ intelligit̄ q̄n agebat̄ hypothecaria: qa ibi cōfessio nō erat facta circa ius hypothecæ, sed circa quoddā adminiculum ipsius scilicet circa proprietatē. Non sunt alia.

QVamuis. Ista lex dicit idem quod lex si emancipata. ś. eo. Non habetis. hic alia.

1 ☞ *Ignorantia iuris facilius præsumitur in muliere, quā in maribus.*

2 *Mulieribus errantibus in iure, quibus casibus subueniatur magis quam minoribus.*

a NE passim. [2] Hæc est subtilis, & difficilis lex. Breuiter dicit mulierib⁹ nō subueniri propter iuris ignorantiam vltra quā masculis, nisi in casib⁹ à iure expressis. h. d. Oppo. quia secundū hoc videt̄, q̄ mulieres sint deterioris conditionis, quā viri. Nam regula est q̄ masculis in dānis subueniāt̄ ꝓpter iuris ignorantiā: in mulieribus verò dicit̄ hic, q̄ est casuale: vñ videt̄ obstare. ff. eo. l. error. in fi. Glo. dicit, & bene, q̄ mulieres iuuant̄ in omnibus casibus, in quib⁹ iuuant̄ mares, & vltra illos in casibus à lege tm̄ expressis: qui autem sunt illi casus, glo. hic multos enumerat, q̄ ad ꝓpositū nō faciūt. Et ideo ꝓ declaratione gl. debes scire, quia q̄nq̄ tractat̄ † de prę
1 sumptione ignorātiæ iuris: & ista facilius
b præsumit̄ in muliere[b] quā in masculo & hoc est indistinctè verū. Ita loq̄t̄ ff. de adulte. l. si adulteriū cū incestu. §. j. & ff. de ꝓba. l. cū de īdebito. §. j. de edē. l. j. §. fi. de iure fis. l. ij. in fi. Q̄nq̄ tractat̄ de subueniēdo mulieribⁿ, nō ideo quia errauerūt in iure: sed
c ideo qa sunt mulieres: [c] & in istis casib⁹ loquit̄. ff. ad Velle. l. j. & l. si fine. C. e. q satisd. cog. l. de die. §. minori. so. ma. l. si cū dotē. §. si mulier. Q̄nq̄ ponit̄ q̄ mulieres errauerūt in iure: anteis subueniat̄ eo casu, quo
2 nō subuenirent̄ masculis. & in isto casu loquit̄ hæc lex, quæ dicit q̄ eis nō subuenit̄ nisi in casib⁹ in l. exp̄ssis. ī l. aūt sunt exp̄ssi. ff. ad l. Cor. de fal. l. diuus. §. q̄d tm̄. & adtur. l. j. §. accusatiōnē. ī fi. & l. mulier. &c.

1 ☞ *Species indebite quòd sunt quatuor.*

2 *Debitum ex Falcidia quòd defalcatur de legato, dicitur indebitum ciuiliter, sed naturaliter debitum. & nu. 3. & nume. 12.*

4 *Falcidia resecat ipso iure quo ad dominium, non quo ad obligationem naturalem. & etiam nu. 2.*

5 *Quod defalcatur per Trebellianum dicitur naturaliter debitum. & nu. 12.*

6 *Quod defalcatur ratione legitimæ portionis debitæ filio, uel patrono, nullo modo est de iure debitum.*

7 *Debitum ex testamento minus solenni, dicitur debitum naturaliter. & nu. 8.*

9 *Ille naturaliter tenetur, qui de iure gentium tenetur. & nu. 22.*

10 *Obligatio naturalis, quandoque etiam absque consensu contrahitur.*

11 *Obligatio ciuilis & naturalis, quando oriatur ex eo quòd peccat in forma sui.*

13 *Verus debitor absolutus per sententiam, remanet ciuiliter, & naturaliter obligatus. & dicitur indebitum id, quod debet ope exceptionis.*

14 *Exceptio rei iudicatæ, est exceptio iuris & facti, non iuris.*

15 *Obligatio naturalis quando sit, quòd possit actionem producere.*

16 *Absolutus per sententiam quando remaneat naturaliter, & ciuiliter obligatus.*

17 *Indebitum ciuiliter, & naturaliter tantum debitum, si soluatur per errorem, quando possit repeti.*

18 *Titulus de condictione indebiti, continet in se quandam causam restitutionis.*

19 *Compensatio quòd non admittitur contra repetentem indebitum.*

20 *AEquitas in specie præfertur æquitati in genere.*

21 *Soluens per errorem indebitum naturaliter, sed ciuiliter debitum, quando repetat. & nume. 26.*

22 *Ex chirographo, & sic ex obligatione literarū, q̄ oriatur actio ciuilis ante biēniū.*

23 *Imperator potest producere actionem absque aliqua obligatione.*

24 *Pactum de non petendo, an tollat actionem etiam ciuilem.*

25 *Ex sententia condemnatoria oritur obligatio ciuilis: sed non naturalis.*

27 *Soluens per errorem indebitum ciuiliter, & naturaliter, quibus casibus repetit.*

28 *Exceptio Macedoniani, & Velleiani sunt inductæ ex moribus ciuitatis Romanæ: ideo non tollunt ciuilem nec naturalem obligationem.*

29 *Soluens debitum omni iure, sed indebitum ope exceptionis, quando possit repeti.*

30 *Soluens tutus exceptione ex epistola diui Adriani, si soluit, quòd non repetit.*

31 *Exceptiones inductæ ad rigorem iuris conseruandum quæ sint.*

QVm quis ius ignorans. Duas partes habet. Prima loquitur in ignorāte ius. Secūda in ignorāte factū. Scda ibi: per ignorantiā enim. Debitum naturaliter tantū, ciuiliter indebitū, solutū per iuris non repetitur, sed per ignorantiā facti repetitio conceditur. h. d. Pone casum in terminis scdm opinio. gl. quā intēdo tenere. Ad legē istā opponi. tutus exceptione fauorabili, quocunque errore soluēs repetit: vt l. qui exceptionem. ff. de condictio. indebi. sed hæres hic est tutus exceptione fauorabili. ergo &c. non debet ergo adhiberi illa distinctio: errauit in iure. vel in facto. Gl. in fine. gl. magnæ soluit, quòd hic hæres nō erat tutus aliqua exceptiōe: quia nulla actione tenebatur: ergo exceptionem non habebat quæ prę̄supponit actionem: vt l. ij. de exceptio. Secūdò opponi. quando aliquis tractat de damno vitando, iuris ignorantia dat repetitionem, sicut ignorātia facti: vt l. error. ff. eodem. sed hic hæres tractat de damno vitando: igitur si in iure erra-
d uit, repetere potest. Glo. huius timore [d] in princi. tantū dicit, q̄ ista lex debet intelligi quando quis soluit debitū naturaliter, sed ciuiliter indebitum: vt legatum ex testamento non solenni: vel legatum quod debebat defalcari per legē Falcidiā. & ideo ille qui soluit ignorāter, nō certat simpliciter de dāno vitando: quia aliquo respectu soluit debitum, & liberatus est à naturali obligatione: ideo adhibetur distinctio, quę ponitur in hac lege. Vltramonta. reprehēdunt exempla istius glo. dicentes quòd ex testamento non solenni legatum non debetur naturaliter. Item dicūt, quòd illud quod de legato defalcatur per falcidiam non debetur naturaliter, vt statim examinabo. Soluunt ergo contrarium sic, quòd hic hæres certat de lucro in casibus positis suprà. lucrū enim est sibi retinere hæreditatem quæsitam. Sed ista solutio. non est vera: nam ante hæreditatē quæsitā bene certat quis de lucro: sed post hęreditatē q̄sitā hæreditas cum suo patrimonio cœpit esse vnita, & dici vnum patrimonium: vt l. sed si plures. §. filio. de vulga. & pupilla. & ideo si quid de isto patrimonio minuatur patitur damnum. vt l. dānū. de dāno infecto. certat ergo hic hæres de dāno. Teneamus ergo opinio. gl. pro qua gl. & materia tota hic posita de-
1 clarāda scias, † quod quatuor sunt species indebiti. quoddam est indebitū ciuiliter, sed naturaliter debitū, de quo loquit̄ lex ista. quoddā est indebitū naturaliter, & ciuiliter debitū. quoddam est indebitum vtroque iure, scilicet ciuiliter & naturaliter. quoddam est indebitum ope exceptiōis, sed ciuiliter & naturaliter debitū. Circa quodlibet videamus exēpla: & videamus qualiter per errorē solutū repetatur. Circa primū, quādo est ciuiliter indebitū, naturaliter debitum: gl. ponit exēplum

in eo

2 in eo † qđ de legato defalcatur [a] ꝑ Falcidiã. Contra iſtud di-
2 ctũ inſurgunt Vltrã. vt Pet. dicẽs ꝙ illud nõ eſt debitũ, neq; ci-
uiliter, neq; naturaliter. Nã lex Falcidia reſecat legata ipo iu-
re; vt l. Plauti⁹. & l. lineã. ff. ad leg. Falci. & l. j. §. ſi qs ex mortis
quo le. ergo nullo iure debeť. Præterea qñ lex reſiſtit obliga-
tioni, nõ oriť ciuilis, nec naturalis obligatio, vt l. non dubiũ. §.
de legi. & l. ſi nõ ſortẽ. ĩ prĩ. ff. de cõdi. ide. & de fideiu. l. cũ lex
ſed lex falcidia reſiſtit legato. ꝙ nõ excedat dodrãtẽ; vt l. j. ff. ad
l. falc. ergo nullo iure debeť. Gul. de Gug. ĩ hoc tenet gl. noſtrã.
Nã ĩ legatis volũtas defũcti dñať; vt l. ĩ cõditiõib⁹. de cõd. & de.
ſed de iure ãtiq; ꝓmittebať teſtõri legare q̃tũ volebat; ſupuenit
lex falcidia, q̃ eſt cõtra teſtõris voluntatẽ; vt l. Titia. ff. ad l. fal.
remanet ergo teſtõris volũtas ꝙ ſoluať. ergo remanet natura-
lis obligatio. Idẽ tenet Iac. Bu. nihil allega. Cy. recitat hic Pe.
3 ſiſiter. † Ego dico opi. gl. nr̃arũ eſſe veriſsimã. prĩo ꝑ caſum ex-
p̃ſſum. j. ad l. fal. l. j. vbi dr̃, ꝙ q ſoluit qđ poterat ꝑ Falcidiã reſe-
care nõ ſoluit pl⁹ debito. ergo apparet ꝙ erat aliq; iure debitũ;
ciuiliť nõ, ꝓpť legẽ Fal. ergo reſtat ꝙ erat naturaliť debitũ: Pr̃e
terea ex ea. lege, ꝓbo ſic. Donari vr̃, qđ nullo iure cõgẽte cõce-
diť; vt l. donari. ff. de do. ſed illđ ꝙ defalcať per Falcidiã, ſi nullo
iure eſt debitũ, ei⁹ ſolutio eẽt donatio; ſed hoc falſum; qa nõ eſt
donatio; vt l. j. j. ad leg. Fal. ergo &c. erat ergo naturaliter debi
tũ, cui⁹ ſolutio nõ dr̃ donatio; vt l. hoc iure. §. pe. ff. de do., ꝓ hoc
optimè facit l. ſi patron⁹. §. de illo. de donatio. & ibi de hoc teti
gi. Ad cõtrariũ dicit Pet. ꝙ Falcidia reſecat legata ipſo iure.
4 Doc. nõ rñdẽt, ſed rñdeo ꝙ † reſecat ipſo iure q̃ ad dñiũ; vt ll.
ſ. alleg. nõ aũt q̃ ad obligationẽ naturalẽ reſecat; vt ſ. probatũ
eſt. Nõ ob. qđ dictũ eſt, ꝙ lex reſiſtit obligatiõi; qa hoc eſt fal-
ſum. Dicit em̃ lex Falc. ꝙ poſsit legare qs quãtũ vult; dũmodo
apud hæredes remaneat quadrãs. hic nõ, ꝓhibet teſtatorẽ vl-
trà legare; ſed ꝑcipit apud hæredẽ debere remanere quadrãtẽ.
Præterea, ꝙ hoc ſit verũ, apparebit ex rõne quã dicã in qõ. de
teſtõ nõ ſolẽni. Ex his cõcludiť ꝙ tua glo. dicat veritatẽ. Extra
5 gl. q̃ro qđ de eo qđ defalcať ꝑ Tre. Rñ. ꝙ † naturaliter eſt de-
bitũ. & ei⁹ ſolutio nõ eſt donatio. Tex. eſt rotũd⁹ ĩ l. debitorẽ.
de his q̃ in frau. credi. Quæro qđ de eo ꝙ defalcať ꝑ legitimã
6 † portionẽ debita filio vel ꝓno. Rñ. illđ nullo iure eſt debi-
tũ. qđ apparet; qa quocũq; errore ſolutũ repetiť: vt l. ſi ꝓn⁹. ĩ
prĩ. ff. de dona. & ibi eſt tex. Sumus expediti de prĩo exẽplo
7 gl. Scđm exẽplũ † eſt de legatis relictis ĩ teſtõ nõ ſolẽni. Gl. di
b cit, ꝙ illud eſt naturaliť debitũ [b] vt j. de cõd. ĩdeb. l. fideicõmiſ
ſum. & ff. de cõd. ide. l. fideicõmiſſum. Pe. cõtra. & dicit, ꝙ iſtđ
nõ eſt verũ; qa obligatio naturalis cõtrahiť cõſenſu; vt l. j. ff. de
pact. l. ĩ his. §. Impator. de ſo. Sed ĩ ꝓpoſito teſtõr hic nõ cõſen-
ſit qa nõ cõgnouit veniẽ. ab inteſtato; ſed ſcriptũ i teſtõ. l tẽ hæ
res q ab inteſtato adiuit, hic non cõſenſit. nõ em̃ eſt veriſile ꝙ
poſsit obligari. Præterea, dicit ipe, qñ illđ, ꝙ agiť, peccat ĩ for-
ma ſui, nõ oriť neq; ciuilis neq; naturalis obligatio. l. j. §. ſi quis
ita. ff. de ver. ob. ſed hic teſtm̃ peccat in ſui forma; ergo &c. Et
per hoc apparet ꝙ quædã æquiparatio, quã facit gl. in l. ſi poſt
diuiſionẽ. ſ. e. per quã cõcludit ꝙ ex nõ ſolẽni teſtõ naſciť obli
gatio naturalis, illa nõ eſt bona. Gul. de Gug. in hoc ſtat cum
Pet. aliqualiter tñ limitat, & dicit ſic: Hæres nõ cõtrahit cũ le-
gatarijs, ſed quaſi cõtrahit; vt l. apđ Iulianũ. in fi. qb⁹ ex cauſ.
in poſ. eať Inſti. de obli. q̃ ex quaſi cõtractu. §. hæres l. ex malefi
cijs. §. hæres. ff. de acti. & obli. Vñ cũ nõ ſit ver⁹ cõſenſus, neq;
ver⁹ cõtract⁹, non poſſum⁹ dicere, ꝙ naturaliter obligetur, ſed
quaſi naturaliter. Do. Ia. Butr. tenebat gl. nr̃am, & dicebat ſic:
Hæres & defũct⁹ ꝑſumunť eadẽ ꝑſona; vt auť. de iureiu. à mo.
præſti. in prĩ. ſed defunct⁹ cõſenſit ꝙ legatari⁹ haberet iſta le-
gata. ergo hæres vr̃ cõſentire. Iſte ergo fictus cõſenſus natu-
8 ralẽ obligationẽ inducit. Sed ego † dico ſic ꝙ gl. tua dicit veri
tatẽ. Pro cui⁹ euidẽtia debes ſcire; qd eſt dictũ; aliqs eſt obliga
9 tus naturaliter. dicit lex: Is naturaliter † teneť, q de iure gẽtiũ
teneť; vt l. cũ ãplius. §. j. de re. iur. Gl. in l. Stichũ. §. naturalis. de
ſol. Sed ego reperio, ꝙ remota à teſtõ oĩ ſolẽnitate ciuili, rema
net debitũ de iure gẽtiũ, ſi põt ꝓbari relictũ ꝑ duos teſtes: ergo
naturaliť debeť, ꝓbo minorẽ; cõceſſum eſt priuilegiũ militib⁹
ꝙ poſsint teſtari qũo velint remota oĩ ſolẽnitate iuris ciuilis:
& eos reponit Impator ĩ priſtino iure gẽtiũ; vt l. j. ff. de teſt. mi
li. ſed militis teſtm̃ ꝓbať ꝑ duos teſtes, ẽt nõ rogatos; vt no. ĩ d.
l. j. & l. diu⁹. & l. Luci⁹. de teſ. mili. ergo appet ꝙ iure gẽtiũ va-

teſtamẽto nõ ſolẽni non debeať naturaliter. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto in verbo, accreſcere. quia ſi eſſet verũ, ꝙ relictũ in teſtõ nõ ſolẽni naturaliter debere tur, non haberet locũ ius accreſcẽdi: neceſſe ſit q̃ portio deficiẽs in totũ deficiat: vt eſt tex. in l. ſi duo patroni. in prin. & ibi no. glo. & doc. ff. de iurciur. pro ſolenni-tate videas gl. Bar. & Pau. de Ca. in l. ſi poſt diuiſionẽ. ſ. eod. & ibi etiam Barto.

a ¶ Defalcať. Vtrũ id, qđ de legato defalca-tur ꝑ Falcidiã ſit de-bitũ naturaliter vel nullo mõ: & hic di-ctis ꝑ Bar. inq̃tũ di-cit ꝙ eſt naturaliť de-bitũ. adde qđ idẽ ipi met Bar. in l. j. ff. đ cõ-di. ⁹d. idẽ ẽt tenet ipſe ĩ l. ſi patron⁹. ff. đ do. Idẽ tenet ipe Bar. in l. ñ. §. ſi qs ex mortis. ff. quo le. idẽ Bar. in l. j. in prĩ. ff. ad l. fal. Idẽ ẽt tenet Guli. de Cu. & Iaco. Bu. vt refert hic. Idẽ tenet ipe Bal. in d. l. j. ff. de cõ. in. ſed Pe. de Bella per. & vl tramon. tenent hic ꝙ nullo iure ſit debitũ. & hãc opi. ſequiť hic. Bal. & Bar. in l. error. ĩ. ad l. falc. & Ioan de Imo. in l. j. ff. ad l. fal. & in c. fi. de ſo. Et hãc opi. tenet do. me⁹ ĩ d. §. j. cõtra Bar. Sed tu nõ recedas à Bar. per tex. ĩ l. fi. ad l. fal. & ꝑ id qđ ipſemet Barto. no. ĩ l. j. C. ad l. fal. ſed d Bene. de plũ. fuit in alia mirabili opi. di-cẽs, ꝙ eſt debitũ na-turaliter, & ciuiliter ꝑ plures rõnes, quas habes in l. fi. j. ad l. fal.

P. P A V. P.

b ¶ Debitũ. Qũo intel ligať ꝙ ex teſtõ mi-nus ſolẽni oriať natu ralis obligatio, vide Alex. cõſ. ccxij. in vlt. col. Itẽ no. vbi cõtra-him⁹ ſup. re. cui⁹ cõ-merciũ ꝑticulariť nõ habem⁹ nõ cõtrahiť etiã naturalis obliga tio. l. j. C. ne li. ha. me-tro. li. xj. Ro. ſin. dcc. lxxxiiij. inci. an obli-gatio. Itẽ vide Iaſo. poſt alios in l. ſi poſt diuiſionẽ. ſ. c. vbi po-nit ꝙ inter coheredes nõ oriť: ideo ſi filius inſtituať, & in eo ali⁹ extrane⁹, in teſtõ mi-nus ſolẽni, non teneť filiꝰ, etiã in foro con-ſciẽtiæ dare extraneo portionẽ ſibi relictã. Itẽ an ſicut ex teſtõ oriť naturalis obliga tio etiã ſi nõ ſit ſolen ne pro legatis. Idẽ ſi pro hæreditate. Et an in foro cõſciẽtiæ hæ-res & legatari⁹ reti-nere poſsint ſibi reli-cta. vid Iaſ. in l. nemo põt. in vltima char-ta. ff. de lega. j. & præ cedẽti. Item an illud quod põt retineri ꝑ Falcidiã dicať natu-raliter debitum vide latè Bart. in l fi. in iij. col. & ſeq. de ſolu. & ibidem, in vj. col. & ſeq. ponit an ex teſta-mẽto min⁹ ſolẽni ob ligeť qs naturaliter.

c ¶ Deficit voluntas. Iſtud eſt verum tenendo opin. Barto. hic in authen. ex cauſa. ſed ſecus tenendo opi. Barto. & aliorum in d. l. ſi cũ vel in vtero. & in d. auť. ex cã.

d ¶ Naturaliter. Et in iſto puncto vide Bald. in l. ſi cum vel in vtero. hic allegat. & vide Barto. in l. militis. §. miles. ff. de teſtamen. mili.

liberare.ſed oſtẽdere liberatum eſſe:ergo nõ inducitur obliga
tio.Nõ ſunt plures ſuæ rationes. Contrarium puto text.videt
expreſſus in d.l.Iulianus.in prin.Præterea,ſicut ſententia con
demnatoria,inducit obligationẽ,ex qua oritur actio:vt l.iij.§.
idem ſcribit.ff.de pecu.eadẽ ratione abſolutoria debet tollere
ciuilem obligationẽ.Pet.nititur reſpõdere ad iſtam rationem
de qua reſponſione nõ curo.Ad rationes Pet.reſpõdeo ſic,pri
14 mò cõtra eum,ex dictis eius ipſe tenet †quod exceptio rei iu
dicatæ ſit exceptio facti,& intẽtionis,nõ iuris:vt not.per eum
in l.exceptiones.§.de excep.Sed poſito ꝙ ſit exceptio iuris ſe
cundũ quod eſt verũ:nõ ſequitur:ergo ciuilis obligatio rema
net.Ad probationẽ cùm dicit,naturalis ſola non eſt ſufficiens
15 ad producendũ actionem.concedo iſtam.Sed hoc † eſt verum
in naturali,quæ nunquã habuit ſecum ciuilem : ſed ea quæ ab
initio habuit ciuilẽ,& ſic produxit actionẽ:adhuc poteſt eam
cõſeruare ſublata ciuili:vt.ſ.in ſimili not.in l.ſi vnus.§. pactus
ne peteret.ff.de pactis.& probatur in exemplo de muliere &
viro.Mulier enim quæ nunc̃ fuit nupta viro, non poteſt pa
rere filiũ:ſed nupta poteſt parere & conſeruare etiam viro ex
tincto.Ita in ꝓpoſito,obligatio ciuilis habet ſe ad obligationẽ
naturalẽ vt cauſa agens:obligatio naturalis habet ſe ad ciuilẽ
vt patiens,ſeu materia ex qua ius ciuile producit actionem.
Vnde ſublata ciuili quæ ꝓducit actionẽ, poteſt obligatio na
turalis remanere.Non obſtat quando ipſe dicit , ꝙ actus gen
tium non operãtur vltra intentionem agentis.concedo iſtam.
& cũ ſubdit,iudex non intendit eum abſoluere.iſtam negoti.
imò intendit eũ abſoluere,& imponere finem liti, & facere ꝙ
huic ius ciuile amplius nõ obſtet:quinimò ſi iudex hoc nõ ex
primat,intelligit.Caſus eſt.ff.de arbi.l.quid tamen.§.j.&c.His
16 ergo viſis debes ſcire† ꝙ iudex quandoc̃ abſoluit reum , quia
actor non probauit: & tunc fateor ꝙ tollitur ciuilis, & rema
net naturalis.Ita loquitur.l. Iulianus.in princ.Quãdoc̃ iudex
abſoluit reum,quia nullo modo debitũ:& tunc idem:quia na
turalis nõ tollitur:quia iudex nõ poteſt eam tollere:vt inſtitu.
de iure natu.§.ſed naturalia:quia tamen res iudicata inter par
tes habetur pro veritate.l.res iudicata.& ibi no.ff.de re iu.Iſtã
naturalem obligationẽ pars contra reum nõ poterit allegare
de cætero.Idem ſi iudex abſoluiſſet tanquã debitum,non eſſet
contractum:arg.l.ſi.ff.de iureiu.l.ſi duo.§.ſi quis iurauerit.eo.
tit.Sed ſi iudex abſoluiſſet tanquam indebitũ ; nec adieciſſet,
nullo modo debitũ:tunc intelligitur quaſi non debitum:ſcili
cet ciuiliter.ſufficit enim ꝙ actionẽ excludat.ar.d.l. Iulianus.
in prin.de condi.inde. Et hoc videtur ſentire do.Iacob.Butri.
Bemanet ergo ꝙ vera eſt gl.noſtra. Sunt alia exempla de de
bito naturaliter tantũ,quæ ſunt indubitata:vt ſi quis promiſit
pacto nudo:vt l.iuris gentiũ.§.quinimò.de pact.l.in his.§. Im
perator.de ſol. Item in pupillo ſecundũ ea quæ plenè not.in
l.j.ff.de noua.& de regu.iur.l.pupillum.His præmiſſis,pro de
17 claratione noſtræ materiæ,quæro †vtrũ iſtud indebitum ciui
liter,& naturaliter tantũ debitũ,ſi ſoluitur per errorem,an poſ
ſit repeti.In hoc reperio tres opi. Vna fuit gloſ.noſtrarum, vt
diſtinguamus,an ſoluatur per errorẽ iuris:& non poſsit repe
ti:an per errorẽ facti:& poſsit repeti. Caſus eſt hic,& j.ad l.Fal
ci.l.error.ff.de condi.inde.l.fideicõmiſſum.& j.eo.ti.de condi.
inde.l.fideicõmiſſum.quæ leges propriè hoc probant in teſta
mento nõ ſolẽni,vel in eo quod reſecatur per Falcidiam.alle.
etiã glo.ff.ad Mace.l.ſi.ſed illa lex nõ propriè facit in arg.loq
tur enim ibi de eo quod eſt omni iure debitũ,ſed ope exceptio
nis indebitum.Fallit,dicit gl.in muliere,& in minore,qui ſol
uentes per iuris ignorantiã repetunt : vt j.ad Vellei.l.q̃uis.§.
interdũ.de condi.inde.l.interdum.habes opi.gloſ.Plac.fuit in
contraria opi.ſimpliciter dicens,ꝙ tale debitum quocunc̃ er
rore ſolutum non reperitur.Fallit in minore,vt d.l.interdum.
de cõdi.inde.Iſtam opi.Pla. tenet Pet.& Iac.de Raue.& pro
bant ſic,contra gl.noſtrã.Speciale eſt in minore, ꝙ ſolũẽdo ta
le indebitũ repetit,in d.l.interdũ.ergo in cõtrarium eſt ius cõ
mune.Præterea,condictio indebiti eſt inducta ex æquitate na
turali:vt ff.de cõdi.inde.l.nã hoc natura. ſed æquitas naturalis
non eſt,ꝙ ab eo,qui habet debitũ naturaliter , illud repetatur
ergo &c. Præterea, debitũ naturale inducit compẽſationem:
ergo etiam cùm quis aget condictione indebiti ad tale debitũ
opponitur cõpenſatio.& in hoc reſidet do. Cy. Gulielmus de
Cug.idẽ probat ſic.In pari cauſa melior eſt cõditio poſsiden
tis:vt l.ſi ſeruum.§.de illo ſequitur.de ver.ob.Sed poſito ꝙ ſit
æquitas naturalis ex parte repetẽtis:eſt etiã æquitas naturalis
ex parte eius,cui eſt ſolutũ indebitũ:quia ſibi naturaliter debe
tur:ergo eius cõditio eſt potior. Præterea ego video ꝙ ſolutũ
indebitè poteſt pro alio debito retineri:vt l.ſi non ſortẽ.§.ſi cẽ
tum.ff.de cõdi.inde.ergo multò magis pro ſeipſo. Vnde Gul.
nõ tenet opi.glo.noſtrarũ.Item opi.Pla.& Pet.nõ tenet ſimpli
citer.& probat ſic.Ego video,ꝙ per præſcriptionẽ tollit̃ ciui
lis,& remanet naturalis:& tamen tale debitũ ſolutum ꝑ erro
rem repetit̃:vt l.ſi quis poſtquam.ff.de fideiuſſo . ergo dictum
Petri ſimpliciter nõ eſt verum.Ideo diſtinguit ipſe ſic.Quod
dam eſt debitum naturale tantũ,quod nunquã habuit commu
nionẽ cũ ciuili:& iſtud quocunc̃ errore ſolutũ non repetitur,
per rationes prædictas ſ.per Pet.& per eum,contra gl.argu.l.
etiam.ff.de cõpen.Quoddã eſt debitũ naturaliter,quod ab ini
tio fuit miſtum cũ ciuili.Et hic aduerte:quia quandoc̃ ciuilis
obligatio fuit ſublata facto hominis:& tunc idẽ,quia quocũc̃
errore ſolutũ nõ repetit̃:vt l.Iulianus.in prin.de condi.inde.l.
ſi pœnę cauſa.in prin.eo.ti.quod quiſc̃ iuris.l.iij.in fi.quæ le
ges nõ diſtinguũt. Ratio,ſecundũ eum,qa quãdoc̃ ciuilis tol
litur & naturalis facto hominis potuit eſſe ꝙ fuit ſublata iniu
ſtè:ideo lex voluit ꝙ quocũc̃ errore ſolutũ non repetat̃.Qñc̃
illa ciuilis tollit̃ ex legis diſpoſitiõe:& tũc diſtinguit̃:aut ſolui
tur ꝑ errorẽ facti,& repetit̃:vt l.ſi quis poſtquam.ff.de fideiuſ.
aliàs nõ repetere:vt l.fi.rẽ ra.habe.Ratio:quia qñ lex tollit ci
uilẽ,tollit eã ſuadẽte aliqua æquitate . & ideo fuit adhibenda
prędicta diſtinctio.Iſta verba Gul.nõ placẽt in aliquo mẽbro.
Nam in primo membro,dũ dicit,ꝙ qñ ab initio fuit naturalis
ſola ſine ciuili,quocũc̃ errore ſolutũ nõ repetit̃.Dicit cõtra ca
ſum in l.error.j.ad l.Fal.etiã ſecundũ opi.ſuã.Item ſecundũ,&
tertiũ mẽbrũ,nõ placent,ꝙ ciuilis tollatur facto hominis ; vel
hoc fit à iudice:vt d.l.Iulianus.& iudex hoc facit authoritate
legis.vñ lex ipſa videt̃ facere:vt l.ſanctio legũ.ff.de pœnis. Et
ſic eſt eadẽ ratio,ꝙ quãdo tollitur ꝑ legẽ , vel tollit̃ ſola ciuilis
per hominẽ,hoc eſt per principẽ,vt d.l.iij.in fi.quod quiſc̃ iur.
tunc cũ princeps ſit lex animata,eſt eadẽ ratio,quæ eſt in l.vn
de nõ placet.Breuiter tene opi.gl.noſtræ,ꝙ tale indebitũ ſolu
tum per ignorãtiã facti repeti poſsit.Ita intelligo l.Iulian⁹.&
l.ſi pœnæ.de cõdi.inde.quod quiſc̃ iuris.l.iij.in fi. Quod dixi
de errore facti,intelligo probabili.Nam ſi ſolueret ꝑ errorẽ fa
cti improbabilẽ,eſſet idẽ quod in errore iuris:vt l.error.& l.re
gula.& l.nec ſupina.ff.eo.Reſpõdeamus ad rationes eorũ.di
cunt ipſi.Speciale eſt in minore:ergo in cõtrariũ eſt ius cõe:er
go &c.Rñ.ſpeciale eſt in minore hic,ꝙ ſoluẽs per ignorãtiam
iuris repetit:ſecus eſt in maiore.Itẽ dicũt,cõdictio indebiti ni
18 titur æquitate:ſed nõ eſt æquũ hic ꝙ repetatur &c.† Rñ.tit.de
cõdi.inde.cõtinet in ſe quãdã reſtitutionis cãm:vt ſicut minor
reſtituitur ꝓpter ætatẽ:ita errãs errore facti ꝓbabili reſtituat̃
propter errorẽ ex illo tit.de cõdi.inde.& ſic apparet ꝙ æqui
tas adeſt:ſcilicet iniuſta cã reſtitutiõis.Præterea,dicũt ipſi:poſ
ſet opponi cõpẽſatio:ergo &c.vt l.etiã.ff.de cõpẽ.Rñ.opponi
19 põt cõpẽſatio † pro debito naturali cõtra petẽtẽ,nõ cõtra repe
tẽtẽ.Ita videt̃ velle gl.in l.interdũ.de condi.inde.exp̃ſius in l.
cũ is.§.j.e.ti.vbi gl.Ratio:quia cũ iſta cauſa quãdã reſtitutio
nẽ cõtineat:añ omnia iſte,qui ꝓpter ſuũ errorẽ probabilẽ eſt
expoliatus,debet reſtitui in priſtinũ ſtatũ.q̃ ratio ĩ petẽte ceſ
ſat. Præterea,dicũt ipſi,in pari cauſa potior eſt cõditio poſ
ſidẽtis.cõcedo:ſed hic nõ eſt par cauſa.Nã ille,cui debet̃ natu
raliter,habet eq̃tatẽ in gñe ſuo:iſte qui agit cõdictiõe indebiti
habet æquitatẽ in ſpecie,vt reſtituat̃ añ omnia,vt dictũ eſt.ſed
20 † æquitas in ſpecie præfert̃ æquitati in gñe:vt l.j.de vſuſc.&
ibi no.per Dy.& no.ꝑ eũdẽ in regula,poſſeſſor.de reg.iu.li.vj.

Præterea,ipſi dicũt,ſolutũ indebitè põt ꝓpter aliud debitũ
retineri:ergo ꝓpter ſeip̃m:vt l.ſi nõ ſortẽ.§.ſi cẽtũ.de cõdi.in
de.Rñdeo,põt retineri ꝓpter aliud debitũ,ſcilicet ciuiliter &
naturaliter:licet ꝓpter aliud debitũ naturaliter tantũ non:&
ſic remanet defenſata glo.noſtra.Habem⁹ de quatuor articu
lis expeditũ primũ articulũ. Videamus de ſecundo,ſcilicet
21 quod eſt indebitũ naturaliter † & ciuiliter debitũ.Et primò
quæramus exẽpla.Glo.ff.de condi.inde.l.j.ponit multa exem
pla.Inter alia ponit de chirographo,ſeu literarũ obligatõe an
te bien-

te bienniũ. Vltramontani cõtra. dicũt enim q̃ ante biẽniũ nõ est nata ciuilis, nec̃ naturalis obligatio: nam ille, qui ꝓmittit spe futuræ numerationis, ꝓmittit sub cõditione. ergo ante cõditionẽ nulla est nata obligatio: vt l. cedere diẽ: de verb. sig. Et istud dicebat Iac. de Ra. Pe. hoc probat. & idẽ Gul. dicẽtes, q̃ nec gl. dicit verũ: nec Iac. de Ra. imò statim est nata ciuilis, & naturalis obligatio. quod probãr sic: Cõtra obligationẽ legitimã literarum, datur exceptio nõ numeratæ pecuniæ: vt l. si ex cautione. & l. in cõtractibus. j. de nõ nu. pe. & insti. de lit. obli. ergo præsupponit actionẽ: quia exceptio est exclusio actionis: sed si est actio: ergo orit̃ exceptio ex naturali & ciuili obligatione. insti. de obli. in prin. Pręterea, lex dicit, q̃ cõdicit liberationẽ: ergo erat obligat⁹: vt j. de cõdi. ob cau. l. si cũ exiguã. de nõ nu. pe. l. si quali. Præterea, si cõtractus nõ impleat̃, nõ impeditur obligatio ciuilis, & naturalis, licet obstet exceptio: vt l. Iulianus. §. offerri. de actio. emp. Præterea, si cõtract⁹ habet debitã formã in se, licet causa nõ sit iusta, parit ciuilẽ & naturalẽ obligationẽ. Exẽplũ patet in cõtractu celebrato dolo, vel metu. Ita ꝓposito, talis contractus habet debitam sui formã ergo &c. Dominus Iac. Bu. tenebat gl. nostram: tamen pertrãsibat multũ sub nube. Dico gl. nostram dicere veritatem: & ad hoc
22 ostendendũ præmitto illud, qđ suprà dixi. Is† naturaliter est obligatus, q̃ iure gentiũ tenetur: postpositis præceptis iuris ciuilis: vt l. cũ amplius, §. j. de re. iur. Sed si ego promitto tibi dare centũ, spe futurę numerationis, credẽs q̃ tu mihi mutues: an tequã mutues ceĩsat æqtas quare debebã tibi teneri naturaliter: ergo non teneor. q̃ hoc sit verũ, do res tex. ff. si cer. pe. l. qui pecuniam. & lex parua est: vbi dicitur, q̃ habet in potestate: ne accipiẽdo se obliget. Apparet ergo q̃ nõ est obligatus. intelligę scilicet naturaliter. nam ciuiliter nõ est dubiũ q̃ est obligatus. Ad idẽ ff. quę res pigno, obli. pollunt. l. pe. qui potio. in pigno. habean. l. j. in fi. Ad contraria respondeo breuiter. Ad primũ dum dicit: promittit sub conditione. nego: imò purè promittit confidens de numeratione futura. Ad idem quod dicũt ex eo q̃ competit exceptio: ergo & actio: ergo vterq̃ obligat⁹: nego istam cõsequẽtiam. quid enim repugnat, q̃ ex ciuili obligatiõe sola oriatur actio? Certè nihil. dices tu: imò repugnat exẽplum quod dedisti, q̃ ciuilis obligatio habet se vt pater: na
a turalis vt mater, [a] actio vt filia. ergo sequit̃ q̃ filia descenderet ex patre solo absq̃ matre: qa ex ciuili sola. Rñ. nõ est repugnãtia aliqua. Sicut enim Deus cõditor omniũ creauit vnũ hominẽ absq̃ pre & matre, vt Adã: creauit aliũ hoiem ex viro absq̃ muliere, vt Euã: creauit aliũ ex muliere absq̃ viro, & hic fuit
23 Christus: ita Imperator cõditor† actionũ, quasdã actiões producit absq̃ aliqua obligatione de mũdo: & istę sunt actiões datiuæ, quæ nullã habẽt matrẽ nec patrẽ: de quibus per gl. in l. cũ no. de trãsa. de act. & obl. l. j. Eodẽ modo hic introducit actionẽ ex patre absq̃ matre: vt ex obligatione ciuili absq̃ naturali. nõ video repugnantiam, maximè cũ tex. Insti. de obli. in princ. dũ diffinit obligationẽ, se referat ad ciuilẽ in eo quod dicit, scdm nostræ ciuitatis iura. ergo secũdũ ius ciuile. Item dicũt ipsi. cũ dicit̃ obligatio: ergo erat obligatus. istã nego: quia cũ dicit̃ liberatio de facto, hoc est istrumẽtorũ cassatio: vt l. dissolutę. j. de cõdi. sine causa. multò magis hic, vbi est aliqua alia obligatio, scilicet ciuilis. Itẽ dicũt, licet cõtractus nõ impleatur, tamẽ oritur ciuilis & naturalis obligatio: vt l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. Rñ. in cõtractu emptionis, & vẽditiõis, & in similib⁹ nõ cõtrahit̃ obligatio principaliter spe futuræ traditionis: ita q̃ ista sit causa ꝓxima obligationis: sed spe. obligationis correlatiuę. ideo enim promitto tibi pretiũ, quia ꝓmittis mihi rẽ. & ideo obligor tibi, quia obligaris mihi. & ista est causa ꝓxima obligatiõis. & ideo vna sublata nõ nascerẽt alia: vt l. fi. de acceptil. ff. de rescin. vẽn. l. cũ emptor. Nec ob. si opponeres de pupillo emẽte. Nã potes videre per te: sed in quæstione proposita: causa, proxima quare tibi promitto, est spes numeratiõis. licet em̃ tibi ꝓmittã purè incõtinẽti, & hoc agit̃ cũ solẽnitate ciuili, tibi teneor: tñ etiã istud agit̃ inter nos, s. si nõ accepero, vel si nõ mutuabis, nõ teneor: vñ de ęqtate naturali nõ teneor. Dices tu. Ista obligatio ciuilis, q̃ cõtrahit̃ literis, vel stipulatione, contrahitur consensu: vt l. j. ff. de pac. ergo eodem momẽto cõsentio quod obliger. & quod non obliger: & sic est contradictio: vt l. vbi repugnantia. de regu. iur. Respõd. dico quod iste consensus & dissensus sunt diuersis respectibus: consentio enim quod obliger solẽnitate ciuili: consentimus etiam inuicem, q̃ nõ tenear in veritate, nisi in numeratiõne secuta. Hoc probãt dictę leges allegatę. l. qui pecuniã. præal. & d. l. j. in fi. Itẽ dicũt ipsi, si cõtractus habet debitã formã, oritur obligatio ciuilis & naturalis: vtĩ cõtractibus celebratis dolo. vl̃ metu. Rñ. ĩ illis cõtractibus est cõsensus coactus: licet cõtractus nõ habeat iustam causam in se: sed in isto nõ est cõsensus, vt dictũ est. Concludo ergo q̃ exẽplũ gl. est bonũ. Aliud exẽplũ
24 ponit glo. quãdo præcessit obligatio ciuilis, & naturalis, & postea secutũ est pactũ † de nõ petẽdo: quia per pactũ tollitur naturalis, & remanet ciuilis: vt l. Stichum. §. naturalis. ff. de sol. Gul. de Cug. i hoc dicit, q̃ est aduertendũ qualiter forma pacti fiat. Aut em̃ facio pactũ de nõ petendo: & non tollitur naturalis: qa istud pactũ nõ apponitur ad tollendũ obligationẽ, sed ad impediendã petitionẽ. Aut libero te per pactũ: & tũc tollit̃ naturalis. Ita dicit in §. pactus
tw ne peteret. ideo modo omitto: sed dicam aliàs. Possemus etiã ponere exẽplũ in sentẽ
b tia cõdẽnatoria [b], ex qua oritur obligatio
25 ciuilis † & nõ naturalis: licet qdã cõtradicãt: vt dixi in l. ab eo. j. quomodo & quãdo iudex. tenẽdo istã opi. q̃ ex sententia condẽnatoria nõ oriatur nisi ciuilis obligatio: tamẽ lex dat ei fomẽtum, & auxiliũ in tm̃ vt cõtra eã nulla oriat̃ exceptio: & tũc haberet vim ciuilis & naturalis præsumptæ, vt dixi in d. l. ab eo. & idẽ in obligatione literarũ post bienniũ: nã post biennium lex præsumit naturalẽ obligationẽ. Vnde est ibi naturalis solũ pręsumpta sine exceptionis obstaculo. Expeditis exemplis venio
26 ad quæstiones. Quæro, † vtrũ indebitũ naturaliter & ciuiliter debitũ. solutũ ꝑ errorẽ possit repeti. Gl. dicit hic, q̃ regulariter sic. Fallit in casib⁹, vt habes in ea. Tu verò licet gl. bñ dicat, dic ꝑ alia verba & melius intelligem⁹. Quãdoq̃ est indebitũ naturaliter sed ciuiliť debitũ, tñ est ibi naturalis præsumpta, ita q̃ nulla obstat exceptio: & tũc solutũ nõ põt repeti: vt puta solutũ authoritate rei iudicatę, vel ĩ obligatiõe literarũ post biẽniũ: vt l. j. j. de cõd. inde. & mãdati. l. fideiussor. §. in oĩbus. Quandoq̃ est debitum ciuiliter tantum, cui obstat exceptio: & tunc solutum quocunque errore potest repeti: vt l. si non sortem. § . indebitũ & §. adeo. de cõd. ind. Fallit si soluat̃ ex cã trãsactionis veræ vel p̃sumptę. verę. j. de cõd. ĩde. l. ij. & ff. de cõd. inde. l. in summa. in prin. præsumptæ, vt in illis causis, q̃ ꝑ inficiationẽ crescũt. Nã tũc soluẽdo videor soluere aĩo cõpensandi, ne negãdo ĩcidã in duplũ: vt j. de cõd. ind. l. ea q̃. & Insti. de obl. q̃ ex quasi cõtractu. §. fi. expedit⁹ est secũdus articulus.
27 Terti⁹ articulus est, qñ est vtroq̃ † iure indebitũ: in hoc nõ egemus exẽplis: vt qñ nullo mõ est ꝓmissum, vel debitũ, sed qs putabat se teneri. vel fuit debitũ, & est liberat⁹ solutiõe, vel acceptilatione, vel alio mõ, de his q̃ ponunt̃ inst. q. mo. tol. obli. isto casu solutũ quocũq̃ errore repit̃: vt l. sed & si me putẽ. in prĩ. ff. de cõd. id. Fallit. in casib⁹ si soluat̃ authori. rei iud. vt l. j. de cõdi. ĩde. & l. si fideiuss. §. in oĩb⁹. ff. mãd. & l. si sine. §. j. rẽ ra. ha. Itẽ si soluat̃ ex cã trãsactiõis: vt l. ij. j. de cõdi. ind. & l. in summa. in prin. de cõd. ind. ff. Itẽ fallit in causis, quę crescũt ꝑ inficiationẽ: vt dictũ est. & hoc no. plenius in l. eleganter. in fin. de condit. inde. & est expeditus articulus. iij. Quartus articulus est qñ est vtroq̃ iure debitũ sed ope exceptiõis indebitũ. Exẽplũ

a ¶ Naturalis vt mater. Contrariũ tenet Bar. in l. etiã. ff. de mi no. Baran l. ij. in q̃ bus cau. in integr. re sti. non est neces.

¶ Pro cõcordia Aduerte q̃ sententia cõdemnatoria parit solũ actionẽ ciuilẽ, nõ naturalẽ. Ita Bart. in hac l. cũ quis. versic. possemus etiã ponere exemplũ. & in l. j. in ix. col. ff. de condi. indeb. Idem Barto. in l. ab eo. C. quomodo & quãdo iud. domi. Alexã in sua aposti. la in hac l. cũ quis alleg. Bart. sibi contrariũ in l. Iulianus verũ de itorẽ. x. col. & seq. ff. de condic. inde. versi. item dubitatur vtrũ res iudicata tu dic: fortè est contrariũ: sed subtiliter potest saluari Bart. quia in di. l. Iulianus. non simpliciter dicit oriri obligationẽ naturalẽ ex sententia, sed licet ex eo fonte vbi regulariter oriuntur obligationes naturales: scilicet ex cõsensu. l. consensu. cũ si. ff. de acti. & oblig. Sed dicit Barto. q̃ oritur obligatio naturalis ex sententia, quę insurgit ex naturali ęqtate iuris, quæ est vt maiorib⁹ pareamus l. veluti. ff. de iusti. & iu. Est enim ęquitas naturalis quæ astringit vt obseruetur qđ præcipit dominus, & maior. Et in lege diuina: q̃ ius naturale dicitur: q̃ nõ obedierit principi moriatur. cap. ij. de maio. & obed. & ita seipsum declarat barto. in d. l. Iulia. quasi sentiat de alia obligatione naturali, cũ de illa, de qua in hac l. cũ quis. & in iuribus præallegatis.

b ¶ Cõdẽnatoria. Adde Bart. in d. l. ab eo. & in l. ij. in vĩ. col. ff. de condi. indeb. sed Barto. tenet cõtrariũ in l. iulianus. in x. col. de condi. indebi.

a ¶ Interuſurio. Sed aduerte: quia Barto in l. ſi ſocer. §. Lucius. ff. ſolu. matrimo. videt voluiſſe ita demum dari repetitionem huit indebitè ſoluto ante tempus, ſcilicet propter interuſuriū medij temporis tantum. Cuius contrarium hic voluit. & in l. ff. de condi. inde. videlicet, ꝙ etiam ſi nullum eſſet interuſurium medij temporis: tamen reputatur. Ita videtur ſenſiſſe gloſ. in l. ſi fideiuſſor. & l. quamuis. ff. mand. & nota Imol. in d. §. Lucius. dixi aliqua verba pro concordātijs. vide ibi per eum.
☞ P. P A V. P.

b ¶ Quoties. Vide circa hanc legē Fel. in c. quæ in eccleſiarum. col. xvij. extra de cōſtit. Et ꝙ in poſſeſſorio princeps poſsit p̄ iudicare tāçȝ ſit modici præiudicij, vide Bar. in l. authoritatē. vnde vi. Facit dictū Bar. in l. admonendi. colū. vij. dum tangit quæ dicat causa magna. & ibi addidi. ſed in contrarium vide Salicetum in d. l. authoritatē. Et ad Bart. in l. item ſi verberatū. ff. de rei vendica.
☞ P. P A V. P.

c ¶ Vt actiones. Super hoc vide omnino q̄ habes ad Bart. in l. ex hoc iure. in vlti. colū. ff. de iuſti. & iur. An autem & quomodo poſsit princeps tollere exceptiones peremptorias, vide Iaſ. in l. ij §. ſi is pro quo. in ij. co. ff. quod qſcȝ iu.

d ¶ Et dixi. Aduerte tamen: quia ſi ſtatutum diceret, reus habeat tantam dilationem: maius dubium eſſet: quia appellatione rei venit fideiuſſor, ſecundū gloſſ. not. in l. Stichū. §. qđ vulgo. ff. de ſolut. ſed an ſit ẏa, ibi dixi. Et facit hoc ad not. in l. exceptio. §. rei. ff. de exce. & hic adđ Bal. in l. tā mandatori. C. de nō nu. pe. vbi etiā ponit ea quæ hic dixi. & ibi etiā in pen. col. ponit quid econtra, an exceptio competēs fideiuſſori cōpetat reo. Et vide etiā ibi in vlti. colū. an factū rei noceat fideiuſſori, & ecōtra. ex his dictis per Bart. adde ꝙ illud qđ dicit Bar. in d. l. cū filiꝰ. §. j. in fi. ꝙ quoties nos eſſemus in dote: tūc fideiuſſor pōt conueniri. & ſic illud priuilegiū ſibi nō ꝓdeſſet. intelligas niſi debitor principalis ſuſciperet iudiciū in ſe, & diceret, nolo conueniās fideiuſſorē: quia mea interest ne cōueniatur: qa ageret incōtinēti cōtra me. arg. l. fi. de vſu. rei iud. Et de hoc eſt tex. ſing. ſecūdum Imo. in l. idemq; §. generaliter. verſ. ſuo nomine. & fuit dictum Bar. in l. verū. in prin. ff. pro ſoc. & Bar. in l. & ſi fideiuſſor. ff. de re iud. & in l. Stichū. §. qđ vul. 36. ff. de fal. & fuit dictū Cy. hic, i fi. Sed imò cū reue-

ponit glo. in Macedoniano & Velleiano.

Antequam vadam vlterius quæro quæ eſt rō, ꝙ iſtæ exceptiones Macedoniani & Velleiani, nō tollunt obligationem na
28 turalem. Reſpondeo, † quia nō ſunt inductæ æquitate naturali: ſed magis ex moribus ciuitatis noſtræ Romanæ. Vnde de iure ciuili ideo nō tollit naturalem: vt Inſti. de legi. agna. tute. §. fi, ſed quare non tollit ciuilē obligationē? Reſpondeo. quia verba legis inducētis has exceptiōes, nō tendunt ad perimendum obligationē, ſed ad impediendum petitionem. dicūt enim: ne actio petitione videretur: nō autem dicūt, ꝙ mulier intercedēdo non obligetur: vt l. j. in prin. ff. ad Mace. & ad Velleia. l. ij. §. j. & ideo dicit hic gl. quod eſt debitum ciuiliter, & naturaliter: ſed ope exceptiōis indebitū. & ideo quicquid lex dicat, nō habet locū in exceptionibus quæ procederent ab æquitate naturali: quia tūc naturalem obligationem tollerent, & remaneret ciuilis. & de iſto mēbro dictum eſt §. An autem tale indebitū per errorem ſolutum
29 poſsit repeti, Gloſſ. facit † quatuor mēbra. Primū, quandoq; quis eſt tutus exceptione dilatoria: tūc ſolutum quocunq; errore nō reperitur: vt l. in diem. & l. nam ſi cùm moriar. ff. eo. licet quidam contrariū dixerint. & vide gloſ. quæ dicit veritatē. Dices tu: dies ſolutionis eſt ſumma pars obligationis: & ideo qui ante diē ſoluit, videt ꝙ poſsit repetere: ſicut ille, qui plus in quātitate ſoluit: vt j. dicā. Reſpōdeo, illud plus
a propter diē cōſiſtit in interuſurio [a] medij temporis, quod poſſet lucrari. iſta autē ratio lucri inducit retentionē. & etiā actionem cōuentione partium, ſeu ex voluntate teſtatoris. Et ita loquūtur omnia iura, quæ inuenies ad hoc. Actiones verò, quæ introducūtur ex poteſtate legis, non dantur propter iſtud lucrū, ſeu cōtemplatione huius lucri: vt l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. de actio. empti. Secundum membrum eſt: quia iſta exceptio quandoq; eſt perpetua, & fauorabilis: tunc ſolutū quocunq; errore repetit: vt l. qui exceptionē. ff. eo. vide glo. Contra iſtud opponi. exceptio. quæ inducit ab epiſtola diui Adriani, eſt fauorabilis: quia fauore fideiuſſorū inducta eſt qđ apparet: quia ei poteſt renū
30 ciari: ſed tutus † illa exceptione per errorem ſoluens non repetit: vt l. ſi teſtamēto. §. pe. ff. de fideiuſ. ergo tutus exceptiōe fauorabili ſoluēs per errorē non repetit. glo. voluit ſoluere inſtit. de fideiuſ. §. ſi plures. nec bene dicit. Dy. voluit ſoluere in l. cōtraria. & ſoluit peius. Ego dico ꝙ exceptio ꝓcedēs ex epiſtola diui Adriani eſt de exceptionibus quæ inducuntur ad rigorem iuris cōſeruandū, vt j. dicam. ideo nō cadit ſub iſto mēbro. Tertiū membrū eſt, quando exceptio perpetua, & odioſa, vt Macdoniani: tunc diſtinguo ſic. Aut eſt ſolutū per errorē iuris: & non poteſt repeti. Aut per errorem facti: & tūc ſic: vt l. qui exceptionē. de cōdi. inde. & l. vlti. ff. ad Mace. & vide gl. In hoc nihil eſt dicēdū: quia gl. dicit optimè. Quartum membrū eſt, quādo eſt exceptio dubia: tunc exceptio dubia iudicatur ꝑpetua: vt l. ſufficit. de cōd. inde. & vide gl. Quintum & vltimū mēbrum eſt, quando aliquis eſt tutus exceptione aliqua, inducta ad rigorem iuris conſeruandum: tūc ſolutū quocunq; errore non repetitur. ff. de cōdi. inde. l. Iulianus. & j. de cōdi. inde. l. j. vide glo. Aduerte: quid vult dicere glo. de exceptione inducta ad rigorem iuris conſeruandū. ſi velles intelligere de exceptione rei iudicatæ, nō diceret bene: quia ille cadit ſub primo mēbro, ſecundùm opi. gl. noſtræ, quando eſt indebitum ciuiliter, ſed naturaliter debitum. ideo cum allegat j.
31 de cōd. inde. l. j. nō bene cadit hic. Sed ego † intelligo exceptiones inductas ad rigorem iuris cōſeruandum, de exceptione litis pendētis, de qua loquitur d. l. Iulianus. in prin. de cōd. ind. Item ſi ſim tutus exceptiōe fori: & idem in ſimilibus, quæ non recipiunt obligationem, neq; actionem, ſed ſolùm cōueniendi facultatē. & iō dico ꝙ exceptio epiſtolæ diui Adriani, & exceptio, quam habent fideiuſſores hodie per aut. de fideiuſ. & duo rei per aut. de duobus reis. ſunt de illis exceptionib⁹ quæ ſunt inductæ ad rigorem iuris cōſeruandum. nō enim tendunt ad perimendā obligationem, vel actionem principaliter: ſed tendunt ad hoc, vt alius prius cōueniatur: licet per quandam conſequentiā poſsit euenire, vt ille prius cōuentus ſoluat, & alius liberetur illa liberatio erit propter ſolutionem. non vigore illius exceptionis: ideo tutus hac exceptione ſoluens non repetit: vt l. ſi teſtamento. §. ij. de fideiuſſo.

De precibus Impera. offeren. *Rubrica.*

Continua vt in gloſſa.

1 ☞ *Seruus admittitur ad accuſandum de nece domini. & nu. 3.*
2 *Multa aliàs prohibita propter bonum exemplum permittuntur.*

LEX I.

1 LIcet ſeruilis. Seruus admittitur † ad publicandum, & ad accuſandum de nece domini. h. d. Not. ꝙ dixi in ſum-
2 mario. Secundò no. ꝙ multa † quę aliàs ſunt prohibita, propter bonum exemplum permittunt vt hic, & l. exemplo. j. de probat. & l. aut facta. in fine, de pœnis. Tertiò no. ꝙ ſeruus admittitur ad accuſandum de nece domini: quandoq; etiam in alijs: vt j. ad l. Iuliam maieſt. l. nullus. & ff. ad l. Iuliam maieſta. l. famoſi. &c.

1 ☞ *Quod differtur, non aufertur.*
2 *Beneficium principis debet concedi ſine graui iniuria alterius.*
3 *Princeps ex certa ſciētia pōt auferre quæ ſunt iuris ciuilis, nō quæ ſunt iuris gentiū.*
4 *Dilatio conceſſa principali, an porrigatur ad fideiuſſorem, remiſſiue.*

LEX II.

b QVoties. [b] Duas habet lec. in glo. tamen ad idē tendunt. Petitio tantùm, per quam dilatio cōceditur vel remittit, poteſt produci: ſecus ſi peremptoria exceptio cōcedi, vel remitti poſtulet. h. d. ſecundū vtranq; lectu. No. primò quod dixi in ſummario.
1 Item † quod differtur. Secundò not. † ꝙ beneficia principū de-
2 bent concedi ſine graui iniuria alterius. Venio ad apparatū. Oppo. j. de pac. inter emp. l. antepe. Solu. ibi petebatur auferri dilatio magna: & ſic magnum præiudicium afferebat &c. Item opp. j. de reſcin. vendi. l. ratas. Sol. Dicit glo. & tu dic, vt in ea.
3 Quærit gl. an † ex certa ſcientia princeps poſsit per ſuum reſcriptum ius alteri auferre. Gl. hic diſtinguit, ꝙ quædā ſunt de
c iure ciuili, vt actiones [c]: & iſtæ poſſunt auferri per principem. Quædam ſunt de iure gentium, vt dominium: & iſtud nō pōt auferri. Ita dicit gl. tua quam no. quod dicam in l. fi. j. ſi contra ius vel vtili. pub. & ſigna glo. Cyn. hic format vnam quæſtio-
4 nem, vtrum † dilatio conceſſa principali corrigatur ad fideiuſſorem. Finaliter reducit eam ad examinationē illius quæſtionis, quæ examinatur in l, cùm filius. §. j. ff. de verbo. oblig. quæ
d eſt multùm prolixa. & dixi [d] in d. l. cùm filius, &c.

1 ☞ *Qui habet dilationem ad ſoluendum beneficio ſpeciali, tenetur ſatiſdare.*
2 *Cautela quando dantur per ſtatuta dilationes ad ſoluendum mercatoribus uel ſocietatibus, quòd non teneantur ſatiſdare.*
3 *Verbum, non ualeat, quando importet ipſo iure. & nu. 5.*
4 *Satiſdatio, quæ debet præſtari ab eo, qui habet dilationem ad ſoluendum beneficio ſpeciali quando præſtetur.*

Si ſtatutū

rentia,si vidisset verba Cyn.non ibi indefinitè dixisset. Quod autem hic dicebat aut iste habet priuilegium contra quoscunq;:& tunc dico cp non potest accipere iudicium,cùm sua non intereſt.quia habet etiam contra fideiussorem.& sic illud quod dicebat ad intelligentiam Barto.in d.l.si filius.§.j.non procedit,eo maximè: quia ibi competebat contra quoscunque.Aut non competit contra quoscunque, & tũc procedit opi. illorum supra allega ta. Alex.

✠ P. PAV. P.

a ¶ Vniuersa. Nota cp ista exceptio, tu non debes gaudere excep tione,nisi primò satisdes:est dilatoria,et debet opponi ante li tem contestatam. Vi de domi.Fran.consil. cxxxvij.circa finẽ.Et circa hãc satisdatio nẽ quæ nõ debet præ stari , vide omnino Alex. cõsi.cccxlvj.& consil.cccccl.xxxv.in prin.Ang.cõsil.lxj.in pe.col.Ro.consil.ccc xxiij.vbi idẽ dicit in statuto, quod in re scripto:& idẽ in alijs exceptionibus,quod in dilatorijs.

a ¶ Vniuersa. Hæc lex cano.est xxv.q.ij.

✠ POMATES.

a ¶ Vniuersa.Ad istã l.pro declaratione v de etiã Alexã.consil. xxxviij.volu.iij.in ij. dubio . vbi dicit qđ nõ haberet locũ quo ties debitũ , sup quo petitur dilatio,debe retur ex cõtractu iu rato:& cp tales impe trationes sunt restrin gendæ.

✠ P. PAV. P.

b ¶ Nõ valeat. De hoc vide latè Feli.in c.nõ nulli.§.sunt & alij.In verſic.fallit tertiò.de exceptio.

2 ipſo iure, vel ope replicatiõis † tollatur trãſactio per cõſenſum partiũ. gl. dicit, & bene, ope replicatiõis: vt l. ſi vnus. ff. de pact. §. pactꝰ. Quæro, ꝙd ſi prima actio fuiſſet ſublata ipſo iure per
3 † Aquilianã ſtipulationẽ, & acceptilationẽ. Prima gl. arguit qđ poſsit agi antiqua, ſi à trãſactione recederetur: vt l. ſiue. j. eo. In cõtrariũ facit d.l. ſi vnus. §. pactus. Finaliter determinat, quod debeat agi antiqua vtili: arg. j. ſi aduer. tranſact. l. j. & l. fi. ſed il læ leges nõ videtur aliqd facere. Nã ibi fuit cõceſſa reſtitutio in integrũ, quæ omnia in priſtinũ ſtatũ reponit: merito datur vtilis. hic verò pars ſua ſpõte à trãſactione recedit: vnde eſt qd ſibi imputet. & ex iſto per quod à tranſactione receditur, non poteſt reſtaurari actio ſemel extincta: vt d.l. ſi vnꝰ. §. pactus. & ita tenent multi doctores. Ego iſtam materiam dixi anno in l. pupilli. §. j. de ſolu. qui tex. videtur prima facie probare opi. gl. hic poſitam. Mihi tunc videtur ſic dicendum: Quandoq; per trãſactionem actio prima tollitur, & eſt ſublata ope exceptionis: & tũc ſi à trãſactione receditur poteſt agi prima actiõe: & contra exceptionẽ dabitur replicatio: vt hac l. & hic no. in prima parte glo. Quandoq; tollitur actio ipſo iure. & hic aduerte. quandoq; illa actio ſublata non poteſt per cõſenſum partiũ reſtaurari: vt obligationes ex delicto, vel quaſi: & tũc ſi à trãſactione recedetur, agetur prima vtili. hic eſt caſus in d.l. pupilli. §. de ſolu. quicquid ibi dicat gl. nam ibi loquitur de actione quæ cõtra magiſtratum dabatur: quæ cùm eſſet ex delicto, vel quaſi, per pactũ fuit ipſo iure ſublata. Si verò poteſt conſenſu partiũ reſtaurari: tũc debet agi cõdictione ob cauſam, vel ſine cauſa, vt ſe in priſtinam obligationẽ reponat: vt l. ſi quis accepto. de condict. ob cau. & quod ibi nota. Ita debes intelligere
4 hanc gl. Quærit gloſ. quæ eſt ratio † quod per conſenſum par-
2 tium [a], lata ſententia ſuper eo quod ſemel iudicatũ eſt, non valet: ſed valet ſentẽtia lata ſuper eo, de quo trãſactum eſt, vt hic. Glo. reſpondet: quia tranſactio deſcendit ex cõſenſu partium: in ſententia ſecus. & vide gloſſ. quam nota bene. Hic intendo
5 quærere, quando † receditur à tranſactione, vtrũ actor debeat redire ad primã inſtantiam: an verò inſtantia debeat inchoari de nouo. Et ꝙ ad primã redeat, videtur probari in l. ſiue apud acta. j. eo. quod debeat inchoari de nouo, videtur tex. hic dum dicit, cauſam ex integro agi. Pro hoc facit ſ. e. l. cùm mota. vbi per tranſactionẽ perimitur inſtantia, & omnis eius effectus. Si enim nõ periret ipſo iure, querela præparata ipſo iure ad hæredes tranſiret. ſed ibi dicitur cõtrarium: nec poteſt inſtãtia perempta conſenſu partium reſtaurari: quia à mero conſenſu partium non dependebat. dubito, ideo non determino &c.

Noua additio.

SI diuerſa. A tranſactione poteſt recedi per cõſenſum partiũ hoc dicit, dicitur hic, refuſa pecunia. Quærit glo. qua actione repetitur pecunia. Gloſ. concludit ꝙ cõdictione indebiti. Aduertatis: qa cõdictio indebiti reſpicit falſam cauſam de præterito: vt l. damus. de cõdi. inde. quod no. & in caſu noſtrę legis: qa fuit datum ob cauſam de futuro: quæ cauſa reuerſa eſt ad non cauſam, per conſenſum partium. & ſic eſt dicendum ſecũdum docto. quod competit condictio ſine cauſa. Quærit gl. an poſſit agi ope replicationis, an ipſo iure. Dic vt in gl. per legem, ſi vnus. §. pactus. ff. de pact. Item quærit gl. quid ſi actio erat ſublata per acceptilationem: nunquid habeat locum iſta lex. Glo. arguit pro & cõtra: & reſidet in hoc, quòd poſsit agi prima actione vtili: vt l. j. & fi. infrà, ſi aduer. trãſa. Aduertatis: quia leges illæ loquũtur in materia in integrum reſtit. quæ reſtitutio omnia ponit in priſtinum ſtatum: vt d.l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de mino. & ideo nimirũ ſi ibi agitur vtili actiõe. quidã approbant d. glo. ſed poſſent eam tollere per l. pupilli. §. j. ff. de ſol. Vel melius dic: Aut prima actio erat ſublata per exceptionem tũc poteſt intentari prima: & ſi opponatur exceptio trãſactionis, poteſt replicari, quòd hoc procedit de cõſenſu partiũ. Et ita videtur ſentire glo. quę incipit: vt & ff. de ſol. Aut actio ipſo iure erat ſublata: & tũc aut eſt talis quæ poteſt reſtaurari per cõſenſum partium: & adhuc poteſt agi prima actione. Et ſi opponatur exceptio, replicabitur. aut non poteſt reſtaurari per cõſenſum partiũ: & tũc poteſt habere locũ ratio huius gl. quod agatur vtili ex æquitate. Et ita debet intelligi l. pupilli. §. j. quæ loquitur de actione deſcendente ex delicto contra magiſtratum. Item glo. quærit, quæ ſit ratio differentiæ, quòd ſententia contra ſententiam non valet ex conſenſu partium, contra tranſactionem ſic. Dic vt in ea. Bart.

1 ☞ *Interroganti turpiter, & malè, quando ſit curialiter reſpondendum.*
2 *Actio in rem quando tollatur per acceptilationem.*
3 *Si unum debetur, & aliud promittitur, quando fiat nouatio.*

IN reſponſum. Breuiter dicit: Tranſactio facta per Aquilianam ſtipulationẽ, & acceptilationẽ, omnem tollit, etiam in rem.
1 h.d. Nota quòd ille † qui interrogatur malè, debet curialiter reſpõdere. Simile in l. pẽcibꝰ. de impu. & alijs ſubſit. Secundò no. qđ acceptilatio perimit omnes alias obligationes perſonales in rem, & miſtas. Opp. ad primum quòd debeat reſpondere ruſticè: vt l. Domitius. de teſt. Solu. Dicũt quidã: ibi fuit Iuriſcõſultus, qui fortè fuit quidã ruſticus ſuperbus, ꝓpter ſcięntiã effectus: hic fuit dominus Imperator, qui ſemper eſt curialis. ſed etiã quãdoq; Imperator reſpondet ruſticè: vt l. mercalem. de cõdi. ob tur. cau. Breuiter, turpiter & cõtra bonos mores interroganti, turpiter eſt reſpondendum: vt d.l. mercalem. Sed quando interrogatio non eſt cõtra bonos mores: tũc aut fit ab eo cui poteſt imputari indiſcreta interrogatio, vt à quodam aduocato: tũc poteſt turpiter ei reſponderi: vt d.l. Domitius. ſed ei cui non poteſt imputari indiſcreta interrogatio, vt mulieri, vel ruſtico: tũc debet ei curialiter rñderi: vt hic d.l. precibus. †
2 Oppo. per acceptilationẽ tollitur tantũ obligatio inducta verbis: vt ff. de accep. l. an inutilis. §. acceptũ fieri. ergo actio in rẽ nõ poteſt tolli. Gl. reſpõdet: certè hic fuit actio in rẽ, prius in Aquilianã ſtipulationẽ deducta: vt Initi. q. mo. tol. ob. §. eſt autẽ. & de accep. l. & vno. §. j. Sed tũc inſiſto: quomodo actio in rẽ poteſt in ſtipulationẽ deduci: cũ nemo rẽ ſuam ſtipulari poſsit: vt ff. de verb. obli. l. nemo rẽ ſuã? Reſpõdeo, ſtipulabitur pretiũ. Ita videt velle dicere gl. Sed tũc inſtat quomodo tũc fiet nouatio, cũ pretium non erat in obligatione? Gloſſ. in d. §. eſt autem. dicit quòd pretiũ nõ erat debitũ, ſed quaſi debitum. Pro hoc facit l. ſi ſeruum. §. effectus. & quod ibi not. in gl. ff. de verb. obli. Item contra hoc inſtatur: quando vnum debetur, † & aliud promittitur, non fit nouatio: vt l. fundũ Cornelianum. ff. de nouat. reſpondeo, illud eſt verũ quod non fit tacitè: ſed ſi agatur expreſsè, bene fit nouatio. Ita loquitur hic.
3

Noua additio.

VT reſponſum. Acceptilatio tollit omnem actionẽ, etiã realem, vel miſtam. Nota primò in hac lege videlicet quòd ſi fiat poſitio cõtra te, & ſit obſcura: reſpondere potes per hãc l. vt reſponſum habere poſsis, declara poſitionem tuam, vt hic. dum dicit ineptè quærenti, benignè reſponde. Sed oppo. de l. Domitius. ff. de teſta. Sol. in dicto cõtrario ineptè interrogabatur: ideo fiebat ineptè reſpontio: qa interrogãs erat fortè peritus: Imperator, qui eſt curialis, aliter reſpondebat. Item dicitur hic, quòd acceptilatio tollit omnẽ actionẽ etiam realem contra de lege, an inutilis. §. acceptum. ff. de accepti. Sol. quod fuit deductum in Aquilianã ſtipulationẽ id, quod groſſo modo diceretur deberi per actionem realem: & poſtea fuit ſecuta acceptilatio. Sed contra oppo. de l. nemo. ff. de verborum obligat. & de l. ſcire debemus. §. fina. eod. titu. ſolue vt ibi. Barto.

Statu

a ☞P. P A V. P. ¶ Cauſas circa iſtam l. cauſas. inquantũ dicitur ꝙ res iudicata tolli nõ põt ſine clauſula. nõ obſt. an valeat, vide omnino ad Bar. in l. idẽ Vlpianus. ff. de excu. tu. Iaſ. hic. vide etiã in iſta materia an trahaſ ad præterita in l. leges & cõſtitutiones. C. de legi. Itẽ circa iſtã materiã ꝙ ex quacunq; ptãte pleniſſima nõ intelligaſ data poteſtas vt deciſa reuoluat. Ita dñs Signo. de Homo. q. lxxx. vij. inci. ſic põſupponitur. Cõpoſt. in c. j. extra de reſcr. Ia. But. in auẽ. quas actiões. C. de ſacroſ. eccl. Ang. in l. ex impſecto in vna lec. C. de teſta. & circa materiã huius l. vi de Cepol. cautela ccxlij. Itẽ adde quòd ſi lex vel ſtatutum ſimpliciter ſe trahat ad põterita, non intelligiſ de põteritis, quæ ſunt b finita ſnia, trãſactiõe ſolutiõe vel præſcriptiõe. vide do. Franc. cõſi. ciiij. i vlti. col. Itẽ quã primũ eſt factũ cõpromiſſum res diſcaſ deciſa trãſactiõe, vide bar. cõſ. lxxxvj. Cõtrarium quòd nõ dicatur deciſa tranſactione, niſi ſecuto laudo, dicit d. Lãf. i trac. de arb. in vij. char. ỹ. vlterius. quæro quid ſi poſt cõpromiſſum. Et qũo arbitramẽtũ dicatur tranſactio, & qualiter, vide Bar. & quæ ibi addidi in l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod certo loc. & ſecuto laudo dicitur purificata conditio, ſub qua erat cõcepta tranſactio, & obligatio, q̃ inſurgit ex cõpromiſſo, nõ ex laudo: vide Com. in l. vnũ ex familia. in prin. in j. col. de leg. ij. Bart. in l. ij. C. vbi & apud quẽ in inte. reſt. poſt. Itẽ an lex vel ſtatutũ trahẽs ad ſe pręterita trahãtur ad pręterita deciſa trãſactiõe vel p̃ſcriptiõe, & an trahatur ad ea quæ i iudiciũ ſunt deducta & quod dicaſ finitũ qd per p̃ſcriptionẽ, vide latè Com. conſil. clix. inci. in dubiũ vertit. i j. & ij. col. Et ibi etiã quòd vbi verba ſunt clara, ꝙ trahantur ad præterita. Et ibi etiã quòd pẽdẽtia iudicij principalis nõ ipedit trahi ad pręterita, ſed pẽdẽtia appellationis ſic. et ibi ẽt arguit à l. ad reſcriptũ pricipis in iſta materia: licet in inferiore à principe ſecus eſſet: qa ẽt ſi vellet expreſsè, non poſſet per reſcriptum ſuum circa pendẽtia vel præterita præiudicare.

☞ *Statutum dicens ꝙ habeat locum in præteritis & futuris, ꝙ non cõprehendit cauſas tranſactione deciſas.*
Lis ꝙ dicatur tãtũ poſt lit. cõte. cauſa uerò antè. & poſt.
Tranſactio ꝙ poßit fieri ante litis conteſta.

a CAuſas. [a] Habuiſtis ſimile j. ſen. reſcin. non poſ. l. fi. & ibi induxi vobis ad quęſtionẽ de ſtatutis, quę dicunt, ꝙ hoc habeat locũ in præteritis, & futuris: ꝙ nõ extẽdunt ad cauſas trãſactiõe deciſas [b] †tenẽ mẽti ꝓpetuò. Quæro, quę differẽtia eſt ĩter cauſam, & litẽ [c]. Gl. vacillat: finaliter determinat ꝙ cauſa dicatur poſt litẽ cõteſtatã, lis ante, & poſt. Vide gl. & no. eã. Simile no. ĩ l. j. circa prin. ff. de teſti. Ego puto †ꝙ lis dicaſ tantũ poſt lit. cõteſta. cauſa verò cũ ſit nomẽ gñale, añ & poſt. Et hoc vĩ innuere tex. in auẽ. q ſemel [d]. qũo, & qñ iudex. & eſt exp̃ſſum extra, de verb. ſig. c. ex parte veſtra. Quæro ergo [c], an añ li. cõ. valeat facta tranſactio. Quidã dicũt quòd nõ, quaſi nõ ſit lis. Contrariũ †eſt veritas: quia nõ requiriẽ ꝙ ſit lis, ſed ſpereſ: vt l. ij. ſ. e. & ibi no. Itẽ quęro, nũqd valeat tranſactio poſt ſnĩam. Dic vt l. poſt rẽ. ff. e. & l. elegãter. §. ſi poſt. ff. de cõdi. inde. Quæro, quid ſi ſtatutum, vel reſcriptum dicit, non obſt. l. cauſas. Certè dic vt dixi in l. fina. ſ. contrarius, vel vti. publ. & vide ibi [f] &c.

b 1 d e 2 3 f

Additur nouiter.

CAuſas vel lites. Cauſa per tranſactionẽ finita nõ reſcindiẽ per pactũ, multò minus per ſtatutũ: vt hic, & l. fi. j. ſent. reſcin. non poſ. & ibi dixi. Quærit gl. quę ſit differẽtia inter cauſam, & litẽ. Gl. ponit duas, vel tres opi. & reſidet in hoc, ꝙ cauſa dicaſ poſt lit. cõte. lis ſit nomẽ gñale. tã ante litẽ q̃ poſt. Si dictũ gl. eſt verũ, eſt not. ad quæſtionem: Pone, dictat ſtatutũ ꝙ ſi aduocatus ſe abſentet pro aliqua ambaſiata cõmunis. debeat ſuperſederi in illa cauſa. aduocat [g] ſe abſentauit ante litẽ conte. debet ne ſuperſederi in illa cauſa? Secundum glo. iſtã dic ꝙ non: quia ſtatutũ loquitur in omni cauſa, quæ eſt poſt lit. conteſ. Sed videẽ quòd glo. poſsit reprobari per auẽ. qui ſemel. infrà quomodo & quando iud. & c. ex parte veſtra. extra de verb. ſig. vbi habetur ꝙ cauſa [f] dicatur ante litis conteſ. & poſt: & lis poſt conteſt. Item quærit glo. nunquid poſt ſententiam valeat tranſactio. Dic ꝙ non: vt in fi. gl. quæ eſt vera: Niſi eſſet appellatũ, vel reuocaretur in dubium, vtrũ eſſet iudicatũ necne: vt l. poſt rem. ff. eod. Item quærit glo. quid ſi in reſcripto contineatur, non obſtãte tali lege. Gl. dicit, ꝙ valet reſcriptum. De materia huius gl. vide in l. fi. ſ. ſi contra ius vel vtili. publi. Signa iſtam glo. quia eſt valde no. Barto.

g

☞ *Clauſula, rato manente pacto in tranſactione.*
Iuramentum, habet uim clauſulæ, rato manente pacto.
Ille, contra quem competit unũ remedium, ad plura alternatiuè, habet electionem: ſecus quãdo plura remedia alternatiuè: quia tunc electio competit actori.
Pœna, & res, qũ poßit peti: ſi opponitur de trãſactione.

f CVm proponas. Breuiter dicit ſic: põt, quod eſt datũ repeti, & exceptio opponi, ſi in trãſactione ſit appoſita clauſula, rato manẽte pacto. aliàs exceptio tãtũ opponitur. h. d. No. quod dixi in ſummario de eo quod dixi †rato manẽte pacto. Aduerte, opp. ff. de pac. l. reſcriptũ. §. j. So. ibi nõ fuit appoſita clauſula, rato manẽte pacto. Secũdò op. j. eo. l. ſi quis maior. So. ibi iurauit nõ cõtra- 2 uenire, qd̃ iuramẽtũ habet †vim illi [g] clauſulæ, rato manẽte pacto. Tertiò op. j. eo. l. vbi pactũ. ſol. Ibi prima actio fuit ipſo iure ſublata: vnde exceptiõi nõ eſt locus. repetet ergo data: & illa nõ poterit agere, non propter exceptionis obſtaculum: ſed quia actionẽ nõ habet. Quæro: dicit hic, ꝙ ſi nõ eſt dictũ, rato manẽte pacto: ꝙ habet exceptionẽ. Quæro, quid ſi vult exceptionem omittere, & data repetere: an poſsit. Text. hic innuit, ꝙ nõ. contrariũ eſt verũ: vt ſ. eo. l. ſi diuerſa. Sed tũc quæro, cuius erit electio: an opponaſ exceptio, vel datũ repetatur. Gl. videſ dicere ꝙ ſit electio rei. Breui 3 ter †aduerte: Qñq; quis habet vnũ remediũ, quod cõpetit ad plura alternatiuè: & tũc eſt electio debẽtis. hoc eſt eius, contra quẽ iſtud remediũ intẽtaſ: vt l. plerunq;. §. fi. de iure dot. & in c. in alternatiuis. de re. iur. lib. vj. Quãdoq; cõpetunt plura remedia alternatiuè: tũc ſemper eſt electio eius cui cõpetunt. vt l. quod in hęredẽ. §. elige re. de tribu. actio. ita in propoſito: hic reo competunt plura remedia, ſcilicet exceptio, & dati repetitio.

Noua additio.

g CVm proponas. Ab eo, cui trãſactio eſt facta cum clauſula, rato manente pacto: ſi veniatur contra tranſactionẽ, poteſt opponi exceptio: & etiam data poſſunt repeti. ſecus ſi dicta clauſula non ſit appoſita. Oppon. contra primum de l. reſcriptum. §. j. ff. de pact. Solue quòd ibi non fuit appoſita dicta clauſula, rato manẽte pacto: ſed in primo dicto huius l. ſic. Item oppo. de l. ſi quis maior. infrà eo. Sol. quòd illud procedit in odium periu-

c ¶ Quæro ergo. Quod dicatur ante lit. cõteſt. facit c. forus. de ver. ſigni. l. fi. §. illud. de temp. appel. vbi cauſæ imponitur exordiũ per citationem. facit c. inter cæteras. de reſcrip. col. ij. de li. obl. Vide in c. j. vt lite nõ cõteſt. & ibi dixi. & vide Bar. conſi. ſuo ccvj. incip. quæritur. quãdo dicit in cã finita. Lud. Ro. in cõſil. ccxlvj. & põdera c. ex parte. in ver. mota. de ver. ſig. Ang. in cõſil. cxc. faciat. c. j. de iudic. Andre. Barba. ¶ Vide ibi. Adde gl. in authẽ. hoc inter liberos. C. de natu. libe. & in authẽ. qui. mo. na. effi. ſui. §. vlt. & in l. j. C. de col. do. lib. x. & in l. ſi ita ſcriptũ. de lega. j. & in l. diui. de iur. codic. per Bar. in extraua. in verbo, nõ obſtantibus. & in l. ſciendũ. qui ſatiſda. cog. dum alleg. gloſſ. in auẽ. de hære. ab inteſta. circa finem. per Cyn. & Bald. in l. ſancimus. j. de teſt. Bal. in l. humanum. ij. de legi. & j. ſen. reſ. nõ poſ. in l. impetrata. & l. item lapilli. ff. de rer. diuiſi. & in l. dudum. j. de cõtrahẽ. empt. & in auẽ. nauigia. j. de fur. Ang. in l. oẽs. j. de præſc. xxx. ann. Iac. de Bel. in auẽ. de te. impe. Io. and. in regu. quod ſemel. de reg. iur. ĩ vj. Fed. cõſil. xlvj. & ccxxxiij. Cal. conſil. xj. Rot. nouiſ. deciſi. iij. Lap. allega. cv. Areti. xxv. q. ij. in ſum. Ioã. and. in c. j. de cõſti. & in c. j. de fi. preſ. & in c. j. de exceſ. prel. Lap. Abb. in c. ſi aliqbus. & ca. ſi propter tua. de reſcri. in vj. Specu. in titu. de inſtru. ædi. §. nunc autem. verſi. & ſcias. in titu. de reſcriptis præſen. §. ratione. ver. item quòd eſt contra ius. & Hoſtiẽ. in ſum. de reſcript. §. quas vires. Bal. conſi. xij. & duobus ſeq. lib. j.

¶ Quod cauſa. Et ꝙ cauſa dicaſ etiã ante litis conteſtat. adde Ro. in cõſi. ccccxij. & ibi Flor. in l. j. ff. de teſti. & Paul. de Caſtr. in conſil. ccc. in nouiſ. inci. gloſ. iuris ciuilis. & Ang. in cõſi. cxcv. incip. ordinamẽtũ factum. in ij. colũ. & ibi alleg. ex hoc probantem. in l. ij. §. ſinautẽ. j. de iur. cal. quem dicit meliorem de corpore iuris. Et quan-

[a] P. quæ ſen. reſcin. non poſ. l. fi. & ibi induxi vobis ad quęſtionẽ de ſtatutis, quę dicunt, ꝙ hoc habeat locũ in præteritis, & futuris: ꝙ nõ extẽdunt ad cauſas trãſactiõe deciſas. [b] P. ꝙ lis dicaſ tantũ poſt lit. cõteſta. [c] P. ꝙ lis dicaſ tantũ poſt lit. cõteſta. [d] P. qũo, & qñ iudex. [e] P. ex parte veſtra. [f] P. ꝙ cauſa dicatur ante litis conteſ. [g] P. ſuperſederi in illa cauſa.

do verbum cauſa, & verbum quęro, vt lis, vel controuerſia, proferatur à lege, vel ab homine quomodo capiantur, vide per eundem Barto. & ibi latè Alex. in l. amplius non peti. col. iij. ff. rem ra. habe. & do. meum Soci. in conſi. ccxlij. col. vj. ver. reſpondetur etiã. in ij. vol. Et adde quòd opi. Bar. hic ſequitur etiam Lanf. de Brix. in ſuo tract. de arbi. in vlti. parte. q. xij. col. ij. & vltra omnes & prædi. Adde ꝙ dũ tex. dicit cauſas intelligiſ de criminalibus. & lites, de ciuilibus. Ita Io. Fab. in l. cũ clericis. ſ. de epiſ. & cle. dicit, ꝙ appellatione cauſarum non veniunt criminales. Et ſic infert ꝙ ſi datur cognitio cauſarum alicui, ꝙ non dicuntur commiſſæ cauſæ criminales. Sed tu de hoc quando cauſarum appellatione veniant etiam criminales: vide tex. in c. j. in fi. de iur. cal. & Car. in Cle. j. q. xviij. de offi. vic. & eundem in cle. ij. q. iij. de procu. qui videtur contrarius.

☞P. P A V. P. ¶ Et litem. vide Ro. conſi. ccccxij. Ang. conſi. ccxj. inci. domina Gulielmina. in ij. col. Feli. in c. ſuper quæſitis. in prin. in penul. col. de offic. delega. Barba. in c. de cauſis. eo. tit.

☞POMATES. ¶ Qui ſemel. Vide ad hæc Imo. conſi. cxxxiij. colũ. fina. & Barto. in c. de cauſis. de offic. deleg. in prin. & Alex. conſi. xcvj. col. ij. vol. ij. vbi dicit meliorem de corpore iuris. Et quan-

a ¶ Et tunc vtrunque poteſt peti. Adde tu vltra alios hic ſecundum do.meũ.d. Fran. de Pepio. de Florentia hic. & intellige hoc verum quando clauſula prædicta eſt appoſita,& venit ad fauorem adimplẽtis contractum: quia in eius præiudicium nõ operatur ſi ipſe nolit. Ita dicit Bart.in l. cũ pater. §. libertis.ff. de lega.ij.& Anto.de But. in c.dilecto. col. ij.de arbi.& in ca. cũ inter.el ij.de elect. & de text,in l.ij. vbi domino voluntate. j. de iure emp. Et pro hoc adde tu domi. Phili. Cor.in cõſil.lj. col.iij. verſicu.nec obſtat, ſi eſt adiecta clauſula, in prima parte. vbi refert ita ſe cõſuluiſſe & idem tenet Aret.in conſ.xiiij.colũ. xvj.in prin.& alleg. Bart.in d.§. libertis. & de effectu clauſulæ, rato manente pacto, vide eundem d.Pe.Philippum Corn. in conſil. xl. in ij. volu. & ibi etiam de clauſula qui pœna ſoluta,vel non. Et vnũ not. de dicta clauſula, quod dicit Bal.in addi. Spe.in ti. de locato. ver.quid ſi pœna legalis. videlicet,q̃ appoſita in cõtractu non operatur niſi ſemel quod intelligere, niſi eſſet appoſitum quod toties cõmitteretur, quoties &c. quia tunc verificatur in duabus vicibus.Ita Rom.in rub. de arbi.colum.xx. & Specu.in ti. de arbi.§. ſequitur. vide tamen Bald. in contrarium in l.ij.columna x.j. de his quæ pœ. not. Aduerte quod Bartol. in hac l. tranſigere. arguitur de contradictione. Sed in quo articulo. & pro ſaluatione Bart. vide concordiam quam poſui ad l.ſi marit⁹. §. ſi negauerit.ff.de adul.

P. P A V. P.

b ¶ Tranſigere.An diſpoſitio huius legis habeat locum de iure Canonico, vide Ro. ſingul.lxxix.incip. tu audiuiſti. Item nota quod in caſibus. in quib⁹ de crimine nõ eſt licita tranſactio, non eſt etiam licitum compromiſſum facere.vide Alexan.cõſil. lxxxij.ad finem. Item quid debeat facere tranſigens vel paciſcens vt euitet infamiã vide Cepol. cautela ccv.Itẽ not. quod licet ſuper adulterio nõ poſsit tranſigi, tamen ſuper eo poteſt fieri pax:& quod debeat fieri cũ marito non cum vxore, vide Bar.in conſil.clxx.Itẽ

rantis. Item oppo.de l.vbi j. eo. Sol.quòd ibi actio fuit ſublata ipſo iure. per acceptilationem:& ideo agi non poteſt: ideo pœnam ſoluit,& reſtituit data. Quæro,dicit in fi.huius legis quòd competit exceptio, non repetitio datorum.ſed quid ſi ipſe nõ vult exceptionẽ opponere, ſed data repetere,nũquid poteſt? Tex.videtur dicere q̃ non. Tu dicas quòd ſic, per l.ſi diuerſas.§. eod. Non ob.iſte tex.quia opponere exceptionẽ, & repetere data nõ competunt ſimul:ſed alterum debet eligi.Sed quęro in cuius electione eſt? dic q̃ eſt in electione
4 repetentis. †Solent quærere doc.ſi oppo. de tranſactione, vel alio pacto nudo nunquid poſsit peti pœna & res:dic aut loquimur de pœna legali,aut conuẽtionali. primo caſu ſic:vt l.ſi pro fure.§.j.ff. de condi. fur. Aut eſt pœna quę ſuccedit in loco cõtẽptus arbitri. de quo remitto ad l. ſi quis rem.& quod ibi no.ff.de arbit. De ſecũda pœna dic, quòd aut ſuccedit loco intereſſe particularis:& tũc res & pœna poteſt peti:vt l.traiectitiæ.§.fi.de act.& ob.Aut ſuccedit loco totalis intereſſe:& tũc aut incõtinenti eſt appoſita clauſula, rato manẽte pacto:& tũc vtrũq; põt peti[a] : vt l.& poſt rẽ ff.eo.& hic ſi nõ eſt appoſita dicta clauſula,tunc non poteſt peti res, & pœna:ſed altero debet eſſe contẽtus.l. reſcriptum.§. ſi pacto.ff.de pact.ſi tamen pœna eſſet minor,poſſet agi ad reſiduũ illi⁹. quod quantitas excedit pœnam:vt l.ſi quis à ſocio.ff. pro ſocio.l.prædia.ff.de act.em.& vide qđ ibi no.circa hoc. Et omnia prædicta vera, vbi non eſſet appoſitum iuramentum,tũc quid iuris,ſi fuerit appoſitũ,videbitis in l. ſi quis maior.j.eo.Barto.

1 *Tranſigere de cauſa capitali,quare poßit, & ad quẽ effectum.nu.7.8,& 9.*
2 *Super adulterio quare non admittitur tranſactio,& quã do tranſigi poßit.nu.13.*
3 *Tranſactio ſuper criminibus, in quibus pœna ſanguinis non ingeritur,quare non poßit fieri.*
4 *In actione falſi quare permiſſa ſit tranſactio.*
5 *Crimen fal.eſt opprobrioſius criminibus quæ ſunt in mũdo ſecundùm mores noſtros.*
6 *Aduerſatiua autem,aduerſatur ad factum,& ius.*
10 *In accuſationibus,in quibus agitur aduindictam publicã, an ſit locus delationi iuriſiurandi.*
11 *Inter pactum,& tranſactionem quæ differentia ſit.*
12 *Super crimine raptus,quòd poßit tranſigi & paciſci.*
14 *Trãſigi,vl paciſci ſup crie priuato q̃n poßit.& n.16.17*
15 *Inquiſitio non eſt ius deducendi in iudicio,ſed quidã modus in iudicium deducendi ius alijs competens.*
18 *In priuatis criminibus an ſit in poteſtate partis facere q̃ non ſit crimen.*
19 *Si fiat tranſactio ſuper criminibus prohibitis,reus habetur pro confeſſo.*
20 *Pactum in criminibus publicis,quando ualeat.*
21 *Dicta in præcedẽtibus,intelligũtur i ſequẽtibus repetita.*
22 *Mandantes fieri falſum,an poßint tranſigere.*
23 *Pax ſuper adulterio quãdo poßit fieri,ut deducatur pars condemnationis ;propter pacem ex beneficio ſtatuti: q̃ ſufficiat habere pacem cum marito.nu.24.*

b Tranſigere. [b]Hęc lex eſt ſubtilis, & ſingularis:& tractat materiã vtilẽ.Diuiditur in quatuor partes. Primò ponit vnã regulã permiſsiuã. Secũdò ponit exceptionẽ. Tertiò ponit regulã phibitiuã. Quartò ponit exceptionẽ:ptes patẽt i lra.q̃ nõ eget ſummario:qa gl.vltima ponit duos verſus, ex qbus ſummatur hæc lex quos no.Notabilia ſunt clara. Ve

niamus modò ad declarandũ materiã noſtræ l.ſpecialiter videamus ratiões huius l.
1 † Quæ eſt ratio quod de crimine capitali
c licet trãſigere[c].Gl. dicit,q̃ cuilibet eſt licitum redimere ſanguinem ſuũ:vt l.j.ff.de bo.eo.qui mor.ſibi cõſci. Hoc dicit gl.ſup verbo,prohibitum.poſt prin.Iſta ratio cõcludit in reo.ſed ex parte actoris quæ eſt ratio. Rñdeo,eadẽ.nam cũ de iure cõmuni ſi ipſe accuſator nõ probaret:puniretur eadem pœna,qua reus accuſatus eſt:vt l.fi.j. de accu.& ideo iſto metu,etiã ex parte accuſatoris,permittit trãſactio quo ad iſtam pœnam capitalem euitandam,non quo ad
d alia:vt j.dicam.Secundò,quæ eſt ratio [d] q̃ ſuper adulterio nõ permittitur trãſactio.
2 Glo.non dicit.† Quidã dicũt,q̃ adulteriũ eſt maius crimẽ:quod non eſtverum:quoniam grauius eſt homicidiũ,parricidium, & ſimilia. Alij dicunt hoc eſſe,quia Imperator eſt amator caſtitatis:vt in authen.de leno.circa princi.Iſta ratio non concludit: quia in hoc idẽ eſſet in inceſtu,& ſtupro, c quod in adulterio.ſed hic in adulterio tantum dicitur. Alij dicũt,quòd iſtud eſt propter frequentiã delicti:vt multis graſſantibus locus ſit exemplo:vt l.aut facta.in fi. ff.de pœnis.Et ita dicebat Pe. Nos poſſumus dicere quòd ex parte accuſatoris eſt ratio:quia ſi pecuniã accipit pro comperto ſtupro,ſiue vt adulterium celaret,puni
d tur pœna l.Iul.de adulte.vt l.auxilium.in fine.de minori.vnde accipiẽdo pecuniam, vt deſiſteret,incideret in illam l. Ex parte rei ſit ratio,frequentia delicti huius. Ter-
3 tiò quæro † quæ eſt ratio in alijs criminibus quæ pœnam ſanguinis non ingerũt.Breuiter ratio eſt,fauor publicæ vindictæ:qa rei publicæ expedit vt maleficia nõ remaneant impunita:vt l.ita vulneratus.ad legẽ.Aqui.& l.li-
4 citatio.§.quòd illicitè.ff.de publi. Quæro,quæ † eſt ratio in actione falſi,quòd licet tranſigere.Gloſ.dicit:quia plerunque accuſatio falſi refertur ad pecuniariã æſtimationẽ.q.d.accuſatio falſi plerunq; fit propter priuatum commodum.Iſta ratio non eſt generalis,neque bona:nam idem hic: quod dicitur in publicis criminibus eſt in accuſatione priuata:vt infrà dicam. Præterea,iſta ratio nõ ſe extendit,quãdo falſum cõmittitur in rationibus publicis:& ideo dicendum eſt, vt dicebat quidam doctor Longobardus,qui fuit vocatus Hugolinus de Fontana,cuius dictum refert hic Cyn.quòd ratio eſt:quia condẽnatio iſta falſi,quanquã hominem non interimat vel pœnam san-
5 guinis non ingerat:tamen eum totaliter vituperat:quia† non eſt crimen in mũdo,ſecũdũ noſtros mores,ita opprobriosum: ideo in eo omnino eſt eadem ratio,quæ eſt in crimini⁹ ingredientibus pœnam capitalem. Ratio eſt,vt liceat honorẽ,& ſtatum redimere. Iſtæ perſuaſiones poſſunt dari,licet non vſquequaque neceſſario concludant. Et venio ad apparatum. Oppo.primò,quod hęc lex contineat ſuperfluũ:quia dicit tranſigere vel paciſci.contra primam conſtitutionem.§.quibus.Dicit gl.intelligo trãſigere ſcilicet,data pecunia:paciſci ſcilicet, gratis.hoc puto verũ:licet alij dixerint aliter,vt tãgitur in gl. magna,circa finem. Oppo.ſecundo,quòd hic malè dicit Impe-
6 rator:in alijs autem publicis &c.nam natura huius † dictionis autem,eſt vt aduerſetur ad factũ & ius:vt l.hoc amplius.§.de his autẽ.de dãno infec.& l.ſed & ſi lege.in princi.§.quod autẽ. de peti.hæred.& l.ij.& ibi not.ne quis eũ qui in ius vocat.&c. ſed hic non aduerſatur ad factum.nam ſuprà dixit de crimine capitali,& hic etiam repetit de crimine capitali:quia crimen capitale dicitur etiam illud,quod ſanguinis pœnã nõ ingerit: ſed ingerit pœnam ſeruitutis,vel amiſsionis ciuitatis:vt l.ij.ff. de pœ.& de bo.poſ.l.edicto.§.rei aũt capitalis.Gl.huius timore dicit,q̃ in principio dũ dicit,de crimine capitali:accipit ſtrictè,hoc eſt de eo q̃ ingerit pœnã ſanguinis ad literam:& tunc

limita & declara regulã huius legis vt per Bart.in j.q.per eũ diſputata.incip. Lucanæ ciuitatis. circa finem.Not.qđ de iure Canonico in cauſis ſpiritualibus nunquam eſt licitum deſiſtere pecunia accepta. Vide Bartolũ in tracta.differ.inter ius ciuile & cano.in j.colum. Quid aũt ſi aliquis promittat cẽtũ Titio ne eũ accuſet de morte patris ſui, an per hoc videatur aliquo modo fateri delictũ.vide Bald.in ca.j.§.iniuria.de pace iur.fir.in iiij.col.Item adde quod regula huius legis in cauſa miſta,qñ pars venit applicãda parti et pars fiſco, vide notabiliter Alex.cõſil.lxxxij. vol.j.ad fi.

c ¶ Trãſigere.Adde an ſtãte ſtatuto, qđ pro pœna capitali debeat condẽnari in mille,ſi quis tranſegerit vel pacẽ fecerit,commune debeat habere mille.Ioan.An.in addi.ad Spec.in titu.de accu.§.dicto verſi.ſed pone.

d ¶ Ratio. Dicit Pau. de Caſtr.qđ difficile eſt reddere rationem, niſi perſuaſiuã: vt p frequẽtiã delicti, vel fauore matrimonij.

bene

bene ſequit̃ illa aduerſatiua.& vide gl.ñ. Op.tertiò,& nũc intro gl.mag.& aduerte, qa illæ duæ primæ oppoſitiones reſpiciũt totã l.Nũc op.ad primã regulã tm̃ †:& vr̃ ꝙ de crimine capitali nõ liceat trãſigere:vt l.ab accuſatione.ff.ad Turp. Gl.dicit,licitum eſt tranſigere reo,vt redimat ſanguinẽ ſuũ:accuſatori nõ licet:quia incidit in Turp.vt l.cõtraria.& vide glo.ſup ver.prohibitũ.in prin. Vltramon.dicũt,ꝙ hic tex.loquit̃ generaliter tã ex parte actoris, ꝙ̃ ex parte rei. Nõ obſt.l.ab accuſatione quia ante inſcriptionẽ licitũ eſt trãſigere. ita loquit̃ hic. ſed poſt inſcriptionẽ factã, & fideiuſſorẽ datũ de accuſatione proſequẽda,nõ licet trãſigere:vt l.cõtraria. Et ita dicebat Pet. doc.cõiter tenẽt gl. aduerte:qa vr̃ mihi ꝙ ꝑ oĩa ſcripta intellectus hui⁹ l.nõ tãgat̃.fortè gl.habuit bonũ intellectũ.Pro cuius declaratiõe debetis ſcire ꝙ ĩ crimĩib⁹, ĩ qb⁹ nõ licet trãſigere: ſi accuſator deſiſtat põt iudex ex officio ſuo ſup eodẽ proceſſu ꝓcedere & diffinire: vt in l.ñ.j.de abo.Nũc ad ꝓpoſitũ dico,ꝙ in crimine capitali licita eſt trãſactio ex ꝑte accuſatoris, & ex ꝑte accuſati ꝙ̃ ĩpediẽdũ ꝓceſſum, ne iudex vlteri⁹ ſup eo ꝓcedat.& hic eſt caſus hic:qm̃ trãſactio ad hoc principal̃r ꝓponit̃,vt impediat ꝓceſſum:vt l.fratris.ſ.e.& ꝑ hoc accuſatus euadit pœnã,q̃ imponeret̃,ſi probaret̃ delictũ:& accuſator euadit pœnã capitalẽ,ĩ quã incideret,ſi in calũnia reperiret̃: qa iudex de hoc,de cætero non poterit cognoſcere.ita loquit̃ hic. Sed ſi trãſactio nõ eſſet ꝑmiſſa,remaneret proceſſus:& iudex ex officio ſuo poſſet procedere,& reũ cõdẽnare,vel accuſatorẽ: vt d. l.ñ.de abol.Nõ obſt.l.ab accuſatiõe.quã gl.allegat:qa fateor ꝙ accuſator incidit in Turp.cui⁹ pœna eſt pecuniaria:vt l.prẽuaricatio.in fi.ff.de præuari.tm̃ pœnã capitalẽ euitat.& ita debetis intelligere hic.& eſt fundamentũ toti⁹ materiæ noſtræ hic poſitæ.Quartò op.de l.q cœtu.§.fi.ad l.Iul.de vi publi.Sol.gl. †ꝙ ibi pactũ,vel tranſactio prẽiudicat paciſcẽti, nõ aũt alĩ accuſare volẽti:vt l.cõtraria.vide gl.ibi:itẽ nũquid &c. Alius ergo poterit de eodẽ crimĩe accuſare de nouo, & nouũ ꝓceſſum inchoare:ſup veteri procedere,nec ille iudex,nec illi trãſigentes,nec extrane⁹.Ita loquit̃ hic. ideo ꝙ̃ tũ eſt reſpectu illi⁹ proceſſus,& illi⁹ inſtãtiæ,ꝑiudicat oĩb⁹. Cõtra illud op. ꝙ etiã reſpectu actiõis,†ſeu accuſatiõis debeat alĩs præiudicare.l. præuaricatio.ff.de præuari. & ff.de iureiu.l.eũ q.§. in popularib⁹, Sol.gl. cõtraria loquit̃ in ſentẽtia,ſeu iureiurãdo iudiciali, qđ præiudicat oĩbus propter authoritatẽ iudicis: hic autẽ loquit̃ in trãſactiõe,quæ habet tãtũ partiũ cõſenſum.Vide glo.prout loquit̃ de ſnia,verũ dicit: qa nõ debet de delicto eiuſdẽ his ſæpius quærí:vt l.pe.in fi.nau.cau.ſta.prout loquit̃ de iureiu.hoc nõ eſt verũ ſimpl̃r.nã l.eũ qui.§.in popularib⁹.loquit̃ in actiõe populari,cuius cõmodũ eſt propriũ partis agẽtis poſt lit. cõte.
10 vt l.ſi cui.de ver.ſig.q̃ſtio noſtra loquit̃ in accuſationib⁹,†quę intẽtant̃ advindictã publicã,in qbus an ſit loc⁹ delatiõi iuriſiurandi,gl.tãgit in l.ñ.in prin.ff.de iureiur. & l.in bonæ fidei.j. de iureiu.Et ego dixi plenè in l.maritus.ff.de quæſt.Alĩ verò dicũt ad d.l.q cœtu.§.fi.ꝙ ibi loquit̃ in pacto:hic in trãſactiõe. quod nõ placet:quia etiã de pacto hic dicit,& j.dicã. Oppo.ad regulã.& aſſumo oppoſitionẽ factã in fi. gl.de l.iuriſgẽtiũ.§. ſi paciſcar.& §.ſeq.ff.de pac.Gl.dicit,ꝙ̃ illa lex diſtinguit̃ ꝑ iſtã: quia illa pacta cõtra Rẽpub.nõ valẽt. Fallit in crimĩib⁹, quæ ingerũt pœnã ſanguinis. vt hic. Alĩ dicũt:ibi loquit̃ in pacto: hic in trãſactione.& quod dicit̃ trãſigere, vel paciſci:intellígo
11 paciſci pacto nõ gratuito.& vide gl.in fi.Primò iſta ſo.†nõ eſt vera: quia quantũ ad impediendũ proceſſum eadẽ ratio eſt in trãſigente,& paciſcente,vt hic dicit̃.Quantũ ad alia,vtrũ quis habeat̃ pro cõfeſſo vel nõ:bene eſt differẽtia inter tranſigentẽ, & paciſcentẽ:vt l.furti.§.pactus.ff.de his qui not.infa,& j.dicã circa ſecundã regulã.His expeditis venio ad exceptionẽ.dicitur.excepto adulterio.cõtra.j.qui.ex cau. ſer. ꝑ præmio libertа.merue.l.pe.& reuertor ad ordinẽ gl.ſo.dicũt qdã, ꝙ hic deficit:ibi ſuppleat̃:qa etiã de crimine raptus nõ licet trãſigere.Ioã. fuit in cõtraria opi.ꝙ de crimine rapt⁹ liceat trãſigere,qđ probat per tex.l.cõtrariæ ibi:pactiõe trãſmiſſum &c. Et ſic appareret ꝙ trãſactio eſt ꝑmiſſa. Quidã mod.doc.dãnãt opi.Io.nã video ꝙ pater trãſigẽs de raptu puniẽt:vt l.j.ante fi.ff.de rapt.vir. ergo nõ eſt licita:qa ſi eſſet licita tranſactio,nõ mereret̃ pœnã: puto Io.bene dicere.primò,qa ceſſant rõnes quæ ſunt in adulterio.nã,vt ſ.dixi in adulterio eſt ratio ex parte accuſatoris:qa nõ licet accipere pecuniã, vt celet adulteriũ:imò incidit in l.Iul.de adul.hoc nõ reperit̃ in raptu.Itẽ erat ibi ratio,frequentia delicti:quia adulteriũ frequẽter cõmittit̃: ſed iſta ratio nõ eſt in raptu:quia rapt⁹ nõ
12 frequẽter cõmittit̃.Puto †ergo ꝙ liceat paciſci,vel trãſigi:vt l.q cœtu.§.fi.ff.ad l.Iul. de vi pub.& hæc l. quæ ſolũ adulteriũ excipit. Nõ ob.ꝙ pater trãſigẽs punit̃ qa, vt ſ.dixi,iſta trãſactio valet ꝙ̃ tũ ad impediẽdũ ꝓceſſum.ita loquit̃ hic, Itẽ ꝙ̃ tũ ad euitandã pœnã capitalẽ, ſi reperit̃ in manifeſta calũnia;ſed tanꝙ̃ deſiſtẽs puniet̃ minori pœna,ꝑ d.l.j.de rap.vir.qa ſicut in alĩs criminib⁹,trãſigẽs pœna Tur. punit̃. Op. ſecũdò ad iſtã exceptionẽ in auth. vt li. ma. & auiẽ.§.fi.Sol.quod ibi dicit̃,nõ refertur ad crimẽ adulterĩ;ſed ad alia capitalia cri
a mina.& iſta bona.Opp.ad iſtã [a] exceptio nẽ.in auth.vt nulli iudi.§.adulterã.poſito j.
13 de adul.auth.ſed hodie. Sol.Ibi licet †paciſci de adulterio poſt pœnã impoſitã: antè nõ.Quidã tm̃ dixerũt,ꝙ hodie ꝑ illã auth.licet indiſtinctè trãſigere de adulterio. nã nõ habemus expectare,id cui⁹ nihil operat̃ euẽtus:ſed poſt ſnĩam licet paciſci:ergo & ante.ſed illud placet:quia verũ eſt.ꝙ poſt ſnĩam licet paciſci & poſt pœnã impoſitã:vt in cõtrario:antè nõ. Op.ad idẽ.ff.de adul.l.ſi maritus.§.ſi negauerint. Gl.dicit,ꝙ ibi repudiauit,nõ aũt trãſegit,vel pactũ fecit.ibi gl.ſe multũ iuoluit ſolutiõe huius cõtrarĩ;breuiter illa lex põt habere duplicẽ itellectũ. Primò ꝙ intelligamus de repudiatiõe facta anteꝙ̃ inchoaret iudiciũ: tũc ad hãc l.nõ obſt.qa hic loquit̃ qñ iudiciũ erat inchoatũ. Itẽ põt intelligi poſt inchoatũ iudiciũ:tunc dico,ꝙ illa repudiatio nõ valet ꝙ̃ tũ ad impediẽdũ proceſſum. Ita loquit̃ hic:qa iudex poterit ſup eodẽ ꝓceſſu ꝓcedere:valet tm̃ ꝙ̃ tũ ad repellẽdũ accuſatorẽ,tanꝙ̃ ſuſpectũ:vt ff.ad Tur.l.q deſtitit.& j. qui ac.nõ poſ.l.accuſationẽ. Sum⁹ expediti de prima ꝑte &c. Venio ad ſecũdã regulã ꝓhibitiuã: & in hac ꝓcedo ꝑ modũ q̃ũnũ.Dicit
14 hic;in alĩs aũt publicis criminalib⁹ &c. †Quæro,qđ in priuatis crimĩnib⁹,an liceat trãſigi. Quidã dicũt ꝙ ſic:ar.hui⁹ l.à cõtrario ſenſu. Alĩ dicũt cõtra.qa de eis nõ põt cõpromitti; vt l. nõ diſtiguem⁹.§.Iul.ff.de arb.Pro hoc ẽt facit l.qm̃. & l. furti. §.pact⁹.de his q no.inf.Gl.diſtiguit,aut agit̃ ciuil̃r;& põt trãſigi,& paciſci.aut criminal̃r:& tũc ſec⁹.Et vide gl.Ia.bu.diſputauit iſtã q. & determiauit ꝙ ĩdiſtinctè valeat pactũ ſup priuato crĩe:& ꝑiudicat oĩb⁹,ẽt iudici ingrẽti,qñ eſt ꝑmiſſum ex forma ſtatutorũ, ꝙ poſſet ĩgrere de q̃libet crĩe:& primò ꝓbat ꝑ hãc l.à cõtrario ſenſu.ſcdò in crĩb⁹ priuatis, eſt in ptãte ꝑtis facere ꝙ crimẽ nõ cõmittat̃,ĩiuriã nõ reuocat ad animũ:vt iſti. de iiu. in fi.Itẽ i furto ſi nõ adeiſet volũtas cõtradicẽdi:qa furtũ eſt cõtrectatio rei alienę iuito dño &c.Ad qđ facit inſt. de obli.q̃ ex delicto.§.placuit.& l.inter oẽs.§.rectè.ff.de fur.ergo eſt in eius ptãte crimẽ cõmiſſum extiguere. Pręterea, & ſup hoc ſe fundabat,ꝓbo ſic:crimẽ publicũ dr̃,ꝙ ꝓpter ſui immanitatẽ inferret iniuriã publicã:vt ſ.de hęret.l.manicheos.de epi.& cle.l.ſi qs ĩ hoc.& inſt.de pub.iu.in prin.& in illo caſu,licet iniuria ſit priuata,exercitiũ cõpetit cuilibet de ppl̃o,ad cõmodum publicũ, nõ ad cõmodũ ipſi⁹ agẽtis:meritò nõ põt pacto,vel trãſactione remitti.crimẽ verò oĩno priuatũ ĩfert iniuriã priuatã,qđ patet: qa priuat⁹ tm̃ põt accuſare;meritò poterit ipe ãccuſationẽ ſuã, ſeu actionẽ ſuã remittere:vt l.ſi qs in cõſcribẽdo.ſ.ti.j.Nec ob. ff.de iiu.l.j.§.vſq̃ adeo.qa ibi ex vno facto plures naſcebant̃ iniuriæ:vna pr̃i,altera filio: meritò facto vni⁹ nõ tollit̃ actio alteri⁹.Sed ĩ ꝓpoſito vni tm̃.ſ.offenſo naſcit̃ actio:ergo ipe põt remittere,ẽt qñ ꝑ ſtatutũ cõcedit̃ iudici,ꝙ poſsit ĩgrere.Nã ingſi
15 tio †nõ eſt ius ꝓſequẽdi in iudicio &c.ſed qdã mod⁹ deducẽdi ĩ iudiciũ,ius cõpetẽs alĩ. Nã iudex repſentat locũ accuſatoris: & illã accuſationẽ, q̃ actori cõpetebat, ipſe in iudiciũ deducit: vt j.de euic.l.ſi ob cãm.& l.à diuo Pio.§.ſi poſt additũ.ff. de reiu.& l.ꝓperãdũ.§.ſinaũt.j.de iud. vbi abſentia ꝑtis repleẽ ꝓſentia dei:hoc eſt,iudicis.vñ ſicut ipe accuſator ſuã accuſationẽ ꝓduceret in iudicio,& poſſet remittere;ita qñ iudex ingrit.Et ꝑ

POMATES.

a ¶ Opp.ad iſtã. Et an poterit fieri pax ĩ crimine adulterĩ, vide Bar.in cõſi.clxxv. incĩ.dñe ptãs,an procurator cõſtitutus ad faciẽdum pacẽ, poterit obligare dñm ſuum, vt nõ poſsit ſtare ĩ ciuitate,vide Pe.ĩ cõſi. lxxj. Et quid ſit pax, vide Bar.in cõſi. lxxvj.Et an ſufficiat habere pacem à marito duntaxat,diſponente ſtatuto de adulterio pacificando,vide ibi: qa dicit,ꝙ ſufficit fieri à marito. pondera, ſi dici poſsit, illud verum, qñ fit cũ vxore voluntariè adulteriũ. ſecus ſi pervim.Vide cõſi.Bar.clxxv.incip. dñe ptãs terrę. vbi dicit,ꝙ in volẽtẽ nõ infert̃ iniuria.& ſic ſentit illud qđ ego dixi.

POMATES.

a ¶ Cõſanguineo. Aduerte ꝙ Barto. hic vſ velle vnũ, ꝙ per l.nõ probat. nã non habemus legẽ ꝙ ſi fiat tibi iniuria,ꝙ alijs etiã agnatis deꝫ actio iniuriarum. Non obſt. l.Cornelia:qa loquitur quo ad poteſtatẽ iudicandi, & cognoſcẽdi. Prꝫterea,ſpeciale eſt in patre.l. ſed ſi vnius.§. filio.eo. titu. de iniur. ergo in contrariũ eſt ius commune.& imo pro defendendo Bar.eſt neceſſe tractare,an pro crimine priuato criminaliter quilibet poſsit agere:vide gl. & Bar. in rub.ff.de pig.act.

b ¶ Pro confeſſo. Adde diligẽter notandũ,ſecũdũ Pau.de ca.quia licet talis trãſigẽs habeaꝫ ꝙ cõfeſſo & cõuicto: ſi tñ moriatur anteq̃ cõdẽnetur iſta pœna non tranſit ad hæredẽ eius, imò per mortẽ crimen extinguit. Caſus eſt ſin.in l.eius q delatorẽ.ff.de iur.fiſ.quę fuit prima lex quæ daret honorẽ Bart.ĩ ciuitate Peruſij:per quã patet,ꝙ ſi ſtatutũ diceret qđ cõtumax habeaꝫ ꝙ cõfeſſo.& cõuicto,ſi tñ moriaꝫ anteq̃ condemneꝫ, nõ põt eius hæres condemnari.ꝙ eſt mẽti tenẽdũ, ꝙ eo ꝙ habeꝫ in l.ĵ.ĩ.de iudi. &c.ĵ.de confeſ. in vj.

c ¶ Excepto. Adde an liceat tranſigere de adulterio, & vitioſo domitico. attentato. Bal.cõſi.xxviĵ.lib.ĵ.

hoc cõcludebat ipe ꝙ ſi iudex ingrit cõtra aliquẽ de furto:ſi dñs vadit ad iudicem,& dicit ꝙ hoc cõtra eius volũtatẽ, nõ fuit factũ qđ extinguit crimẽ furti, & ceſſat illa
16 pœna. Mihi vꝫ† ꝙ gl.tua dicit optimè.Nã qñ de crimine agit ciuiſr põt trãſigi,& pacifci vt d.l.iuriſgẽtium.§. ſi pacifcar.ff. de pac.& ĵ.de fur.l.poſt deciſionẽ.& ff.de cõdict.furt.l.ſi ꝙ fure.& de furtis.l. interdũ. §.qui tutelã.& ff.de pact.l.ſi tibi.§. quędã. Fallit in quibuſdã caſib⁹, in qbus nõ licet trãſigi:quia re⁹ habeꝫ ꝙ cõfeſſo,& infamatur:licet quãtũ ad impediẽdũ ꝓceſſum, & inſtãtiã,ꝓceſſus valeat:vt de his qui notã. infa.l.ĵ.& l.fur.§.pact⁹. Si verò agit crimi naliter,tũc nõ valet trãſactio, nec pactum, neq; ex parte actoris, neq; ex parte rei. Ex parte rei nõ valet,ꝓpter regulã, quæ eſt ꝙ in caſib⁹ fiſcalibus,qui aduerſariũ ſuũ corrumpit data pecunia,habeꝫ ꝙ cõuicto: vt l.ei⁹ q delatorẽ.ff.de iure fiſci. Sed iſta cauſa criminalis intẽtaꝫ ad publicã vtilitatẽ, & ad pœnã applicandã fiſco.ergo &c. Ex parte actoris nõ licet:qa eſt textus legis, ſi quis repetere.§.ĵ.ff.ad Turp. ideo deliſtẽs extra ordinẽ punit. Et pro hoc etiã regula generalis:qa cõtra publicã vtilitatẽ: vt d. l.iuriſgentiũ.§.& generalr.Non obſt.hęc lex à cõtrario ſenſu:qa fateor ꝙ nõ eſt prohibita trãſactio ꝓ hanc legẽ:ſed ꝓ alias ſic.
17 †Non obſt.ꝙ dicit Iac.de Are. ꝙ priuatis criminib⁹,eſt in poteſtate partis, ne ſit crimẽ. Primò qa hoc nõ eſt verũ indiſtinctè. nã in criminib⁹,ſeu iniurijs, quæ habẽt lædere corpus, nõ eſt in poteſtate partis facere ne ſit crimen: quia nemo eſt dñs membrorũ ſuorũ:vt l.liber homo.ad l.Aql.Itẽ ſi ipſemet ſe ꝓcuteret,puniret: vt l.fi.§.pe. de bo.eo.q mor.ſibi cõſci. & l. omne delictũ.§.q ſe.ff.de re mili. Præterea,vt in illis caſibus, in quib⁹ eſt in poteſtate patris, ne crimẽ oriaꝫ,nõ cõcludit ei⁹ ratio.Nã multi pñt impedire ne oriaꝫ actio ex crimine,q eã natã nõ poſſunt extinguere:vt habuiſtis no.ſ.ti.ĵ.l.pactũ curatoris. Nõ obſt.ꝙ ipſe dicit,ꝙ crimina dicunt publica ideo, qa inferꝫ iniuria publica:qa nego iſtã.imò dicũtur crimina publica,qa aliqua l.eſt exꝑſſum ꝙ ſint publica:vt l.ꝑuaricati.in fi.ff.de præuar. & l.ĵ. ff.de pub.iu.& ꝙ dictũ ſuũ ſit falſum, oſtẽdit. Pono quod ego occidi hominẽ:põt agi cõtra me actiõe iniuriarũ priuato iudicio:& põt agi publico iudicio l.Corne.de ſica.vt l.Prætor edixit.§.ĵ.ff.de iniur.ſi eſſet verũ illud,ꝙ ipſe dicit,ꝙ ideo dicũtur publica:qa ſit iniuria publica:quacũq; actione,ſeu accuſatione ageretur,ſemꝑ eſſet publicũ iudiciũ,ꝙ agit de iniuria publica ſed hoc eſt falſum,vt ꝓdixi:ergo &c.Ex qbus cõcludo, ꝙ in crimi nib⁹ priuatis pars nõ põt pacifci,nec trãſigere quo ad impediẽ
18 dũ ꝓceſſum,etiã quò min⁹ iudex ingrat:ar.d.l.ñ.ĵ.de obli.quæ loquit gñaliter.Prędicta† vera poſt accuſationẽ ꝓpoſitã:nã an teq̃ veniaꝫ ad iudiciũ, bene põt qs pacifci ad impediẽdũ ſe, nõ ad impediẽdũ aliũ:arg.d.l.q cœtu.§.fi.ad l.Iul.de vi pub.& l.ſi marit⁹.§.ſi negauerint.de adul.Et ſi dicis:ſi impedit agere alij nõ admittent:qa accuſatio eſt priuata:ergo nullus ali⁹ admittet.Rñ.imo admittent alij de agnatiõe, q vident iniuriati p il-
19 lã iniuriã factã cõſanguineo[a]: vt de iniur.l.lex Corn. in prin. facit ad hoc ff.de lib.cau.l.ñ.iij.& iiij.Procedovlteri⁹:q̃ro.dicitur hic ꝙ in his criminib⁹:nõ licet trãſigere. Quæro,qd ſi trãſ-
19 actio fiat.Gl.dicit,& hñ,ꝙ trãſactio nõvalet:& re⁹ habebit† ꝓ
b cõfeſſo[b]:vt dicit gl.nec tñ ꝓceſſus ipediet:qa iudex ex ſuo officio illũ proceſſum expediet:vt d.l.ñ.de aboli.tñ illũ accuſatorẽ trãſigẽtẽ nõ audiet:nõ ꝙ eũ ipediat trãſactio,ſed eũ ipedit deſiſtẽtia,& infamia,q̃ ſequit ex deſiſtẽtia:vt l.q accuſare.ff.de accu. & ad turp.l.q deſtitit. Per hoc eſt expedita vltia q̃ſtio, quæ eſt poſita in hac gl.vlti.an trãſactio valeat inter eoſdem. Quæro, an pactũ valeat in iſtis criminibus publicis? Quidã dicũt ꝙ ſic:
20 qa nõ repetit,niſi trãſigeret. Ex hac† gl.no.ꝙ ea q̃ dicta ſunt ĩ ꝓcedẽtibus,nõ intelligunt repetita in ſequẽtib⁹.in diſpoſitiõe legali.Hic Cy.ſequẽdo Vltram.dicit cõtra.ꝓ l.Titia.§.idẽ reſpõdet.ff.de ver.obl.& l.itẽ qa.ff.de pac.† Videte:ſi tu q̃ris an
21 liceat paciſci quãtũ ad hoc,vt trãſigẽs re⁹ habeaꝫ ꝓ cõfeſſo,vel nõ.Gl.dicit verũ:qa re⁹ paciſcẽs nõ habeꝫ ꝓ cõfeſſo:vt d.l.furti.§.pact⁹.ff.de his q not.infa.Si q̃ris,an liceat paciſci quãtũ ad impediẽdũ ꝓceſſum:tũc nõ licet paciſci,ſicut nec deſiſtere:qa nullo modo licet deſiſtere.arg.d.l.ñ.ĵ.de aboli.& ff.ad Turp.l. & in priuatis.& l.ſi qs repetere.§.ĵ.His ꝑmiſsis,venio ad vltimũ:dr hic,circa falſi accuſationẽ:q̃ro vtrũ habeat locũ in quolibet falſo. Quidã dicũt ꝙ non. Tu dic ꝙ habet locũ ĩ quolibet falſo,vt dixi ſ.circa rationẽ iſti⁹ exceptiõis.Modò ꝓ declarada iſta materia eſſent videda tria,vel q̃tuor,ꝓ modũ diſtinctionis.Primò an criminib⁹ liceat trãſigere,vel paciſci quo ad impediẽdũ proceſſum.Secũdò an liceat paciſci,vel trãſigere,quo ad hoc vt re⁹ nõ habeaꝫ pro cõfeſſo.Tertiò,an liceat trãſigere, vel paciſci,quo ad hoc,vt accuſator in Turpilianũ nõ incidat. Quartò,an liceat paciſci quo ad hoc,vt accuſator ipſe vlterius nõ audiaꝫ,q̃ potes ꝓ teipſum ꝓ modũ diſtinctionis reaſſumere. Dixi anno ſuperiore in l.ſi maritus.§.ſi negauerit.de adulter.
c Quęro:hic dicit trãſigere,vel paciſci.excepto[c] adulterio.& ĵ.
22 dicit excepto crimine falſi:qđ de mãdãte † alij,qui mãdat fieri falſũ:vtrũ ſit idẽ ꝙ ĩ faciẽte falſũ:rñ.ꝟba legis ſũt ſcripta i rẽ:et iõ habet locũ ĩ faciẽte & fieri faciẽte auxiliãte:vt l.hæc ꝟba.de adul.& l.aut q aliter.§.fi.ff.ꝙ vi aut clã &c. Additur nouiter.

Tranſigere. Gl.hic in fi.ponit duos verſus:qa de quolibet crimine capitali ingerẽti pœnã ſanguinis,põt trãſigi:niſi de adulterio:ſed ſi nõ igeraꝫ pœna ſanguinis,nõ põt trãſigi,niſi de crimine falſi. Aduerte prĩò,ꝙ iſta lex tradit vnã regulã ꝓmiſsiuã: & durat vſq; ad verſi.excep.deinde ponit vnã exceptionẽ à dicta regula:& durat vſq; ad ver.ĩ alijs. deinde ponit vnã regulã prohibitiuã:& durat vſq; ad verſi.citra.& à dicta regula ponit vnã exceptionẽ:& durat vſq; ad fi.Op.& vꝫ ꝙ iſte tex.ſit ſuper fluus,cõtra §.qbus.in prima cõſti.C.Hui⁹ timore eſt facta prima gl.Itẽ op.& ſum ĩ gl.q̃ incipit,trib⁹ modis op.de primo dicto ad ſecũdũ. Timore huius eſt facta gl.ꝙ hoc capitale crimẽ debet ſumi tripl'r,ꝓ l.edicto.§.rei capitalis.ff.de bon.poſ.Dicit gl.ꝙ hic capitale crimẽ debet ſumi ſtrictè,ꝓ eo crimie,ꝓ q̃igeret pœna ſanguinis:tũc procedit prĩa regula.Itẽ dr hic,ꝙ licet trãſigere de crimie capitali.cõtra:ꝙ licitũ eſt,nõ meretur pœnã l. Grach⁹.ĵ.de adulterijs.ſed accuſator trãſigẽs meretur pœnã,vt l. ab accuſ.ff.ad Turpilĩa.ergo trãſactio nõ vꝫ licita. Soluit gl.ꝙ accuſato licitũ eſt trãſigere,vt hic:ſed accuſatori nõ:vt i cõtrario. Et hui⁹ timore gl.cõcludit ꝙ hæc lex nõ habet locũ,niſi in accuſato. Vltramõtani itelligũt iſtã legẽ tã in accuſatore q̃ in accuſato. Ad cõtrariũ dicũt ꝙ añ inſcriptionẽ,& fideiuſsionẽ datã,licitũ eſt accuſatori trãſigere:vt hic:ſed poſtea nõ,vt i cõtrario. Vl' potes dicere ꝙ ẽt ĩ accuſatore habet locũ iſta lex:qa debetis ſcire ꝙ ſi accuſator accuſationẽ nõ ꝓbet,& repiaꝫ i calũnia:punit ꝓ iudicẽ pœna talionis:vt i l.fi.ĵ.de accu.Et aduerte, qa punit ipſum ex officio ſuo l.ĵ.ĵ.de calũniato. Mõ ad ꝓpoſitũ dico,ꝙ licitũ eſt trãſigere,tã accuſatori,q̃ accuſato.Nã ſicut eſt licita trãſactio ex ꝑte rei,vt redimat ſanguinẽ ſuũ:ita eſt licitũ accuſatori eadẽ rõne:qa ſi nõ reperit ꝓbaſſe accuſationẽ, poſſet puniri eo mõ q̃ dixi ſ.& ſic trãſactio eſt ſibi licita,vt ſanguinẽ ſuũ redimat.& valebit:cũ trãſactio ĩpediat ꝓceſsũ iudicis:vt l.frĩs.ſ.e.exceptio trãſactiõis oppoſita ꝓderit reo:qa nõ cõdẽnabit:& accuſatori,qa cõtra eũ nõ poterit ꝓcedi ad pœnã taliõis,ſi appeat nõ,ꝓbaſſe.Ad l.ab accuſatiõe.rñ.videlicet ꝙ ſi accuſator trãſigat,ĩcidit ĩ Turp.vt l.ꝑuaricatiõis.§.fi.ff.d ꝑuacũ ꝓ hãc trãſactionẽ euitabit pœnã corpalẽ,& ſic põt hre locũ ĩ vtraq;.Itẽ op.de l.q cœtu.ff.ad l.Iul.de vi pub.§.fi.Sol.ꝙ trãſactio eſt licita q̃tũ ad hoc vt trãſigẽs nõ poſsit venire cõtra,nõ tñ ꝑiudicaꝫ alij de ppſo,qn illud poſsint ꝓſeq.Sed op.l.eũ q.§.i popularib⁹.ff.de iureiu.& d.l.ꝑuaricatiõis.Solue vt gl.ſoluit. Itẽ op.& hęc op.ſoluit ĩ gl.circa fi.gl.magnæ.q̃ reſpicit primã regulã de l.iuris gẽt.§.ſi paciſcar.ff.de pac.Gl.dat duas ſo.Pria eſt vera,ꝙ illa debet intelligi ſecũdũ iſtã.Itẽ op.& exceptio eſt primę regulę,vt ſ.vidiſtis,ſolũmõ de adulterio excipit,de quo non

nō eſt locꝰ trāſactiōi:cōtra:qa vī q debeat excipi raptus virgi=
nū:vt l.pe.j.ex qb.cau.ſer.,p p.lib.mer.gl.dedit duas ſol.ſm pri
mā fateť cōtrariū. Aliā ſo.dedit gl.& iſta cōiter approbať,q de
raptu ſit licitū trāſigere. Ita exp̄ſsè ,pbat ille tex.dū dt, pactiōe
trāſmiſſum. Remanet igiť ſolū exceptio in adulterio.ſcdm for
mā huiꝰ legis.tñ prima ſol.poſſet tolerari p tex.in l.j.circa fin.
j.de rap.vir.vbi patri nō licet paciſci,de raptu virginū. Itē op=
poni.de §.fi.in auť.vt lice.mat.& auiæ. Solu.q illud,qđ ibi dī,
nō referť ad adulteriū,ſed ad alia capitula de qbꝰ loqť tex. ille.
Itē op.de §.adulterā.in auť.vt nulli iud.col.ix. Solu. Ibi pœna
erat impoſita ,p adulterio. Itē op.de l.ſi maritꝰ.§.ſi negauerint.
ff.de adul. Sol.vt in gl. Pro cuiꝰ declaratiōe ſic dicas ſm do. Ia=
co.q aut loqmur de crimínibꝰ publicis ingerētibus pœnā ſan
guinis.& iſto caſu ſunt quatuor cōſiderāda. Nā aut q̄riť, nūqd
trāſactio ſit licita,quātū ad hoc q accuſator nō incidat in Tur
pilianū. Aut q̄riť nūqd ſit licita,quātū ad hoc vt ipſe idē accu=
ſator nō poſsit venire cōtra accuſationē,aliàs trāſactionē,& ,p
ſequi crimē. Et dico q iſta trāſactio nō eſt licita vt p̄cludať via
alīs volētibꝰ ,pſeq,p l.q cœtu.§.fi.ff.ad leg.Iul.de vi publ. Aut
q̄riť nūqd ſit licita ad hoc,q accuſator trāſigēs habeat ,p cōfeſ=
ſo,vel nō. Et dico q licita eſt:nec hī ,p confeſſo c̄ꝫtū ad accuſa=
tionē:qa fit lege p̄mittēte. Ex his patet clarè prīa regula. Trāſ=
eo ad exceptionē primę regulę:circa quā exceptionē dicas:qa
aut q̄riť,nūquid ſit licitū trāſigere ſup adulterio. Et dico q nō,
vt hic. Aut q̄riť an ſit licitū renūciare accuſatiōi de adulterio:
& dico q eſt licitū. Et ita ītelligo l.ſi maritꝰ.§.ſi negauerit.ff.
de adul. Aut q̄riť nūqd ſit licitū marito reuocare eam ad ſe, &
quodāmodo crimē diſsimulare. Et ita loqť §.adulterā. in auť.
vt nul.iud.hæc aūt vera in crimínibꝰ publicis ingerētibus pœ
nā ſanguinis. In ſcdo caſu principali,vbi crimē nō ingerit pœ=
nā ſanguinis,nūquid ſit licitū paciſci gratis. Et dic qđ ſic p l.ff.
de iure fiſci.l.furti.§.pactus.ff.de his q not.infamia & ita ſentit
glo.quæ incipit,vt j.de cōtrah.& cōmit.ſtip. Ita ſonat text.qui
in ſcda regula facit mētionē ſolū de trāſactiōe. Sed ſi q̄ris nun=
qd ſit licitū trāſigere:nota regulā & nō eſt licitū. & exceptio=
nē à regula in crie falſi,p̄ iſtū tex. Sed q̄ro:dicit gl.ī ſcdo & ter=
tio caſu,qñ nō eſt licitū:qd ſi tranſigat. Dic vt in gl.& oīa hñt
locū in crimínibꝰ publicis. Sed q̄rit gl.qd in priuatis delictis?
Gl.arguit ,p & cōtra.finaliter determinat,q aut agiť ciuiliter:
& pōt trāſigi.aut criminaliter:& nō licet Aduertatis,qa qñq
q̄riť,nūqd ſit licitū paciſci gratis de priuatis delictis:& p cōſe=
quēs vtrū reus habeat ,p cōfeſſo:vt l.furti.§.pactus.de his q no.
infa. Et gl.dicit verū nō ob.l.qñ.de his q no.infa.quę debet ī=
DE tutela. Sciens nõ decipit̃: ideo q̃ minoris sciuit ætatẽ ꝓbationẽ ætatis se deceptũ esse allegare nõ põt. h. d. vel aliter. Affinitas tutelæ, & proximitas sanguinis facit præsumi vt quis sciat ætatẽ [b] minoris. h. d. No. †testis interrogatus de ætate, dicit illum esse minorẽ. Itẽ interrogatus quomodo scit, respõdet: quia est suus patruus vel suus auũculus, vel fuit sua nutrix. Certè ista ratio videtur, q̃ concludat in hoc tex. Dices tu: nonne ratio testis debet esse per aliquem actum, qui percipiatur sensu corporeo: vt l. qui testamento. in fi. ff. de testa. & l. j. in prin. de his quę in test. delen. & j. de testi. l. testium. & per Inn. extra de testi. c. cum causam. sed istæ rationes nõ sunt huiusmodi: ergo &c. In hoc cogitabitis. Venio ad l. opp. nemini licet allegare turpitudinem suam: vt l. transactio. §. de transac. sed hic minor allegat turpitudinẽ suam, scilicet falsas allegationes dedisse: ergo &c. †Huius timore hæc lex legit̃ duob⁹ modis. Primò in minore ꝓbãte: tũc obstat contrariũ. Sed respondet glo. de iure nõ potest allegare turpitudinẽ suã: verũ est alteri: sed ei, qui fraudẽ participat: & fuit particeps huius turpitudinis: tũc allegare põt, vt hic. Itavi detur cõcludere ista prima sol. & vide istã primã gl. Ista prima solutio nõ videtur vera, per d. l. transactione. §. de transactio. vbi etiam ei, qui fraudẽ participauit, non licet allegare turpitudinẽ suam. Soluit gloss. q̃ tunc se credebat maiorẽ, nũc videt se minorẽ. & ista est magis tuta. Secundo verò modo legit̃ de tutore probãte ætatẽ falso. Tunc opp. qñ dolus dat causam cõtractui bonæ fidei, cõtractus est ipso iure nullus: vt l. elegãter. in prin. ff. de dolo. Sed iste cõtractus fit super actione tutelæ, quæ est bonę fidei: ergo &c. Solue vt dixi §. titu. j. l. si maior. quia est distractus, sicut contractus valet: q̃a est liberatio, quæ secũ trahit executionẽ: † & intellige liberationẽ factam per acceptilationẽ ipso iure, nõ per pactũ: nam si per pactũ: tũc debet agi actione prima: & si excideretur, replicaretur, vt §. de transac. l. sub prætextu. la j.

MInoribus. In omissis, & etiã in neglectis minoribus succurritur. h. d.

1 ☞ *An sit bona consequentia, minor est usus iure communi: ergo non est læsus.*
2 *Genus non infert suam speciem de necessitate.*
3 *Libellus in integrum restitutionis quod debeat continere.*

C MOn videtur. [c] Seipsam summat gl. dicit, ponę casum ꝓ l. verũ. §. sciendũ. & alijs legib⁹ alle. per gl. In hac lege nõ sunt alia verũ tamẽ Guar. posuit in hac lege vnã suã gl. de cuius intellectu dubitat̃ inter nostros doctores & scholares, q̃ nescit̃ logicalia. Ego dico illud, qd̃ mihi videt̃. & anteq̃ intrem eam, 1 opp. & ostendo, † q̃ minor põt esse læsus iure cõmuni, & tñ est circũscriptus: vt puta, præcedẽte deliberatiõe plena adiuit hęreditatẽ: & postea reperit̃ nõ soluẽdo, iure cõmuni vsus est in eo qd̃ deliberauit: tñ reperit̃ circũscript⁹, & daret̃ sibi restitutio: vt j. §. si minor ab hęr. se absti. l. j. & ij. Hui⁹ timore Guar. posuit hic vnã glo. q̃ dicit sic. cõsequẽtiã tollit, nõ oppositũ infert quia pars eius est. Quid igit̃ velit dicere ista gl. dubitat̃ hic in gl. & per doc. Et primò videas quid vult dicere, cõsequentiam tollit. Rñdeo: antecedẽs est illud, vsus est iure cõmuni: ergo circũscript⁹: istud est cõsequẽs. istã cõsequẽtiã tollit ista lex. quasi dicat, cõsequẽtia nõ est bona, vsus est iure cõmuni: ergo circũscript⁹, istud sequit̃: nõ oppositũ infert. quasi dicat ex dicto antecedẽti, nõ sequit̃ oppositũ. nõ enim est bona cõsequẽtia, vsus est iure cõi: ergo nõ est circunscriptus. & hoc nõ dicitur in hac lege: & sic cessat cõtrariũ qd̃ sequit̃: q̃a pars ei⁹ est. Ad euidentiã eius debes scire, q̃ hic assumitur totũ, & pars, sicut genus & 2 species. Itẽ debes scire † q̃ species infert suũ genus: quia bona cõsequẽtia est, homo est: ergo animal est. Sed genus nõ infert suã speciẽ de necessitate: quia si dico, animal est: nõ sequit�it, ergo homo est: q̃a põt esse equ⁹. Ita in lege nra ꝓpositio ideo nõ infert oppositã cõsequẽtiã, q̃a habet se vt genus & species. nã circũscriptũ, est genus q̃a quidã sunt vsus de iure cõmuni, quidã nõ: vsus iuris cõis est species: ideo nõ sequit̃ dicta cõsequentia. & vide gl. tuã. Tota expositio primæ & secundæ particulæ dictæ glossæ procedit, expositio tertiæ particulę nõ procedit, nã vsus est iure cõi, & circũscript⁹ est: nõ habẽt se vt genus & species: sed vt excedẽtia & excessa: q̃a põt esse q̃ aliquis est vsus iure cõi, & est circũscript⁹, & ecõuerso. Itẽ põt esse nõ circunscriptus, & vsus iure cõmuni, & ecõuerso. & ideo qui volunt sustinere primas duas particulas glo. vt §. diximus expositas. istam particulam exponũt sic, vt dicã, consequentiã tollit, nec infert oppositã cõsequentiam: quia pars eius est: id est, particulariter est verũ in quibusdã. not. q̃ qui est circunscriptus, est vsus iure cõi, & ecõuerso: vnde cũ ista particularis vera, ex vno nõ infert ad aliud: q̃a ex puris particularibus cõsequentia aliqua nõ sequtur: & sic summa gl. sic cõsequẽtiã tollit oppositã cõsequentiã nõ infert: q̃a particulariter est verũ, & particulariter nõ: nã ex

[a] ¶ Eam allegat. Adde Bar. consi. xliij. incip. ser. Simõ. & Bal. cõsi. cxxxj. iij. libr. Paul. de Cast. consil. cxl. Bald. consi. cclxiij. j. lib. ☞ P. P A V. P.

[b] ¶ Aetatem. Regulam huius legis q̃ cõiunctus præsumatur scire &c. limita nõ procedere qñ cõiunctus esset in partibus remotis, vide Feli. in c. quoties. post princi. extra de testib. Et ad regulã vide aliqua ꝓ Feli. in c. literis. extra de præsump. vide Aret. in l. Titius. §. Lucius. in j. nota. de lib. & posth. quod nõ procedit qñ esset vnus in ciuitate alius rurì, nisi essent proximi. ☞ P. P A V. P.

[c] ¶ Non videtur. Et q̃ minor si facit qd̃ fecisset pater familias, nõ restituit̃, vide vnũ verbum per Com. cõsil. cxxvij. inci. nobilis domina. circa fin.

POMATES.

a ¶ Dicatur. Istud sequitur do. Ant. in c.j. de i integ. rest. sed in cõtrarium facit l. minoribus. §. eo. vide Ioã. de Imo. in d. cap. j. vbi dicit communem opi. in contrarium.

Pro cõcordia aduerte quod vbi ope exceptionis minor tutus est de iure cõi aduersus aliquã obligationem: ipse minor non potest petere restitutionem in integrum. Ita videt velle Barto. hic in hac l. ij. de filiofa. mino. sed in l. iij. §. sed vtrũ. ff. de min. videtur tenere affirmatiuã in l. in causæ. la ij. ff. de mi. Tu dic, facienda est differentia quo nomine conueniatur, vt per Bar. hic. Vel melius Bart. in d. l. in causæ. loquitur scdm glo. ibi. quæ loquit in casu l. si minor. §. minores. eo. tit. vbi dicitur, q minor cõpromittens põt in integrũ restitui. quod intelligit ibi Bart. scilicet quando in arbitrum a quo nõ potest appellari: ergo ibi cessat remedium ordinariũ. Sed licet Barto. referat gl. nõ tñ illud expresse firmat. Præterea sibi est cõtrarij referẽdo ad illum casum, vt s. Posset etiã aliter solui, secundùm eũ, vt affirmatiua præcedat quando restitutio detur iure actionis, negatiua verò quando datur officio iudicis.

P. P A V. P.

b ¶ Minorũ. Adde tñ qd fideiussor minoris cũ quo fuit intentatum iudiciũ nullius, putã sine curatore, nõ tenetur aliquo modo, vide do. Anto. cõsil. xviij. de quo habes ad Barto. in l. non eo minor. §. de procu. Itẽ q si quis promisit minorem ratũ habiturũ aliquẽ actũ cũ erit effectus maior, & nolit ratificare propter euidẽtem læsionem & iniquitatẽ nõ teneatur, vide Pet. de Anc. latè cõs. cccxxx. incip. visa facti narratione. in v. & vj. colũ. Sequitur Iaso. in l. si pacto quo pœnam. in fi. C. de pact.

puris particularibus nõ sequit aliqua consequẽtia. Alio modo intelligit ista glos. & variat ista expositio primæ, & scdæ particulæ. Et p cõsequẽs tertiæ, vt intelligam hic q minor sit vsus iure cõi, qñ fecit ea q diligẽs paterfamilias fecisset. Hoc præmisso expone sic gl. antecedẽs est vsus iure cõmuni: cõsequẽs est ergo circũscriptus. Istã cõsequẽtiã tollit nõ. hic est ista dictio nõ, posita in hac l. & sic pũctuabis: cõsequẽtiã tollit nõ posita in hac lege, & sic dictio nõ tollit cõsequentiã. Sequit in glos. non oppositũ infert: quasi dicat, infert oppositã cõsequentiã: quia verũ est dicere, vsus est iure cõi, hoc est, fecit ea quę fecisset qlibet diligẽs paterfamilias: ergo circũscriptus: istud semper sequit in gl. qa pars eius est: quia species, vñ meritò infert suũ genus. nã facere illud q faceret diligens pfamilias, est species: nõ circũscriptũ est genus: qa põt esse non circunscriptus, & facere stultè, & facere deliberatè. vñ meritò ista species, hoc est vsus iure cõi. infert suũ genus, hoc est nõ circũscriptus. tenendo istã opi. quæ est bona, & vera: obstat cõtrariũ de eo, qui adiuit hæreditatẽ, cũ deliberatione, q repe rit postea nõ soluẽdo: dico q nõ fecit illud qd fecisset diligẽs paterfamilias: qa pergsi uisset oĩa, quæ sunt in inuẽtario: qa scisset oĩa quæ sunt in hæreditate: vnde nõ fecit, vt diligens paterfamilias. & hæc vera bona. licet gl. ponat alias expositiones & exposui tibi ista verba Irne. nõ sequendo verba gl. nec doctorũ. Et p hãc legẽ, & alias leges, ex quibus ponit exemplũ, sicut hic, †semper in libello cũ petit restitutio, dicatur [a] q est minor, & læsus sui facilitate: qa diligẽs paterfamilias hoc nõ fecisset. Nam si poneres in libello, quod est minor & læsus: & ex libello nõ colligitur, q sui facilitate: libellus non concluderet. ergo debet restitui. ideo semper facias poni &c.

3 a

De filiofamiliâs minore. Rubrica.

LEX I.

FIliusfamiliàs. Si filiusfamiliàs fideiusserit p patre, vel extraneo põt restitui, nisi læsio p successionẽ tollat. h.d. Contra istã legẽ opp. de l. cũ mãdato. ff. e. Illi[o] timore dixit Plac. q tũc fili[o] põt impetrare restõnẽ: qñ pricipalis nõ est soluẽdo p illã legẽ. Glo. reprehendit istã opi. interest em̃ minoris poti[o] nõ soluere, quã solutũ repetere: vt l. ij. ff. de cõp. & ar. j. ti. ij. l. etiã. Ad l. cũ mãdato. rñ. q ibi ponuntur duo casus principales. In primo cõtraxit minor principaliter in re alteri[o]: qa res alterius vẽdidit mãdato dñi, & volebat petere restitutionẽ aduersus contractũ, quo tenebatur dominus, quod nõ põt nisi in subsidiũ: hic autẽ se obligauit cõsequẽter, pro patre, vel extraneo: & vult petere restitutionem aduersus obligationẽ suã, quod põt indistinctè. In alio casu illius legis nõ contraxit minor, sed procurator eius: vnde nõ facit ad propositum. Quæro, hic dicit, pro extraneo: quis intelligatur extraneus. Dic vt in l. j. §. extraneũ. de rei vxo. actio. dicitur hic, si ei non successit. Quæro, quid si successit patri. Dic vt in glos. Quæro, quid si iste filius pro patre principaliter se obligasset. Certè idem esset. tamen nõ tolleretur obligatio per successionem: sed tolleretur læsio, & sic tolleretur restitutio &c.

LEX II.

SI frater tuus. Filiusfamiliàs minor, aduersus mutuum restituitur, nisi iussus patris interuenerit, vel Mace. iuuetur. hoc dicit. Oppo. & videtur quod filiusfamiliàs non iuuetur restitutione: vt l. iij. §. sed vtrum. ff. de min. Sol. Quando filius conuenitur suo nomine restituitur, vt hic. sed quando conuenitur pater, non restitueretur, vt l. contraria. Item oppon. & videtur quod quando cessat Mace. non habet locum restitutio: quia accipit in casibus permissis. & sic est vsus iure communi: vt s. ti. j. l. fi. Solu. Dic vt in glos. Quæro, quæ est ratio, quod quãdo patris iussus interuenit, non restituitur. Dic vt in gl. ff. eo. l. iij. Quæro, quæ est ratio, quòd quando est locus Macedoniano, non habet locum restitutio. Dic vt in glo. &c.

b *De fideiußoribus minorum*[b]. *Rubrica.*

LEX I.

POstquam. Restituto minore, nõ videtur restitutus fideiussor, nisi dolus creditoris interceserit. h.d. cum l. seq. Opp. quando venditio est ipso iure nulla, nõ est opus restitutiõe: vt l. in causæ. la ij. ff. eo. sed hic est ipso iure nulla: quia non interuenit decretum. ergo &c. Sol. gl. intellige, q hæc vẽditio fuit facta cum decreto. Quæro, ad quid fuit hic minor restitutus ad ipsam rem? Plures sunt opin. hic. Quidam dicũt q fuit restitutus ad ipsam rem. s. venditã: quidam q fuit restitutus, q nõ teneretur de euictione. Secundum primam opi. not. q fideiussor euictionis nomine tenetur, si per beneficium restitutionis in integrũ venditor rem auocauerit. Iuxta hoc quæro, quid si vendẽs agit cõdictione ex lege. l. ij. j. de rescin. vẽ. an fideiussor teneatur? Item quæro, quid si minor fuisset restitutus ideo quia pretio minori vendidit: nõ ideo qa vendidit: an fideiussor euictionis teneatur? Doc. tangunt istas quæstiones, quę videntur mihi dubiæ: ideo nõ examino. Fortè hoc dicam in auc. sacramenta. j. si aduer. ven. Secundo modo legitur, q fuit restitutus ne teneat de euictione: & q extraneus tunc euincit rem. Sed tũc opp. quomodo potuit extraneus tũc euincere, cùm res sit de bonis paternis. & iste minor erit hęres. Glo. dicit q debet intelligi q fuit de bonis paternis putatiuè, non verè. Vel dicas q fuit euicta per hypothecariam.

1 ☞ *Beneficium restitutionis, quando transit ad fideiussores minorum. & nu. 4.*
2 *Decretum iudicis, quando faciat cessare beneficium restitutionis in integrum.*
3 *Actio de dolo cessat, ubi habet locum restitutio in integrum.*
5 *Restitutio in integrum quid operetur.*
6 *Restitutio in integrum, quando dicatur beneficium personale, & quando reale.*
7 *Restituto minore, an fideiussor habeat de nouo petere restitutionẽ in casibus, in quibus beneficium ad ipsum transit.*
8 *Fideiussor potest intentare restitutionem, quando minor uoluit eam impetrare.*

LEX II.

1 SI ea quæ. No. q † quando minor lædit facilitate sui, beneficiũ restõnis nõ transit ad fideiussorẽ: secus si lædit dolo aduersarij: quia tũc beneficiũ transit ad fideiussores. Opp. de l. ait prętor. §. permittit. ff. eo. †
2 vbi decretũ iudicis, seu præsidis facit cessare restitutionẽ. Sol. Ibi interuenit decretũ in alienatione necessaria, vt in reciendo solutionem: hic in voluntaria. Contra hoc oppon. j. si propter pub. pen. l. fi. Sol. Intellige, quòd hic interuenit authoritas tutoris, & decretũ iudicis: aliàs vẽditio esset ipso iure nulla: & sic inutilis esset restitutio, vt in contrario. Oppon. tertiò hic dicitur, quòd dolus aduersarij interceserit. Contra: aut dolus dedit causam contractui: & contractus est ipso iure nullus: & sic cessat restitutio: vt l. & elegãter. in princ. ff. de dolo. Aut dolus incidit in contractũ: & habet locũ actio ex empto. & sic cessat restitutio: vt l. in causæ. ff. eo. Gl. ponit plures sol. hæc est vera: q dolus dedit causam contractui: & fuit deuentũ ad tra-
3 ditionem. † & sic in maiore haberet locũ actio de dolo. l. & elegant. in prin. verũ quia minor potest iuuari per restõnẽ: habet locũ restõ, cessat actio de dolo: vt l. j. §. antepeñ. ff. de dolo.
4 dixi in l. ij. s. de dolo. Ita habetis hoc intelligere. † Oppo. q fideiussori prosit beneficiũ restõnis: etiam si dolus non interuenit: de l. minor. ff. de procu. Gl. soluit multum bene. Aut restituto minore: & eius fideiussore, creditori nõ daretur regressus contra alium: & tũc fideiussori non prodest restitutio: vt hic. Aut

daretur

daretur regressus cõtra aliũ:& beneficiũ restitutionis [a] transit ad aliũ:vt d.l.minor.ita dicit gl.& bene. Itẽ opp.q̃ũo restituto minore,& sic sublata obligatiõe principali,põt teneri fideiussor:cùm nõ sit obligatio cui accedat:vt l.j.ff.de fideiuss. Huius timore esset videndũ †quid operet restõ in integrũ. Quidã dicunt,q̃ solũmodo p̃sona eximitur ab obligatiõe: obligatio tñ remanet firma:sicut dicimus in eo q̃ deportat in l.fi.ff. de duo. re.& in eo q̃ decedit sine hærede:vt l.si sine hærede.in prin. de admi.tut.& l.Stichũ aut Pamphilũ.circa prin.ff. de sol. Vnde tio obligatiõis remanet,vt accedat fideiussor:vt l.si debitori deportato.de fideiuss. Alij dicũt,q̃ persona ab obligatione nõ eximit,sed solũ paratur exceptio:quia personalis est:ideo non trãsit ad fideiussorẽ:vt l. exceptiones quæ personæ.ff. de exce. Facit ad hoc ff.eo.l.si iudex circũuẽto. Ista vltima placet mihi plus.& hãc tenet gl.Sed cõtra hanc oppo. dixi q̃ ista exceptio est personalis: cũ beneficia p̃sonalia nõ trãseãt ad hæredes: vt qui tale.ff.sol.mat.j.de priuil.dot.l.j.cũ si.Sol.quicquid dicat Dy.in c.priuilegiũ personale.de reg.iu.li.vj.†restitutio in integrũ quo ad quædã,dicitur beneficiũ personale:vt in casibus in quibus ad fideiussores nõ transit.quo ad quædã dicitur rea-e,vt quo ad transmissionẽ ad hæredes:vt l.non solum.ff.de in nteg.rest.In casibus, in quibus cõpetit fideiussori:huius est ratio,quia beneficiũ istud partim dat ratione personæ:partim ratione læsionis.& ideo in quibusdã casibus habet vim persona lis beneficij:in quibusdã habet vim realis beneficij. Opp.ff.de fideiuss.l.Marcellus.Solue vt ibi.Quærit gl.multum solenniter. †Vtrũ restituto minore intelligatur restitutus fideiussor, in casibus,in quibus transit beneficiũ ad fideiussorem: vel habeat necesse fideiussor de nouo petere beneficiũ restitutionis in integrũ. Gl.tenet q̃ habeat necesse petere de nouo, per hũc tex.qui dicit:vtriq̃ personę tã &c.vnde cũ vtriq̃ cõpetat,quilibet habet intentare per se.Quæro †quid si minor non voluit impetrare restitutionẽ,an possit eam intentare fideiussor? Gl. dicit,q̃ sic,& bene:vt l.si post mortem.§.fi.de contra tabu.&c.

Si tutor vel curator interuenerit. Rubrica.

LEX I.

SI iam puberes. Minor aduersus additionẽ potest restitui intra tẽpus legitimum:quo elapso contra eius curatorẽ,qui ibi authoratus est succurretur.h.d.

LEX II.

MInoribus. Tutoris authoritas in iudicio, vel extra non impedit restitutionem minoris,si ibi est læsus.h.d.

LEX III.

ETiam. Etiam in his, quæ gessit tutor, solus minor potest restitui, & contra tutorem expediri. h.d. Videbitis.j.eo.l.fi.&c.

SI creditor. Minor nõ restituit aduersus obligationẽ administratoris:quia ipse non tenetur. Cy.hic intrat materiam difficillimam, quę tractatur in l.si pupilli.§.j.de neg.gest.& Cy.ponit in l.ei qui seruo.§.j.j.quod cum eo &c.

Restitutio quando concurrat cum alia actione contraria.
Actio ordinaria quando excludat extraordinariam.
Instantia perempta,actio remanet perpetua.
Auxilium ordinarium & extraordinarium quando concurrant.

ETiam. Auxilium extraordinariũ concurrit cũ ordinario,quãdo cõpetit cõtra diuersos, nec electione tolluntur.h.d. Opp.†restitutio nõ cõcurrit cũ cõtraria actione:vt l.in causæ.la j.ff. de mino.Sol. Verũ est,qñ illa duo remedia darent cõtra vnũ & eundem:secus si cõtra diuersos,vt hic. †Cõtra hoc opp.de l. cum mandato.ff.eo.Sol.multæ sunt.Ista solu.est vera:ibi loquit qñ actio ordinaria habuit originẽ ab actione volũtaria:qa tũc excludit extraordinariã, etiã qñ cõpetit cõtra diuersos: hic verò habuit originẽ ab actione necessaria. Oppo.tertiò de l.properandũ.§.fi.j.de iud,Sol.Dicit Cy.q̃ speciale est ibi in instantia iudicij:qa ea perẽpta remanet actio prima firmior,q̃ primo esset:sec⁹ si causa esset perẽpta:& vide gl. Nota ex eo quod dicit firmior,†q̃ perẽpta instantia remanet perpetua actio, quæ est facta p̃ litis cõtest. De hoc dixi vobis in l.ij.j.de fru.& lit.expẽ. Pet.tñ tenet istã so.sed dicit,q̃ hic nõ poterat minori æqualiter subueniri cõtra fideiussorẽ,& extraneos:qa tutor dedisset eis pecuniã,& ipsi volebãt possessiones venditas. Sed qñ prosequeretur ab vtroq̃:tũc actione ordinaria debet procedere, nec haberet locũ restitutio:vt d.l.fi. Ista sol. Pet. nõ est vera,vt per l.etiã ſ.eo.tit.& est cõtra l.si minor.ff.de admi.tut. Tene ergo sol.gl.q̃ speciale est in iudicijs.Item oppo.j. ti.ij.l.fi.Solue vt ibi,† & distingue plenè qñ ordinariũ auxiliũ cõcurrat cũ extraordinario.Plenissimè dixi in l.in prouincia-li.de oper.no.nun.vbi tangitur. Vltimò opp.& videtur,q̃ per electionem tollatur:vt j.de cod.l.fi.Sol.Ibi quando contra eũdem agebatur:hic quando contra diuersos agebatur &c.

[a] P. P A V. P. Restitutiõis. Quid autem si ille non esset soluendo, vide Aret. post Pau.de Castr.in l.si pupillus. ff. de acquir.hære.

Si in communi eademque causa,in integrum restitutio postuletur. Rubrica.

1 Factum unius ex fratribus non nocet alteri.
1 Qui ratam habet uenditionem rei suæ,sibi præiudicat.
3 Beneficium quod datur uni ex socijs,quando porrigatur ad alium.& nu.5.
4 Quis quando possit habere ratum,quod suo nomine non est gestum.
6 Aetas unius ex socijs quando prosit alijs.
7 Appellatio unius,quando prosit alijs.
8 Principium spectatur, quando finis habet necessariam consequentiam ad principiũ.

LEX vnica.

NEc si maior. Factum vnius ex fratribus nõ nocet alteri:& restitutio, quæ cõpetit vni minori, nõ prodest alteri maiori.h.d.Notabilia habes in summario. Primò habetis †q̃ factũ vnius ex fratribus nõ nocet alteri. 1 Simile j.de cõmu.re.alie.l.j.quibus rei iud.non no.l.j. & in toto tit.res inter alios acta &c. Nota secundò †q̃ qui ratã habet 2 venditionẽ rei suæ,præiudicat sibi. Tertiò nota †q̃ beneficiũ, 3 quod datur vni ex socijs,nõ porrigitur ad aliũ. Ad secundum opp.†quis nõ poterit habere ratũ,quod nõ est suo nomine ge- 4 stum:vt l.si pupilli.§.sed si ego.ff.de neg.gest.So. Dic q̃ hic sor gessit noĩe suo,& fratrũ. Vel si intelligas q̃ gessit noĩe suo tm:rñdeo ad contrariũ,q̃ nõ possum habere ratũ,quod non est meo nomine gestũ. quantum ad producendã actionem negotiorũ gestorũ mihi vel contra me,vt in contrario: sed quãtum ad alia,vt ad præiudiciũ mihi generandum,possum:vt l.si fundus.§.j.de pig.nisi in subsidiũ:vt l.mater.j.de rei ven. & l. si eũ seruum.ff.si cer.pe.& vide glo.super ver.gesserat. Ad tertium notabile opp.†q̃ beneficiũ vnius ex socijs porrigat ad aliũ: vt 5 l.si cõmunem.ff.quẽad.ser.amit.si ser.vẽ.l.loci corpus.§.si fundus. Gl.tua dicit, q̃ hæc lex loquitur in his quæ sunt diuidua: lex contraria loquit in indiuiduis:qm̃ oẽs seruitutes sunt indiuiduæ,excepto vsufructu:vt l.j.§.si vsusfructus.ad leg.fal.Pet. reprehendit istam glo. quia licet seruitus sit indiuidua,tñ obligatio personalis est diuidua:vt l.per fundum.de ser.rust.prę̃d. Do.Iac.But.tenebat idẽ:sed loquebat magis curialiter,dicens qd̃ ista gl.debet intelligi in ipo iure seruitutis, nõ in obligatione personali. Tu dic clarius:Quandoq̃ †beneficiũ p̃sonale,seu 6 ætatis, allegatur ad impediẽdum præscriptionẽ seruitutis, seu ætatis,& sic ad eam ꝯseruandũ:& tũc ætas vnius ,pdest alteri maiori:vt l.si cõmunem.quẽad.ser.amit. Quãdoq̃ allegatur ætas vnius ad seruitutis declarationẽ:vt quia agebatur confessoria,vel negatoria:tunc idẽ vt ætas vnius prosit alteri:vt l.loci corpus.§.si fundus.ff.si ser.vẽ. Qñq̃ ætas allegat ad impediẽdum seruitutẽ constitutã:& tũc ætas vnius ,pdest alteri: qa nõ põt ,p parte cõstitui:vt l.,p parte.ff.de ser. Qñq̃ allegat ad impediendũ obligationẽ p̃sonalẽ de seruitute cõstituẽda: tunc ætas vnius nõ ,pdest alteri:vt l.p fundũ.de ser.rust.præd. Item opp. de l.j.si vnus ex pluribꝰ app.ff.de app.l.si qs separatim.§.fi. Gl. inculcat ista cõtraria cũ præcedẽtibus. & dicit, q̃ ibi loquit in 7 indiuiduis:hic in his quę sunt diuidua. Vult dicere †q̃ snia diffinitiua est indiuidua.ideo nõ põt ,p parte valere,pro parte nõ: meritò vnius appellatio alteri ,pdest. Et vide gl.istud nõ.vr̃ verũ:nã snia ex post facto põt esse diuidua,vt dicã vobis j.tit.j,l,j. Præterea,qñ sunt plures personæ litigãtes,etiã snia prima põt esse diuidua,q̃ in personã vnius feratur, in personam alterius: nõ:vt l.nõ idcirco.ff.de iu.& l.de vnoquoq̃.in prin.ff. de re iudi. Vñ ista gl.fortè voluit dicere q̃ illa l.j.j.si vnus ex plu.& l.si

a ¶ Et pro parte. Adde quod Bal. vt refert & ſequitur Pau. de Ca. hoc dicit, q̃ ſtãte ſtatuto q̃ non valeat ſentẽtia niſi ſoluatur gabella ad cõputũ ſex denariorum pro libra & lata ſit ſentẽtia in centũ ſolutaq; gabella niſi p̃ quinquaginta, quod in totũ erit ſnĩa nulla. Tamẽ ſubdit P. u. de Ca. reſpõdiſſe de facto, q̃ ſtante ſtatuto quod nõ valeat inſtrumentũ cõtinens ſummã. ſ. quinquaginta, niſi regiſtratum foret in libro cõmunis: & eſſet inſtrumentum de centum, q̃ valebat in quinquaginta qa ſumma eſt diuiſibilis. Nõ obſtat deciſio Bal. ſecundũ ipſum: qa loquit̃ in ſnĩa quæ eſt indiuiſibilis. alleg. no. in l. ſi ſponſus. §. generaliter. ff. de donat. inter vi. & vxo.

b ¶ Quid dicemus. Et vide Bar. in l. quivas. ff. de fur. & in l. ſi cõſtãte. §. fi. fol. mat. Do. Anto. & alios in c. cũ inter nos. de re iudic. Bal. in l. ij. C. eo. & gl. in l. apud Celſum. §. itẽ quæritur. ff. de doli excep. And. Barb.

P. P A V. P.

c ¶ Iſtam ſnĩam q̃ ſuper eodẽ capitulo nõ valeat ſnĩa p̃ parte, tenet Cy. & Iac. But. & cõiter oẽs hic, & glo. in c. placet, extra de cõuer. coniug. Vide etiã Bar. & Alexã. in fi. legis, ſi cõſtante. §. fi. ff. ſolu. mat. Quid autẽ ſi iudex diceret, cõdemno in decẽ tm̃. Dñs Mathe. in quodam cõſil. iudex mercatorũ. tenet ſnĩam in iſto caſu non valere. 1
Pro quo etiam facit vnã regulã, quam ponit Bar. in l. ij. §. cùm Titio. ff. de adit. lega. 2
In contrariũ vide Pa. in c. cũ inter. in pe. & vlt. col. extra de re iudi. vbi latè tangit iſtã materiã. Pro Mathe. ſi. facit qa in ſentẽtia verba ſtrictè intelligunt̃ l. j. C. ſi plu. vna ſentẽ. ideo vbi fit ſtricta interpretatio, non habet locũ argumentum à cõtrario ſenſu. 3
Ergo in aliquo abſoluo, vt p̃ Bart. in l. oẽs populi. in v̄j. art. principali. de iuſtit. & iure. dũ ponit an ſtatuta accipiant interpretationẽ extenſiuã. Vide latius de materia, q̃ ſnĩa lata pro parte valeat, Feli. in c. cũ inter. col. iij. de re iu. cũ ſeq. vſq; ad fin. vbi ponit quatuordecim limitationes ad regulam cõmunẽ, q̃ ſuper eodẽ capitulo nõ valeat pro ꝑte, & trãſit etiã cum opere Abb. circa illud qd dictũ eſt de taxatiua, vide etiã ad regulã q̃ conſuluit Ro. cõ. ccxvij. inci. in re p̃ſenti vbi ponit ſi quis condemnetur ad reſtitutionem, q̃ valeat reſpectu rei, ſed non reſpectu æſtimationis, cũ ſint ſeparata capitula. Item vide Bald. in c. inter cæteros. in ij. q. de re iud. dicentem q̃ ſi eſt deducta ſtipulatio de decem, & iudex iudicat de viginti, in totum eſt nulla, etiam ſi eſſet iudex competẽs in tota ſumma, vt differat à caſu l. fi. cũ gl. ff. de iuriſ. om. iudi. Sequitur Feli. in d. c. cũ inter. col. iij. Item q̃ niſi pronuncietur ſuper toto non valeat, vide Barb. conſil. xxxvj. vol. iij. in ij. dub. qui loquitur quando erat oppoſita exceptio condemnationis, quæ extinguebat credi tum actoris pro parte, vt per eum.

d ¶ Pro dimidia. Adde quid ſi quis vẽdicat fundi medietatem pro indiuiſo, & probat pro diuiſo, quam ſententiam debeat facere iudex, Fede. conſil. cxxxix.

quis ſeparatim. §. fi. loquat̃ in cauſis indiuiduis, vt ſuper ſeruitutibus cõiter illæ leges intelligant̃ gñaliter: & pro certo gñaliter loquunt̃. ſ. in obligatiõe tutelæ, & in alijs indiuiduis. Dicamus ergo, prout dictũ fuit, ſ. q̃ ſpeciale eſt in cauſa appellationis, qñ vna eſt cauſa, & vna ratio defenſionis vtriuſq;. Ratio huius eſt: qa ſtudere debemus, vt ſnĩa ſit indiuidua inquantũ poſſumus: licet poſſibile ſit, q̃ ex poſt facto diuidat̃. tm̃ principaliter debem⁹ ſtudere, vt ſit indiuidua inquantũ poſſumus: vt l. in hoc iudicio. fa. ercí. Opp. de l. iij. §. Seio. ff. de mino. vbi videt, † q̃ debeamus inſpicere initiũ: ſed hic tpe: quo ratũ habuerunt. iſti erant minores: ergo &c. So. Dic q̃ hic qñ ratũ habuerunt, non erãt minores. Dicit gl. vel aliter: poſito q̃ tempore, quo ratum habuerunt, erant minores, tm̃ ſi poſtq̃ facti ſunt maiores habuerunt ratũ, non habebunt reſtitutionẽ. Nõ obſt. lex quæ dicit principiũ ſpectandũ: quia illud verum, qñ finis habet neceſſariã conſequentiã ad principium: ſed hic ratihabitio ſequẽs nõ habet neceſſariam conſequẽtiam ad principium, ſed voluntariè fecit: ergo &c.

Si aduerſus rem iudicatam. Rubrica.

Sententia, quando poſſit ferri pro parte tantùm. 1
Si aliquis conuentus rei uendicatione ad totum fundum, repertus tantum dimidium fundi poſſidere, ad illam dimidiam condemnatur: & ſententia tenet. 2
Libellus in actione tutelæ, qualiter poſſit formari. 3
Initium quando inſpiciatur, & non finis, ad hoc ut detur reſtitutio minori aduerſus ſententiam. 4
Iudicare, & ſic iudicare, qualiter differant. 5
Aduerſus læſionem contingentem intra modicũ tempus, poſtquam ceſſauit abſentia, quando detur reſtitutio. 6
Sententia, quando poſſit pro parte ualere, & pro parte non ex poſt facto. 7
Libellus, quando quis petit ſe reſtitui, aduerſus ſentẽtiam qualiter concipiatur. 8
Reſtitutio in integrum reſtituit minori, quod abſtulit ei læſio. 9

LEX. I.

Minus ex tutelæ.

Actori minori ſuccurrit̃, ſi reꝰ ĩ minꝰ extiterit cõdẽnatus, nõ maiori. h. d. Iſtã legẽ habeo pro multũ ſubtili, licet circa tex. ſit clara. Opp. & vñ q̃ de iure cõi agere poſſet: vt j. de iu. l. licet. & ſ. de trãſa. l. age. So. In cõtrarijs vnã tm̃ ſpeciẽ fuit p̃ſecutꝰ: vñ de alijs põt agere de iure cõi: hic vò de illa ſpecie vult agere, de qua fuit iudicatũ. Cõtra hoc opp. † q̃ etiã de eadẽ poſſet agere de iure cõi: nã ſi iudex p̃ parte fert ſnĩam, & p̃ parte [a] nõ, ſnĩa eſt ipſo iure nulla: vt l. in hoc iudicio. ff. fa. ercíſ. & l. apud Celſum. §. item quæritur. el j. de do. excep. ſed ſecundũ hoc, hæc ſnĩa fuit ipſo iure nulla: qa de parte tm̃ p̃nũciauit. Huius timore, in hac lege ſunt opi. & hic aduerte, q̃ qdã fatent̃ cõtrariũ, & hanc legẽ intelligũt, q̃ in quinq; cõdẽnauit: & in quinq; abſoluit: & ſic de toto p̃nũciauit. & ita vñ ſentire gl. Alij dicũt, q̃ iſtud eſt diuinare: ſed hic ſup toto p̃nũciauit: hoc eſt, ſup quinq; expreſſe: & ſuper alijs quinq; tacitè pronũciauit: et quia de eo qd̃ non dixit, vñ abſoluere. qd̃ gl. & doc. noſtris nõ placet. In ſnĩa enim nõ præſumitur niſi illud, q̃ eſt dictũ: vt j. ſi plu. vna ſen. l. j. & d. l. apud Celſum §. item quæritur de doli excep. Alij dicũt q̃ hic pronũciauit ſup parte tm̃: & dicũt q̃ cõtrarium nõ eſt verũ. nõ enim eſt nulla ſnĩa: ſed pro parte tm̃ pronũciat̃, vt hic. Doct. tñ & gl. dicũt cõtra per l. in hoc iudicio. fami. ercíſ. & l. qualẽ. §. j.

b ff. de arb. Quid dicemus: primò in hoc vtrũ ſnĩa poſſit ferri p̃ parte tm̃: dicas, ſi quidẽ libellus continet plura capitula, poteſt ſuper vna ferri ſnĩa, & ſuper alio nõ: vt l. etiã. §. j. ff. e. Facit ſ. de trãſac. l. ſi ex falſis. Idẽ ſi libell⁹ cõtinet vnũ capitulũ cõtra plures nã cõtra vnũ poteſt p̃nunciari, cõtra alios nõ: vt ff. de iud. l. nõ idcirco. & ff. de re iud. l. de vno quoq;. ſi verò cõtinet vnum

c tm̃ capitulũ: [c] tũc nõ põt pro parte tm̃ pronũciari: vt d. l. in hoc iudicio. & l. qualẽ. §. j. de arb. Ita dicũt doc. Addo hoc eſſe verũ, qñ inſtãtia cauſæ tenet ſup toto: ſecꝰ ſi pro parte eſſet perẽpta: ita q̃ ſequeret̃ abſolutio ab obſeruatione iudicij. tũc eñ ſufficiat pronũciari ſup illa parte, in qua tenet iudiciũ. Caſus eſt in l. ſi cõſtãte. §. fi. ff. ſol. matri. Et per hoc dixi ſemel in q. de facto,

2 † cũ rei vẽdicatione aliquis cõueniretur ad fundũ, repertus eſt

d poſſidere p̃ dimidia [d] tm̃: vñ iudex eũ in illa dimidia cõdẽnauit: in alia dimidia nihil dixit. Dico q̃ ſnĩa valet: qa p̃ alia parte: quã nõ poſſidebat, nõ p̃cedebat iudiciũ: vt l. fi. ff. de rei ven. His præmiſſis, redeo, & videamus qualiter intelligas hanc legem. Glo. vñ velle q̃ pro parte ſit cõdẽnatus, pro parte abſolutus. qd̃ verũ eſt in ſe: ſed eſt diuinare. Tu verò pone caſum alr, q̃ fuit actũ actiõe tutelæ pro vna ſpecie nõ expreſſa quãtitate hoc mõ: Peto q̃ reddat adminiſtrati frumẽti rõnem, & reliqua reſtituat: iudex cõdẽnauit eũ ad reſtõnem de quinq; occaſione reliquorũ: cũ in veritate deberet cõdẽnare ad decẽ. Certè tunc valet ſnĩa, & vñ ſup toto p̃nunciatũ: quaſi dicat iſta tm̃ reliqua petere eũ debere. Et hoc fortè volũt dicere illi, q̃ dicũt, q̃ p̃ alijs quinq; vñ abſolutꝰ tacitè. Sed ſi ponamꝰ, q̃ in libello fuiſſet expreſſa certa quãtitas: vt puta decẽ, q̃ remanſerũt apud te, ex tali adminiſtratiõe: tũc haberemus neceſſe dicere illud qd̃ gl. dicit, q̃ in quinq; cõdemnauit, in quinq; abſoluit. Ex prædictis

3 nota † q̃ in actiõe tutelæ põt formari libellꝰ exprimẽdo certã quantitatẽ, ad quã quis dicat tutorẽ ſibi teneri: vt hac l. cũ ſua gl. Poteſt etiã formari libellus nullã exprimẽdo quantitatẽ, vt ſ. dixi. & no. in l. j. in prin. ff. de eden. Procedo vlterius. oppo. hic vñ dicere q̃ ſufficiat quẽ eſſe minorẽ tpe iudicij. Cõtra imo requirit̃, q̃ ſit minor etiã tpe ſnĩæ: vt ff. eo. l. iij. §. j. Glo. ſ. dicit qd̃ iſta ſuppleꝛ per illã: vt hic, duim dicit: tẽpore iudicij: ſubaudi, &

4 tempore ſnĩæ. Contra hoc oppono. & vñ † q̃ debeamus inſpicere initiũ, & nõ finẽ: vt l. ſi minor. ff. de ſeruis expor. Solu. qñ finis habet neceſſariam cõſequẽtiã ad principium, tũc inſpicimus principiũ: vt lege cõtraria. Sed qñ nõ habet neceſſariã cõſequẽtiã. inſpicimus finẽ: vt d. l. iij. §. j. Dices tu, nõne ſnię habẽt neceſſariã cõſequẽtiã ad p̃ceſſum: qa iudex habet iudicare neceſſe: vt d. l. de qua re iud. ergo debem⁹ inſpicere tp̃s proceſſus,

5 nõ tp̃s ſnĩæ. Hic aduerte: † duo ſunt, ſ. iudicare, & ſic iudicare q̃d iudex iudicet, iſtud habet neceſſariã cõſequentiam ad proceſſum: ſed q̃ iudex ſic iudicet, iſtud nõ habet neceſſariã cõſequentiam ad proceſſum et ideo ego putarẽ, q̃ ſi quidem ſic iudicare veniret ex neceſſaria cõſequẽtia ad proceſſum: vt quia minor omiſit aliquas probationes: vnde iudex nõ poterat cõdemnare: tunc etiam aduerſus ſententiam latam contra minorem peteretur reſtitutio. Secus ſi minor eſſet ſolũ læſus in ſententia: quia in proceſſu fecerat quicquid debuerat: tunc nõ habet locum reſtitutio aduerſus ſententiã: quia illa nõ habet ne-

6 ceſſariam conſequentiam ad acta. Oppo. † aduerſus læſionẽ contingentem intra modicum tempus poſtquam ceſſauit abſentia, quis reſtituitur: vt l. ab hoſtibus. §. ſed quòd ſimpliciter. ff. ex quib. cau. maio. ergo eadem ratione aduerſus læſionẽ cõtingentem intra modicũ tempus, ex quo ceſſauit minor ætas: ſed ego dixi tibi ſ. etiam quãdo ſententia eſt lata cõtra factum

maiorem

maiorem:ergo &c.Sol.Dicit glo.ratio est,quia pōt appellare. Hoc nihil est dicere. Tu dic ꝙ diuersa est ratio prædictorū:nā modicum tempus,ex quo quis est reuersus,cōputari nō potest absenti,donec sarcinulas cōposuerit & aduocatum quæsierit, quæ ratio cessat in modico tempore, ex quo superuenit ætas. Quæro†vtrum sententia possit pro parte valere, & pro parte nō valere ex pòst facto. Verbi gratia:iudex condēnauit me ad decē:ego appellaui,dicēs me grauatum ad quinq; & in hoc obtinui:& sic valebit snīa pro parte,& pro parte nō.& hoc fatentur Vltramō.arg.ff.de inof.test.l.circa.Iac.de But.dicebat ꝙ l.circa nihil facit ad propositū,quia si iudex appellationis in quinq; absoluit,remanet sentētia in alijs quinq;,& sic super toto est iudicatum. qñ tamē sunt diuersa capitula, nullus negat quin ꝑ parte possit snīa valere,& ꝑ parte non l.Carmelia Pia. de iure patro.& l.quædā mulier.fami.erc. Ego puto ꝙ ex post facto snīa possit pro parte valere,& pro parte nō: vt in exēplo proposito,vt condemnatus ad decē appellauit à quinq;, statim appellatio sola rescindit snīam in eo qđ est appellatū; vt ff. ad Turp.l.j.§.fi.vnde interim anteq; iudex sentētiet,remanet pro parte valida, & pro parte nō. hoc etiam apparet ex casu huius legis,si bene aduertatis. Pro huius declārationē quæro, †qualiter formatur libellus,qñ qs petit se restitui in integrū aduersus snīam. Hæc lex videt velle, ꝙ quis petat se restitui vt possit super illa re,de qua sententiatū est,actionem de nouo iteratò intentare,ac si sententiatū non esset.hoc apparet ex prin.& ex fine huius legis.Principiū dixit habere actionem &c.secūdùm hoc videtur ꝙ debeat de nouo dari libellus,& lis cōtestari &c.& alia facere.Præterea restitutio in integrū habilitat vt possit prosequi primā instantiā,ac si iudicatum nō esset.In cōtrariū,videtur ꝙ quis debeat petere restitutionē in integrū, vt possit primā instātiam prosequi,ac si iudicatū non esset, vt j.si aduer.libe.l.j.ibi dum dicit:litis instaurationem admittit,&c. Breuiter dico sic:Ad euidētiam anteq; veniā ad alia,debes scire†ꝙ beneficiū restitutionis in integrū restituit minori illud, quod abstulit ei læsio;vt l.ait prætor.in prin.ff.e. & l. qui proprio.§.itē vel cōqueritur,ff. de procu.scdm verū intellectū,Dicam j.in processu.Hoc præmisso,si minor est læsus in snīa:quia cū iudex debet condemnare,tutorē absoluit:restitutio in integrum rescindit snīam contra illud obstaculū exceptiōis, quod parauit minori, nō tamē ꝙ iudex restituēs in illa instātia condemnet tutorē.Ratio:quia tutor nunquā fuit cōdemnatus minori,vnde istā condemnationē non restituit sibi ratio:quia nūquam fuit condēnatus,sed rescindit snīam tantū, & ideo nunquā petēs restitutionē aduersus snīam, petet vt super causa prima,vigore illi⁹ instātiæ habitæ super restitutione iudicet, sed ꝙ læsio,quæ illata est per snīam, remoueat, & in pristinū statū reponatur. Hoc præmisso pōt esse ꝙ snīa læsit me per necessariā cōsequentiā actoris,quia nō probauerunt vt debuerā:tunc habeo necesse in libello omnia ista narrare, ꝙ ego omisi talem probationē, ex quo iudex absoluit tutorē, propter quod ego mei facilitate sum læsus:qa diligēs paterfamilias & homo maior hoc nō fecisset:tūc cōcludo ꝙ restituar aduersus dictā sententiā,& ponar in eo statu, in quo erā quando poteram facere dictas ꝓbationes, & isto modo intelligit restauratio litis,quæ ponitur in l.j.j.si aduer.li.Si verò læsit me sentētia tantū, quia acta stant optimè,& debebat sententia venire pro me:tunc solùm petam restitutionem aduersus dictam sententiam:& tunc possum petere reformari sententiam ex primis actis, ac si iudicatū non esset.& hoc modo potest intelligi d.l.j.& illud quod hac lege dicitur ꝙ actio moueret &c. intelligitur eodē modo ꝙ moueatur actio prosequendo primam instantiā. Vel possumus aliter intelligere hanc legem,& stabit tex.propriè.Egi actione tutelæ pro vna specie.& omisi aliud accessoriū;vt puta vsuras, de quibus nihil dixi:fuit iudicatum propter sententiā impedior mouere actionem super principali,vt cōsequar vsuras,quæ veniunt accessoriè:vt ſ.depositi,l.iiij.& de iudi.l. si cū tibi.petam restitutionem aduersus ipsam sententiam, vt possim actionē principalem mouere propter vsuras & alias accessiones,ac si iudicatum non esset.&c.

1 ☞ *Actor in libello potest facere mentionem de exceptione rei & replicatione.*
2 *Pater agens causa status,quando possit uenire contra factum suum.*
3 *Filius,quando petat se restitui contra patrem.*

LEX II.

SI cum pater. In causa status filius minor aduersus sentētiam latā pro patre petet se restitui. h.d. Nota ex hac lege ꝙ † sicut in libello suo actor pōt facere mentionē de defensione siue exceptione rei,& replicatione: ita hic.& no.Inn.nescio in quo c.& in petendo,ego in libello possim facere mentionē de pacto de nō petendo:& quod postea fecisti mihi pactū de petēdo: vt hic patet qđ
2 not.Opp.ꝙ † pater non potuit agere:quia nō pōt venire cōtra factum suum:vt l.post mortē.ff.de ado.Sol. Veritas est ista:Quā doq; patri obijcit sol⁹ cursus tēporis, quo filius stetit in libertate:tūc requirūtur viginti anni ad excludēdū eū:vt l.j.j. de pat. pote.& ibi no.Quandoq; patri obijcit factū suū cū cursu tēporis:tūc sufficiunt decē anni ad excludēdū patrē:vt l.post mortē.ff.de adop. Quādoq; patri obijcit factū suū tantum:tunc ista obiectio nō excludit eū, si factū est inualidum. hic est casus hic.
3 Tertiò opp. ꝙ † contra patrē nō posset peti restitutio:vt j.qui aduer.quos.l.fi. Solu. Regula illa fallit in causa status hęc est bona sol. quæ mihi placet. Alij ꝙ nō petitur restitutio aduersus patrē,sed aduersus sententiā latā pro patre.Et hanc opin.tenent quidā:qa tūc queritur de iudice,nō de patre. licet gl,eā non teneat. Opp. de l,præfecti. & l.minor.eo.tit.ff.Sol.Intellige hic ꝙ de proconsule:ibi de eodem loquitur &c.

1 ☞ *Iudex delegatus quando possit de in integrum restitutione cognoscere.*

a ¶ Princeps. Adde ꝙ Bald.ex hoc infert, ꝙ stante cōstitutione legati,ꝙ appellatio nō intelligatur deserta licet Apostoli non fuerint petiti,& legatus à Papa in terra iurisdictionis suæ protulerit sentētiam à qua fuit appellatū:non tamen fuerint apostoli petiti,ꝙ appellatio dicitur deserta:quia cōstitutio inferioris nō obstat delegato Principis.

LEX III.

a ADuersus. Aduersus snīam vicarij vel delegati principis solus princeps[a] restituit, h.d. Opp.in aut.de app.& intra quæ tēp.§.fi. Dicit glos.aliud in appellatione ꝙ in restitutione. Tu dic idē.ibi enim appellat ad principē:licet alij iudices ab eo deputati super hoc cognoscāt,vt vidistis in l.præcipimus.j. de app.
1 Quæro,an † ipse iudex delegatus possit de restitutione in integrum cognoscere? Quidā dicunt ꝙ sic:vt l.fi.vbi & apud qq̄. & sic ista lex corrigitur.arg.pro hoc in l.qui ꝑprio.§. itē quæritur.de procu.Breuiter,si quidem restitutio petitur aduersus aliquā interlocutoriā:tunc ipsemet delegatus poterit restituere:vt d.l.fi.j.vbi & apud quē si petitur restitutio aduersus diffinitiuam:tunc ipsemet delegatus restituere non posset: vt hic, nisi sibi specialiter committeretur:vt l.contraria &c.

1 ☞ *Sententia lata contra minorem indefensum,quando & quibus casibus ualeat.*
2 *Snīa lata cōtra minorē,an ualeat,si tutor fuit in exordio litis,sed nō tēpore sentētiæ.*
3 *Minor an tutor condemnetur quando non defenditur.*
4 *Sententia lata cōtra minorē indefensum in principio litis & in fine sic quādo ualeat.*
5 *Si tutor uel curator à principio fuit in causa, postea in processu non fuit citatus, sed minor cum alio eius curatore:an sententia ualeat.*
6 *Libellus in quo dicitur,dico sententiam nullam,& si qua est,appello,quòd ualet.*

CVm & minores. Sententia lata aduersus minores indefensos est ipso iure nulla:sed si sunt defensi, est valida:sed possunt restitui.h.d.Opp.factum ab adulto nō habente curatorē est validū:vt l.si curatorē.ſ.de in integ.resti.ergo eodē modo sentētia.Gl.dicūt † ꝙ illud est verū in cōtractibus:secus in iudicijs secūdū oēs:licet nulla lege caueat. Vide gl.certè tex,in l.acta.§.fi.ff.de re iudi.videt hoc multùm bene cōcludere. Opp.etiā ꝙ sententia lata cōtra minorē valeat.ff.ex qui. cau.in pos.eat.l.apud Iulianū.§.fi.& l.si minor. de bo.auth. iu. pos.Sol. Dicit gl.fallit in snīa interlocutoria, vt ibi.hic loquit in diffinitiua. Dicas ꝙ verū est in snīa interlocutoria de mittēdo vel nō mittēdo in possessionē: sec⁹ in alia interlocutoria, q̄ ꝓferē parte præsente, vt vidistis in l. si præses.j.quo. & qñ iud.

a ¶ In rẽ pupilli. Nota q̃ iſta lex fuit data in pũctis dño Soere filio dñi Flo. & ex glo. p hoc not. q̃ appellatione pẽdẽte põt peti in integrũ reſtõ. & tenuit Archid. lxxxv. ij. diſ. c. irrelligioſum. & hoc ẽt dicebat d. Flo. hic & alle. iij. de app. & facit quia poterit peti in principali cã. arg. l. impera. §. poſtquã. vt lega. no. cau. And. Barb.

b ¶ POMATES. ¶ Limitationem. Vide Bart. & alios ſcribentes in l. in prouincia. §. j. ff. de oper. nouũ. & vnũ verbum Ro. conſil. ccxx. colũ. iij. in verſi. ij.

Itẽ fallit in ſnĩa diffinitiua, quæ profert in poſſeſſiõe momẽtanea: vt l. j. j. ſi p̃ vim vel alio modo. & l. j. ſi de momẽ. poſſ. fue. app. a Quærit gl. † q̃d ſi tutor vel curator fuit in exordio litis, ſed non interfuit tpe ſnĩę, an ſnĩa valeat. Videt̃ q̃ nõ: vt l. ſi præſes. j. qũo & q̃n iud. Gl. determinat contrariũ, & dicit, Q̃nq̃ tutor, q̃ interfuit ab initio, ex poſt facto deſijt eſſe morte vel alio caſu: tũc ſententia lata aduerſus minorẽ eſt nulla: vt d. l. ſi præſes. Q̃nq̃ tutor adhuc durat, ſed adeſſe noluit: tunc ſnĩa valet: vt l. q̃uis. la j. de adul. Cõtrariũ vĩ dicere gl. in d. l. ſi præſes. vbi dicit q̃ paria ſunt, tutorẽ nõ eſſe vel ẽſſe, & nolle aſsiſtere. Et dicas ſic: Q̃nq̃ tutor eſt, ſi q̃dẽ aſsiſtit in toto ꝓceſſu, noluit tñ adeſſe ſnĩæ: tũc ſnĩa valet: vt in hac glo. Ad vnũ tñ aduerte q̃d gl. hic dicit † q̃ condemnat̃ minor; intelligas hoc eſt tutor cõtumax q̃ minore: vel fortè etiã ipſe minor, ſecũdum ea quę dixi in l. j. j. de ſen. Q̃nq̃ tutor noluit adeſſe in cauſæ proceſſu: & tunc ſententia lata cõtra minorẽ nulla eſſet ipſo iure, ſicut q̃n non haberet tutorẽ: vt d. l. ſi præſes. & q̃d ibi no. Et ideo cõtra tutorẽ nolentẽ venire ad ꝓſequẽdũ cauſam, proditũ eſt remediũ q̃d habuiſtis in l. eũ qui res. ſ. de procu. Ex prædictis habes vnũ caſum, q̃n minor fuit defenſus ab initio, 4 nõ in fine: quid iuris ſit. Quæro † quid ſi minor nõ ſit defenſus ab initio, licet in fi. ſic. Certè ſnĩa eſt nulla: qa legitimè non fuit inchoata cũ ſua perſona: vt l. momentaneæ. j. qui legi. perſo. & vide gl. Et ſcdm hæc habes ſecundũ caſum. Tertio caſu q̃n minor nõ fuit defenſus neq̃ ab initio neq̃ in ꝓceſſu: iſte caſus eſt indubitabilis, vt hic. Iuxta prædicta gl. quærit de qõne notabili, † quid ſi ab initio tutor fuit in cauſa: poſtea in proceſſu non 5 fuit, nec fuit citatus, ſed fuit citatus minor cũ alio eius curatore fortè ad illã litẽ: an valebit ſnĩa? Gl. videt̃ dicere q̃ ſic; vt l. ſi minor. ff. de bo. auth. iud. poſſ. vbi minor habẽs curatorẽ poteſt venire cũ alio defenſore. Doc. nõ examinãt iſtud plenè. Breuiter fateor q̃ ſi tutor inchoauit inſtantiã, minor ipſe cũ alio legitimo adminiſtratore põt proſequi: quia ipſe habet vtile ius inſtãtiæ: ideo ſi ipſe citatus voluit cõparere, optimè potuit, & valebit ꝓceſſus: ſed ſi ipſe noluit cõparere, ꝓceſſus factus cõtra eũ nõ valet: quia nõ potuit ipſe inuit⁹ citari ad illã inſtantiam: vt l. ꝓcuratorib⁹. ſ. de ꝓcu. & ibi dixi vobis: & ita cõſueuit dicere do. Lãbertinus de Rãponibus. quod intelligit̃ q̃n ab initio ſolus tutor inchoauit cãm: ſeq⁹ ſi inchoauit pupill⁹ authoritate tutoris: qa tũc iſta gl. ꝓcederet ſimpl̃r: vt l. j. §. ſufficit de admi. tut. Quæro vltimò qa fuit facta mentio de ſnĩa nulla, & 6 ea q̃ reſcindit̃ per reſtõnẽ, † q̃d ſi in libello dicat̃, dico ſniam nullam, & ſi qua eſt appellatio, an valeat. Dico q̃ ſic: vt c. auditis. extra de reſtit. in integ. Dixi in l. j. q̃n prouo. non eſt neceſ. &c.

1 ☞ *Reſtitutio aduerſus ſententiam latam contra adminiſtratorem minoris quando detur minori.*

2 *Reſtitutio in integrum quando competat, ubi habeat locum aliud remediũ, puta appellatio.*

3 *Remedium extraordinarium quando plenius per ipſum ſuccurritur, concurrit cum ordinario.*

4 *Minori an curratt tempus ad appellandum.*

a IN rem pupilli. a Clariſsima eſt. Breuiter dícit. Eodẽ mõ reſtituit̃ minor aduerſus ſnĩam latã cõtra ei⁹ adminiſtratorẽ, ſicut contra ſeipſum. h. d. Opp. de l. ait prætor, in prin. ff. de min. vbi dat̃ 1 † reſtõ de eo q̃d geſtũ eſt cũ minore: ſed hic nõ eſt geſtũ cũ minore ergo &c. Rñdeo: imò cũ ipſo minore eſt geſtũ, q̃n geritur cũ ei⁹ tutore vel curatore. & ꝓbat̃ in hac l. iij. Simile videbitis in l. iij. §. ſi ꝓcurator. ff. q̃d q̃ſq̃ iur. Sed ſi dicis, iſtud nõ eſt verũ ꝓpriè. ſed impropriè: vt l. j. §. deiecuſſe. j. de vi & vi arm. Ego rñdeo q̃ imò propriè gerit̃ cũ minore: qa iſte eſt act⁹ licit⁹, & ſic à tutore vel curatore neceſſario. In neceſſario vĩ fieri rectè cum ipſo pupillo: ſicut dicim⁹ de eo q̃ ꝓcutit aliquẽ cũ pila vel ſagitta: qa verè percutit cũ illa pila vel ſagitta, neceſſariò agat̃: vt l. itẽ Mela. in prin. & §. j. ff. ad le. Aqui. Dixi anno plenè in l. ſed & ſi vnius. §. ſeruus. ff. de iniu. Opp. de l. ſi creditor. ſ. ſi tut. vel cura. interue. Sol. Aliud q̃n q̃s cõtrahit cũ tutore contẽplatiõe ipſius; aliud q̃n contra eum ſimpliciter datur ſententia: quia tũc ſententia mandaretur excutioni cõtra pupillũ: vt l. iij. in prin. & §. j. ff. de re iudi. & l. Plautius. ff. de procu. meritò hic minor 2 reſtituitur. Item opp. † reſtitutio in integrũ non habet locum, vbi cõpetit aliud auxiliũ: vt l. in cauſæ. la ij. ff. de min. Sed ille, qui ſuccũbit, habet remediũ appellatiõis de iure cõmuni: ergo videt̃ q̃ de neceſsitate reſtitutionẽ nõ habeat. Dicũt quidã q̃d hic loquitur q̃n erant elapſa tempora appellationis. Quod an ſit verũ examinabitur incontinẽti, tamẽ quantũ ad propoſitũ glo. ſol. alio modo: quia reſtitutio tribuit plus quã tribuat appellatio: nam per appellationẽ quis habet neceſſe adire maiorem iudicẽ: quod nõ habet neceſſe per reſtitutionẽ. Præterea, per appellationẽ nõ poſſet quis reſtitui ad exceptionẽ dilatoriam: vt l. ita demũ. ſ. de procu. ſed per reſtitutionẽ ſic: vt l. minor xxv. annis omiſſam. ff. de mino. Præterea, hoc probatur in 3 l. j. ſi ſæpius, in integ. reſti. poſtu. Nota ergo † ex iſta gl. vnã limitationem b bonã & notabilẽ, q̃ illud quod dicitur, q̃ extraordinariũ auxiliũ nõ concurrit cũ ordinario, eſt verũ, niſi extraordinarium ſit magis plenum. Tene menti totam iſtam gl. Ad illud autẽ q̃od dicitur q̃ tẽpora appellationis non currũt minori: opp. j. in qui. cau. in inte. reſt. non eſt neceſ. l. fi. Dicunt 4 quidam, † fateor q̃ hodie tps appellãdi non currit minori, per illam legem. Alij dicunt contrarium, q̃ fauore iudiciorum iſta tẽpora currant minori. Simile j. de iudi. l. properandũ. §. fi. Habuiſtis no. in l. vlti. ſ. ſi tu. vel cura. interue. & in hoc reſidet gl. Contra gl. videt̃ tex. in l. ſi præſes. j. quomodo & quando iud. Præterea videtur ratio. ideo enim in l. prope. in fi. currit tẽpus inſtãtiæ, quia parat modicum præiudicium, cũ actio firma remaneat: vt no. in d. l. vlti. ſi tutor vel cur. interue. ſed tẽpus appellationis non ſolũ aufert inſtantiã, ſed etiã aufert totã cãm. Quid dicemus? Breuiter, poſſumus ſic dicere: Si minor nõ habet tutorẽ, tempora appellationis nõ currũt: vt d. l. ſi præſes. j. quomodo & q̃n iud. ſicut nõ currũt abſenti nec ignorãti: quia iſta computant̃ à tẽpore ſciẽtiæ: vt vidiſtis in l. ab eo. j. q̃o & q̃n iud. ſed ſi habet defenſorẽ, & nõ appellat, ſeu nõ proſequit: tunc currunt iſta tempora. Ita loquitur iſta glo. ſ. Sed ſi dicas q̃ per lapſum iſtorũ temporũ admittatur cauſa: concedo tamen fauor iudicij requirit vt iſta tempora labantur, licet poſsit reſtitui: vt in auth. de hæred. & fal. §. pupillus. Contra hoc tñ facit gl. quæ eſt in d. l. ſi præſes quomodo & q̃n iud. ſed illam poteſt intelligere, quod contra minorẽ indefenſum non poteſt ferri ſentẽtia à iudice, vt dixi. ſ. l. proxi. ſed lapſus inſtãtiæ à iure ſic. Vide gl. tuam & nota, & eam perpetuò tene menti, &c.

Si aduerſus venditionem. Rubrica.

LEX I

¶ Hinc aduerte. No. ergo, q̄ in huiusmodi remedijs, quis dicitur reus, & ,propterea dixit do. Alex. cōs. suo ciij vol. v. q̄ talia remedia intētabit coram iudice suo.

c ¶ Magisterię. Vide q̄ per istū tex. notanter dicit Bal. hic in fin. & no. & limitat Alex. ī l. Magistratibus. ff. e.

d ¶ Qui pest collegio. An aūt iste electⁱ⁹ sit à superiore cōfirmādus, vide Ale. ī l. more. cū seq. in vj. col. ff. eo tit.

e ¶ Capitanei artiū. Et an priores artiū statutis suis possint adijcere pœnas, vide q̄ dixi in l. ij. ff. si qs ius di. non obtempe.

✠ P. P A V. P.

f ¶ Forum artē. Et ita obseruat consuetudo Vide d. Frā. cōs. xxxiij. in prī. & vid oīno alia q̄ habes ad Bart. ī l. fi. ff. de excu. tu. Vide multa p Ias. ī l. oēs ppli. ī ix. col. ff. de iust. & iu. ī ij. lec. & in l. fi qs ex argētarijs. §. rō. nē. ff. de edē. ī iij. & iiij. no. dicit q̄ habeat iurisdictionē nō solū ī ipsis artibus ad artem ,sed ēt in dependentib⁹ & cōnexis ab eis. Itē q̄ intelligat in spectātib⁹ ad artē, vide Ias. in l. age. in ij. co. C. de trāf. Et de ca. & aljs colle. q̄ nō possit statuta cōdere, vide per Feli. ī c. cū oēs. in i. & ij. char. de cōsti. & in c. cū accessissent. col. ij & iij. eo. ti. Barb. latè cō. xxix. vo. vbi ēt qđ si essent confirmata a superiore.

✠ POMATES.

g ¶ Si contra pupillos. Vltra priuilegiū, qđ habet miserabilis ex ista l. vide ēt aliqd q̄ ponit in c. j. de postul. Aliud q̄ ponit gl. nī. ī c. licet. extra de censi. & ibi Pa. aliud q̄ ponit Inn. ī c. significauerūt ibus. de offi. dele. q̄ nō valet rescriptū ipetrātū contra miserabilē psonā nisi facta mētione de eī⁹ miseria p textū nīm hic sed illud ibi reprobatimo. qa tex. noster nō probat hoc. Vid Car. cō. cxxxvj. col. v. ad fin. Itē aliud ponit An. de But. ī l. licet ex fusceptо. de fo. cōpe. sed illud ibi reprobat Pa. nor. in v. col. in versi. nī. non placet. Itē aliud, quòd ponit in cap. ex tenore de foro competen. & ibi vide Maria. an c. primo in vlti. nota. & aliud

qđ ponit Bar.in q.vẽ tilata iter glorioſam virginẽ Mariã & dæ monẽ.in v.col.in ỹfi. dixit aduocata,& aliud ꝙ ponit in l.iiij. §.hoc autẽ iudiciũ.in iiij.opp.ff.de dã.infe. an aũt his priuilegijs poſſum renũciare. vide hic in verb.excedere .q̃ videt ſentire ꝙ non.& vide etiam Panor.in c.ex parte. §.col.iij.de foro cõpe. & Barba.in c.iij.col. ij.de offic.deleg.ad fi. & Feli.in d.c.ſignifi cãtibus,col.ij & ſeq. vide Ant.de Bu.cõſi. xliij.

P. PAV. P.

¶ Si cõtra pupillos, eſt hic vna gl.ſingularis ꝙ etiã ſi iſtæ perſonæ renunciarẽt huius priuilegio nõ valeret:quam ſequit & mãdat Fel.in c.ſi diligenti.de foro cõpe.in illa materia qũo qs poſsit iuri ſuo renunciare, colligẽs ꝙ vbi conceditur aliqd alicui miſerabili pſonæ,& in miſericordiam,nõ põt per eũ,cui conceditur,renunciarr.Itẽ an priuilegiũ huius legis concedat indiſtinctẽ pupillis & viduis,etiã ſi ſint diuites. Alber.hic tangit,ſed nõ firmat.Spec.in tit.de inſtru . editio.§.nunc aliqua.ỹſi.& ſcias,el ij.eſt in vj.charta.tenet ꝙ ſolũ in pauperib⁹:qa tũc ſunt miſerabiles perſonæ:vt per Alex.cõſi.xxj.ad fi.vol.j.Allegat Inno. in c.ſignificantibus, de offic.dele.quẽ vide.& clarẽ nõ firmat Et vide Dec.in c.cæterũ.col,x.de iudi.qa vr̃ velle contrarium Pau.de Ca.in iſta rubr.idẽ ſentit bene ꝓbatũ in iſto tex.in fi. in dictione,alij Et licet rubrica gñaliter loquat,nõ eſt inconueniẽs eã reſtringere ad pauperes,in q̃bus militat ratio miſerationis,ſuper qua fundat iſta deciſio, vt ꝓ Bald.& alios hic. Et ad hoc põdera textũ in c.ſuꝑ quibuſdã.in fi.de verb.ſign.q etiã gñaliter loqt.Reſtringit igit ad pauperes per Canoniſtas in d. c.ſignificantibus.

¶ Miſerabiles perſonæ. Vide Inn.in cle.j. de conſti.do.Anto.in c.licet,de cẽſi.& latẽ do. Abb.in c.ſignificãtibus.de offi.deleg. & vide Spe.in tit.de reo.ỹſi.ntẽ qđ pupill⁹. addẽ Paul.de Caſtro hic.& adde tu dictũ Bar.hic:dũ dicit relinqui arbitrio iudicis, quæ dicant perſonæ miſerabiles,non procedere,quãdo in iure eſſet expreſſum,quæ gligente,tñ hodie ſi iudex puinciæ negligeret,nõ poſſent trahi miſerabiles perſonæ extra prouinciam;ſed debet cauſa delegari in puincia hui⁹ l.authoritate. Quæro quæ dicant miſerabiles perſonæ, [a] tex. ponit,pupilli & viduæ.& Inno.in c.ſignificãtibus.de offi.deleg. viduas;intellige etiã quæ nunquã habuerunt virũ. Nã vidua dicitur quæuis mulier,quę non habet virũ,& aliæ perſonæ infirmę.Breuiter,puto iudicis arbitrio relinqui &c.

Vbi de criminibus agi oporteat. *Rubri.*

☞ *Remißio ubi & quãdo habeat locũ in criminalibus.*
Remißio an habeat locum in contractibus.remißiuè.
In criminalibus iuriſdictio poteſt prorogari:& quomodo prorogetur per ignorantiam.nu.4.
Vagabundus poteſt conueniri ubilibet:& quis ſit vagabundus.nu.6.

LEX I.

[b] Hic eſt valde bonus titu. De crimine põt cognoſci in loco delicti,in loco domicilij,& in loco prorogatæ iuriſdictionis, & in loco vbi quis plurimũ conuerſatur,h.d.cũ l.ſeq. Oppo. dicitur hic ꝙ põt cognoſcere,vel cognoſci de maleficio in plurib⁹ locis.Cõtra: imò ſemper quis debet remitti ad locũ cõmiſſi criminis; [c] vt in aut.vt nul.iu.§.ſi verò qs comprehenſorũ.poſita.j.de adul.aut.ſi verò criminis.Sol.tres ſunt opi. Vna,ꝙ faciẽda ſit remiſsio:verum eſt illo iudice poſtulante,in quo loco quis deliquit.ita loquũtur cõtraria.ſecus ſi non peteret:qa poteſt alibi cognoſci.ita loquit hic,& hęc eſt vna opi.& bona.Alij dicunt ꝙ debent remitti ad locũ delicti.ſ.ad puniẽdũ.cognoſci verò põt de delicto in pluribus locis: vt hac l,Hoc nõ videtur verũ:quia hæc lex dicit perfici debere:& ſic denotat ꝙ perficiatur vſq; ad executionẽ.Alia eſt opi.& eſt vera cõiuncta cũ prima,ꝙ remiſsio debet fieri ad poſtulationẽ iudicis illi⁹ loci,vbi maleficiũ eſt cõmiſſum.tñ remiſsio non fit ſimpliciter,ſed debet cognoſci ſummatim per iudicẽ loci à quo poſtulat remiſsio,an iſte reus fuerit contumax in loco delicti:vt in d.§.ſi verò quis cõprehẽſorũ. De hoc dixi in l.fi.§.j.ff.de pub.& l.ſi cui.§.fi.ff.de acc.

An aũt in contractibus fiat remiſsio,tangit gl.in l.hæres abſens.§.j.ff.de iud.& ibi dicemus,& tene mẽti illã opi.ꝙ poſsit cognoſcere vnus iudex,et remittere ad iudicem loci cõmiſſi criminis ad puniendũ:& vide glo.j. Oppo.ſecundò,dicit hic,ꝙ põt cognoſci vbi inchoata eſt lis.cõtra ſecũdũ hoc procederet corã iudice incompetenti. cõtra l.j.ſ.ti.ij.Sol.Intellige hanc l.ꝙ fuit lis inchoata corã eo, qui aliàs cognitionẽ habebat ſimiliũ cauſarũ [d] criminaliũ:ideo eius iuriſdictio potuit prorogari. Secũdũ ergo hoc intellige ꝙ ſciẽter fuit lis inchoata corã iudice incõpetenti:vt l.j.& ij.ff.de iudic. Contra opp.ꝙ cauſæ criminales nõ poſſunt delegari:vt l.j.ff.de offic.eius cui manda.eſt iuriſd.Solu. Aliud eſt dicere an cauſa poſsit delegari:aliud eſt an poſsit iuriſdictio prorogari.illa enim non eſt delegatio,ſed cognoſcit ex vigore propriæ iuriſdictionis:vt habuiſtis in l.epiſcopale.ſ. de epi.au. Quæro,quid ſi ab initio ignorat reus,qa credebat iudicẽ eſſe ſuũ:poſtea ſciuit,& ſponte ligauit:an valeat iudiciũ?

Gl.iſtud tãgit hic melius ꝙ alibi,Ideo ꝙ declaratione iſtius glo.dicas tria verba ſic: Qñꝙ in iudice nõ eſt defectus iuriſdictionis,ſed eſt defectus volũtatis partium,quæ nõ progãt iuriſdictionẽ,ꝓpter ignorãtiã [e] tũc licet ab initio ignorauit,& poſtea ſciuit & ratũ habuit, validat iudiciũ:qa erat defectus ſolũ in voluntate arg.l.licet.ſ.de ꝓcu. Qñꝙ fuit defectus in iuriſdictiõe iudicis:tũc poſtea pendente cã iudicij iuriſdictio ſuperueniat.Dic,aut ſuperuenit ex cã de nouo emergẽte:& iudiciũ nullo modo põt cõfirmari.Ita tenet hic gl.ſecũdo mẽbro.Ratio:quia initiũ iudicij nõ fuit legitimũ:vt l.momentaneæ.ſ.qui legi.perſo. Si verò ſuperuenit iuriſdictio ex cã de præterito:tũc cõfirmatur iudiciũ vt ex nũc,non vt ex tũc:vt l.obſeruare.§.fi.ff.de offi.procon.Habuiſtis no.in l.j.ſ.qui pro ſua iuriſ. iud.dari non poſ.& vide gloſ. Quæro,dicitur hic,vel vbi reperiunt.quid eſt hoc dictũ,vbi reperiunt? Dicunt quidã,vbicũqꝙ ꝓpter illudverbũ Dñi,vbi te inuenero,ibi te iudicabo.Certè Deus põt bene dicere illud verbũ:quia habet iuriſdictionẽ ſuꝑ toto:ſed Imperator,& alius iudex nõ. Vnde gl.bene dicit,ꝙ debet itelligi vbi reperiũtur.ſ.habere domiciliũ & iſta eſt bõa.Alij intelligũt hoc de vagabũdo,q̃ põtvbicũqꝙ cõueniri.vide gl.iſtã q̃ꝙ no.Et ſic nota † qđ vagabũdus põt cõueniri vbilibet.Idẽ not. j.proxi.& de iu.l.hæres abſens.§.proinde. ſed qs ſit vagabũdus,† gl.tangit in l.eius qui.§.fi.ad mun.& per Dy.melior eſt glo. in l.iiij.§.prætor.de dam.infec.vbi vagabũdus dicitur,qui propriam habitationẽ nõ habet.Venio ad l.ſeq.&c.

LEX II.

Sciens. Dicitur hic.Vbi degit, cãm cognoſcet. qđ eſt hoc dictũ,vbi degit? Glo. dicit,vbi habet domiciliũ. Vel dic de vagabũdo.Certè ſecundũ hoc nihil adderet ad legẽ præcedentẽ. Dic ergo,vbi degit.i.cõuerſatur:vt ſcholaris in ſcholis, qui nõ habet domiciliũ.facit j.vbi ſen.vel cla.l.ij.Et hoc tenet Innoc.& dicam vobis ibi.Ex hoc habes ꝙ Florentini, & alij,qui ſtant in ciuitate iſta,licet non habeant hic domicilium:tamen propter multã conuerſationem quam habent,poſſent hic conueniri,quod eſt valde notandum & idem de ſcholari.quod tene menti.

1 ☞ *Quæ priuilegia tollãtur ex diſpoſitione huius legis.*
2 *Reſcriptum non poteſt impetrari extra prouinciam,niſi data negligentia iudicis prouinciæ,uel ſi potentiã aduerſarij perhorreſceret.nu.3.*
4 *Si conuenitur mandatarius de delicto,habet dilationẽ ad denunciandum domino:& propter quid datur.*
5 *Procurator etiam in ciuilibus habet dilationem ad denunciandum domino,ut poßit inſtrui de ſuis defenſionibus.*
6 *Quando quis conuenitur,ſemper habet dilationem ad denunciandum ei,ad quem negotium principaliter ſpectet,ut poßit uti eius defenſionibus.*
7 *Fideiuſſori datur dilatio,ut denunciet domino,ut ab eo inſtruatur.*
8 *Laboratores,conductores,& emptores,& ſimiles habent dilationem ad denunciandum domino,ut inſtruatur ad defenſionem.*
9 *Caſus,in quo lite non conteſtata proceditur,*
10 *Sententia lata contra conductorem,quando poßit exequi contra dominum abſentẽ.*

f Qua in prouincia. [f] Primò ponit vnũ dictũ, vbi qs debeat cõueniri:ꝙ erat de iure antiquo.Secundò ponit quædã ſingularia quæ

dicantur perſonę miſerabiles. Ita do.Maria.Soci.de foro cõpe. in c.ex tenore.

¶ Quæſtiões.De materia huius titu.vide per Ange.de Areti.in tract.malefi.in verſi. exiſtens Florẽtiæ. & Bar.in l.ſi cui.§.fin.in fi.de accu.

P. PAV. P.

¶ Criminis. Vide circa iſtam materiã remiſsionis,quid ſi iudex domicilij iã cognoſcere:& quid ſi iam lata eſſet ſnia:an iudex loci delicti poſsit poſtea petere remiſsionem. Et alia in materia, vide Alex.in l.à diuo Pio §.ſniam Romę dictã in j.charta, & ſeq.ff. de re iudic.poſt alios ibi.& etiã ibi addidi ad eum.An autem ſi quis committat delictum in aliquo loco poſtea mutet domicilium in alio loco poſſit conueniri in loco noui domicilij,& puniri pro delicto alibi cõmiſſo, vide Barb. in ca.excommunicatus.in ij.colũ.de offic. delegat. De materia remiſsionis in criminalibus,vide Feli.in c.fin.charta ij.de foro compet.in ciuili.vide ibi in pen.charta.

¶ Similiũ cauſarum. Adde tu & vide Are.in c.ſi diligẽti.col. ij.de foro compet.

¶ Propter ignorantiã.Et qñ error litigãtium impediat prorogationem iuriſdictionis,adde & vide plenè per do.Mari.Soci. in c.ſignificaſti.arg. vj.q.ij.de foro cõpe.

P. PAV. P.

¶ Qua in prouincia. Circa iſtud qđ dicitur in iſto textu,ꝙ ſi quis haberet priuilegium ne cõueniretur niſi certo loco,ſi alibi delinquat,qđ poſſit alibi conueniri in loco delicti,non obſtante priuilegio.Vide Ias.poſt alios in l. fi.ff.de conſtit.principum.in ix.colũ.ad finem.Et pondera textum notabi.in c.j.de priuile.in vj.Et vide etiam Abba.in c.fin. in vj.& vij.colũ.extra,de foro competẽ.

quæ inducunt̃ p hãc aut̃. Tertiò excipit à pdictis. Secunda ibi: si ergo. Tertia ibi: excipit̃. Habes in hac l. quædam singularia. Primò inver. si ergo habes singulare illud, qd dicit: omni priuilegio cessante. In ℣. eo aũt absente habes tria singularia. Prio, q datur dilatio ad denũciandũ dño. Scdo q dns ipse absens cõdemnabitur lite nõ cõtestata. Tertiò, q cõdemnato ꝓcuratore fit satisfactio de rebus dñi, si procurator nõ est soluendo. In ℣. sed si nec ipse habes aliud singulare: qa qs cõdẽnabitur lite nõ cõtestata. Oppo. q ista lex ponat superfluum in seipsa. nã primò dicit, deliquit postea dicit, criminũ glos. exponit q primò intelligat̃ deliquit: ita q cõueniat̃ ciuiliter. postea dũ dicit, criminũ: intelligitur criminal̃r. Vel dic, primò loquit̃ qñ deliquit sine animo, postea cũ animo. Ita dicit gl. vel dicas q primò in eo qd dicit, deliquit, loquitur qñ quis conuenitur in loco delicti. Secũdò, cũ dicit, criminũ reus: loquit̃ qñ qs cõuenit̃ in loco domicilij, vel alio loco permisso: vt l. j. & ij. huius titu. Oppo. secundò, & videtur q hæc lex sit superflua: quoniã hoc erat de iure antiquo. Sol. dico q nõ erat ita expresse dictũ de iure antiquo. Præterea: hic multa specialia addũtur specialiter, illud qd dicit, omni priuilegio cessante. Sed cõtra hoc oppo. de l. j. ff. tit. j. & ff. de episco. & cle. aut̃. clericus. & aut̃. causa. vbi quis habet priuilegia, per quæ recusat iudicem. Quidã dicũt: †bene tollitur priuilegiũ fori, sed nõ priuilegiũ sui iudicis: quasi dicat, forũ ciuitatis Perusij, vbi qs deliquit, declinare nõ potest. Sed tamen debet cõueniri corã suo iudice: hoc est, clericus corã epo, scholaris corã suo iudice: & similia. Vel dic veri⁹, q ista verba omni priuilegio debẽt intelligi de priuilegio in corpore iuris
a nõ incluso. Priuilegia em̃ inclusa in corpe [a] iuris, non tollunt̃ ex verbis istius aut̃. qd est notãdũ. Simile no. in l. ij. §. legatis. ff. de iud. & l. hæres absens. in prin. ff. de iud. qd tene mẽti. Itẽ oppo. ad primũ, & ad idẽ, & videt̃ q qs possit trahi extra prouinciã per rescriptum, vt ff. de dila. l. si qñ. & aut̃. q fieri. Solu. Hic tollit priuilegiũ reo, si aliquod priuilegiũ allegaret, ꝓpter qd non conueniatur in sua prouincia: sed in lege contraria concedit actori impetrare rescriptum extra prouinciam. Cõtra hoc opp. de l. in criminali. ff. ti. ij. vbi innuit etiam reum ad iudicem impetrare rescriptũ extra ꝓuinciã. Sol. Dicunt quidam, quòd illa corrigitur per istam. Tu dic q non corrigit̃. fateor enim q reus potest impetrare rescriptũ ad iudicem extra prouinciam: tñ si præueniretur, quia prius esset conuentus corã iudice suæ prouinciæ, non posset vti exceptione aliqua ex vigore illius rescripti, ꝓpter verba huius aut̃. Sed si prius traheret̃ actor ad iudiciũ corã iudice delegato, ꝓcederet iudiciũ, nec posset post ea cõueniri coram iudice prouinciæ, obstante exceptione præuentionis, quæ est inserta in corpore iuris: vt l. vbi acceptum, ff. de iud. nec esset tũc ꝓprie exceptio, ex vigore impetrati rescripti, seu priuilegij. hodie tñ † est hoc expeditum, q nec actor, nec reus põt impetrare rescriptũ extra ꝓuinciã: nisi ꝓpter negligentiã iudicis ꝓuinciæ: vt in aut̃. vt diffe. iu. §. j. †Itẽ qñ aduersarij potentiã perhorresceret: vt ff. ti. j. l. j. in fi. & istud est hodie expressum extra, de rescri. c. statutũ. §. cũ vero. li. vj. vbi vtitur expresse verbis l. j. in fi. præcedentis tit. Venio ad versi. eo aũt absente. Primò quæro de intellectu huius ver. Antiqui posuerũt casum vt habetis in prin. gl. quã casus positionẽ glo. reprehẽdit, & bene. Secũda, casus positio est in eo, q aliquẽ deiecit de possessione, aliquo mandãte: vt si de hoc accusaretur, vel cõueniatur, habet dilationẽ ad denunciandũ dño. & procedat̃ secundũ formam huius aut̃. Vide istam gl. & not. secundũ istã
4 casus positionem, †q si conuenitur mãdatari⁹ de delicto, habet dilationem ad denunciandum domino: & ista dilatio non datur, vt ex hoc liberetur conuentus, sed datur vt cõuentus à domino possit instrui de suis defensionibus. arg. extra, de ꝓcura. c. cõstitutis. qd est notandũ. Et scdm hæc intelliges istã aut̃. q conueniebatur de isto crimine ciuiliter, & illo casu quovnius satisfactio liberat alium, aliàs pro delicto procuratoris non fieret executio in dominum, cùm vnusquisq; ꝓpria & separata obligatione teneatur, vt j. dicam. Potest tamẽ esse casus, in
b quo iste mandatarius excusabitur [b] ꝓpter mandatũ, secundum ea quæ no. in l. liber homo. ff. ad legem Aquil. & dixi plenè in l. non solùm. §. si mandato. ff. de iniur. Tertio modo ponitur casus in eo, qui contraxit te mandãte: vt in glo. & secundùm hãc debes exponere, ex cuius domo iniquum quid patior; quia nõ obseruant̃ contenta in contractu. Not. istã
5 casus positionem, quòd etiam †in contractibus procurator debet habere dilationẽ ad denunciandũ domino, vt possit de suis defensionibus instrui vt dicto c. constitutis. Quarto modo ponitur casus in eo, cui data fuit pecunia contemplatione vtriusque: vt suprà, si tutor vel curat. interue. l. si creditor. & l. si pupilli. §. j. ff. de nego. gest.
6 Ex quo nota quis † debet habere dilationem ad denunciandum ei, ad quem negotiũ principaliter spectat, licet non conueniatur vt procurator, nec vt fideiussor: vel debet habere dilationẽ ad denunciandũ socio suo, cuius æqualiter interest. Et semper intelligas quòd illa dilatio fiat, vt possit instrui de defensionibus suis, vt infrà dicam. Quinto modo ponit casum Ioan. in fideiussore de iudicio sisti, qui debet habere dilationem ad denunciandũ domino. Ex quo etiam nota
7 †q fideiussori datur dilatio, vt denunciet dño, vt sic ab eo possit de defensionibus suis instrui. Facit ad hoc. l. idemq; §. generaliter. ff. man. Aduerte, omnes istæ positiones possunt sustineri, vt vidistis, & notabiles sunt: tñ nõ congruunt literæ in corpore, quæ dicit, siue ꝓcurator, siue cõductor, siue quicunq; sit alius. Et ideo vltramontani ponũt casum, & bene: si dns erat absens, & dimisit procuratorem, siue castaldionem, siue laborantem, vel conductorem suum, vel emptorẽ fructuum: & ille informatus à dño suo incidit arborem in possessiõe, quã alius dicebat suam esse: certè si talis accusatur, vel ciuiliter conuenitur, debet habere dilationem ad denunciãdum domino: vt sic ab eo de suis defensiõibus instrui possit: qui si venerit, vel nõ venerit, ꝓcederetur vt litera iacet. Nota ergo ex ista lectura q
8 †laboratores, conductores, & emptores, & omnes similes debent habere dilationẽ ad denunciandũ domino, vel ad denunciandum eorũ actori, vt possint instrui de defensionibus. Et hoc dico ad differentiã illius dilationis, quæ datur ad denunciandum domino, vt j. vbi in rem actio. l. ij. per quam dilationẽ liberatur reus ab instãtia iudicij: vt ibi vidistis. Op. hic innuit q perueniatur ad diffinitiuam sententiam lite nõ contesta. cõ
9 tra in l. fi. §. illud. de temp. appella. Sol. Specialis est casus. † in quo lite non contestata ꝓceditur: quia lis videtur quasi cõtestata per istam dilationem, quæ datur ad denunciandum dño: vt videbitis in d. l. ij. vbi rem act. Oppo. res inter alios acta, aliꝫ non præiudicat: vt j. res inter alios acta. in rubro. & nigro. & j. qui res iudi. non nocet. per totum. Sed hic dicitur qd lata sententia contra castaldionẽ cõductorẽ, & similes, si non sunt soluẽdo, satisfiet de rebus domini: quare malè gl. dicit, q hic text. debet intelligi, quãdo sñia est lata cõtra ipsum dominũ absentem: nõ aũt qñ est sententia lata in cõductorem, & similes: fiet executio in bonis dñi. Vide gl. super ver. nõ fit. Gl. in l. venditor. ff. de iud. videt̃ velle q ex sñia contra præsentẽ fiet executio in absentem. Idem videt̃ tex. in l. si ꝓcuratorem. §. si ignorãter. ff. manda. tex. hic clarius videtur dicere q in subsidium nõ existente soluendo cõductore, vel simili, fiet executio in bonis
10 domini, dico sic. † Quando aliquis præponit aliquẽ certo põderi, vel facit eum vsufructuarium: videtur eum facere ꝓcuratorem ad omnia incumbentia illi ponderi: vt l. secunda. ff. de oper. nouí nunc. & vsufr. quemadmodum. ca. l. prima. in fin. & lege seq. per hoc tamen generale mandatũ nõ videtur mandatum delictum: vt l. si procurator. de condictio. indebi. vnde ex delicto talis procuratoris, nullo modo in dominum debet fieri executio. Sed si nos poneremus à domino esse mandatũ exprese: vt quia locauit possessionẽ cũ talibus finibus: & sic cõprehendebat aliena: tunc si quidem procurator fuisset cõuentus criminaliter ex suo delicto, & fuisset cõdemnatus, nõ satisfieret de bonis domini: quia ꝓcurator soluendo dominum nõ liberaret: vt l. si quis id quòd. §. fina. cum lege sequen. de iurisdict. om. iudi. & l. prima. de cõdi. fur. Sed si cõueniretur ciuiliter ad interesse, quo casu solutio procuratoris liberat dominũ: vt d. l. j. de cõdi. furti. tunc ipsemet ꝓcurator posset satisfacere de bonis domini, vt in illis possit fieri executio procuratore hoc volente, vt dicto. §. si ignoranter. & hoc negotiũ absentis vtiliter fit. argu. ff. de epis. & cler. authen. si captiui. & dixi vobis in l. ea. §. Cato. de verborum obliga. Vltimò quærit gloss.

* P. P A V. P.
a In corpore. Vide Barba. in verbo. clausula non obstante. in iij. col. vbi addidi.
b Mandatarius excusabit̃. Vide q̃ dixi in l. de pupillo. §. ij. de oper. noui nunciatio. ad intellectum. §. tignum.

quot ſpecialia inducantur per hanc authẽ. dixi vobis ſuprà in principio legis.

Vbi de poſſeſsione agi &c. Rubri.

LEX vnica.

VBi autem. Vbi eſt facta vis, & vbi eſt poſſeſsio, ibi põt agi de poſſeſsione. h. d. Vide gl. facit hæc lex ad quæſtionẽ, ſi exiſtẽs in territorio Peruſij, percutit aliquem cũ ſagitta in territorio Aſsiſij: quo loco poſsit conueniri [a]. De hoc dic vt dixi in l. libellorum. ff. de accuſa.

Vbi fideicom. peti oporteat. Rubri.

LEX vnica.

FIdeicõmiſſum. De materia iſtius legis dic plenè vt no. in l. quod legatur. ff. de iud. Vltimò aduerte ad gloſ. quæ eſt ſuper ver. relicta eſt &c. quæ dicit, vt ſit tertium adiacẽs. Dy. dicit, i. verbum tertię perſonæ nullam determinationem habens.

Vbi conueniatur, qui certo loco dare promiſit. Rubrica.

☞ *Actio arbitraria quæ dicatur.*

Vtrum omnis actio ſtricti iuris, dicatur arbitraria propter electionem loci.

Si contractus celebratur Florentiæ, & ſolutio deſtinatur Mediolani: an Florẽtiæ, & ſic in loco contractus quis conueniatur.

LEX vnica.

QVi certo loco. In actionibus arbitrarijs, ppter adiectionem loci, habetur ratio intereſſe vtriuſq; partis. h. d. † Quæro, quæ dicatur actio arbitraria. Dico q̃ actio arbitraria eſt, in qua exercetur officium iudicis mercenarium, actioni deſeruiẽs, propter aliquod incidẽs intrinſecus. Hoc dico, vt cognoſcatis in quo differat ab actionibus bonæ fidei, in quibus deſeruit officium iudicis mercenarium, ſecundùm naturam actionis propoſitæ. Nam ex natura actiõis propoſitæ bonæ fidei, veniunt vſuræ, venit intereſſe, iuratur in litem, & ſimilia. ſed in actione ſtricti iuris, ſecũdũ naturã actiõis propoſitæ, hoc non poteſt fieri: ſed æquitas ſuggerit propter adiectionem loci, vt iudex habeat rationem intereſſe vtriuſque. Ideo propter hanc adiectionem hæc actio dicitur etiam aljs modis arbitraria: vt Inſtitutio. de actio. §. præterea.

2 † Quærit gloſſ. vtrum poſsit conueniri in quolibet loco. Dicit gloſſ. quòd ſic, ſcilicet in loco idoneo. Item quærit, vtrum omnis actio ſtricti iuris ſit arbitraria propter adiectionem loci. Et dicit quòd non, niſi in quatuor caſibus, ſcilicet in conſtituta pecunia, ex ſtipulatu, ex mutuo, ex teſtamento. Dominus Nico. de Mat. diſputauit contrarium in quolibet iſtorum. Dicemus in materia de eo quòd certo loco anno futuro. Quæ-

3 rit gloſſ. † ego exiſtens Peruſij promiſi me daturum centum Florentiæ. non eſt dubium quòd Florentiæ poſsim conueniri, vbi eſt ſolutio facienda: vt lege contraxiſſe. ff. de actioni. & obligatio. Sed an poſsim conueniri hic, vbi verba fuerunt celebrata. Gloſſ. tangit hic, & lege. v. §. Iulianus. ff. de conſtitutio. pecu. lege prima. de bon. author. iudic. poſsidẽdis. & ibi dixi. Tex. videtur in lege. quæro. ff. de ſol. ſecundùm Petrum & ibi dixi.

a ¶ Conueniri. Vide Bal. in l. negãda. in vj. col. in ver. forma quę ſtionis. j. qui accu. nõ poſſ. Adde no. extra de foro compet. c. poſtulaſti. & c. fi.

b ¶ Caſus illi⁹ q. Vide quæ dixi poſt Barto. in l. facere poſſe. ff. ſol. matri.

☞ Pro cõcordia aduerte, q̃ bñficiũ miſsionis in poſſeſsionẽ datũ per iudicem cõtra aliquẽ debitorẽ verũ ſuper aliqua re, quæ a nõ erat ipſius debitoris, ſed alteri⁹, præiudicet etiã dño ipſius rei, ſecundũ Bar. in l. iuſtè poſsidet. ff. de ac. poſ. Contrariũ videt velle in hac l. ij. verſi. quæro vtrum in iſto caſu. Tu dic Barto. in d. l. iuſtè. loquitur qñ debitor poſsidebat illam rẽ, in quã fit miſsio in hac verò l. ij. loquitur qñ dñs poſsidebat: quo caſu nullũ fit p̃iudiciũ dño prout apparet ex verbis Bar. vbiq;. Adde ad materiã l. ob maritorũ. C. ne vxor p & in l. in noxalib⁹. ff. de noxa. in l. fin. C. de edi. diui. adri. tol. & ibi Bal. in iij. q.

P. P. A V. P.

c ¶ Si quis alteri⁹. Nota circa iſtã materiã noiationis in iudicio q̃ noiator tenet̃ i ſubſidiũ p̃ noiato, vide l. noiatori. per illũ tex. C. de pign. vide Bertach. in tracta. de gabellis. in j. parte. in penul. colum.

d ¶ Noiare. Quis teneatur dñum in iudicio noiare, vide latè ſpe. 1 in ti. de primo decreto. §. reſtat. ỽſi. hoc ẽt no. & ibi etiã quid in emphyteuta vel feudatario. & ibi etiam quid ĩ p̃curatore dato ad adminiſtrandũ & ibi de colono & de viro circa bona dotalia, & aljs ſimilibus: & ibi etiã quid ſi noians nominato nõ comparente vult pœnitere, &c.

Vbi in rem actio exerceri debeat. Rubrica.

1 ☞ *Venditor ſi uult emptorem defendere, an poſsit iudiciũ ſuſcipere inuito actore.*

2 *Venditor poteſt ſuſcipere iudicium, ut ſimplex defenſor. non tamen animo nouandi.*

3 *Stante ſtatuto, quod inter conſanguineos fiat compromiſſum, ſi unus ex fratribus qui uendidit, comparet pro defenſione contra alium fratrem uendicantem, an ſtatutum habebit locum.*

4 *Per compromiſſum quod fit in arbitratorem, non fit mutatio iuriſdictionis.*

5 *Arbitramentum eſt quædam tranſactio.*

6 *Qui de neceſsitate alium defendit, poteſt ex ſua perſona exceptiones, & beneficia deducere.*

IN rem actio. Actio in rem dat̃ contra poſsidentem: & ex perſona actoris non fit mutatio iudicis. hoc dicit iſta nota. l. Not. tex. ibi in fi. nec enim iuriſdictionis &c. Ad illud quod j. dicam. Circa hanc l. quęrit

1 glo. † quid ſi venditor vult defendere emptorẽ, & pro eo ſuſcipere iudiciũ inuito actore, an poteſt. Gl. determinat hic quòd ſic: tamen in foro emptionis, non ipſius venditoris: vt l. venditor. ff. de iudic. facit de peti. hære. l. ſed & ſi. §. item ſi rem. in fin. & verum dicit tamen in hoc eſt dubium, ſi inuito actore poteſt ſuſcipere iudicium animo notandi: vt ſic emptor vlterius non teneatur. Gloſ. videtur tenere quòd ſic in l. liberto. §. fi. de neg. geſt. & malè dicit, ſecundùm Modernos hic, per l. ſi mandato. §. j. ff. manda. Doct. tangunt hic: Ego plenè dixi in l. ſolutionẽ.

2 ff. de ſolu. Tanquam ergo † ſimplex defenſor poteſt ſuſcipere iudicium: non tamen animo nouandi. Vltimò hic videtur ca-

b ſus illius q. [b] quã diſputaui. dicit ſtatutum † q̃ cauſæ quæ ver-

3 tuntur inter conſanguineos, compromittãtur in arbitratores. Contingit q̃ frater meus vendicauit ab eo, cui vendidi poſſeſſionem. ego iui ad defendẽdum illũ cui vendideram, & defenſione ſuſcepta petij cauſam compromitti, tanquam vertentem inter conſanguineos aliàs coniunctos: quæritur an poſſum. q̃ non debeat compromitti videtur caſus hic, & in l. venditor. ff. de iudicijs. Contrarium determinaui per hanc rationem: quia

4 † per compromiſſum, quod fit in arbitratorem, nõ fit mutatio iudicis, vel iuriſdictionis: imò prima cauſa decidit̃ coram iu-

5 dice. Cùm enim arbitramentum † ſit quædam tranſactio: vt in auth. ſi verò cõtigerit ſ. de iud. & ibi dixi. & in corpore vt diffe. iud. §. j. & ibi gloſſ. quando peto compromitti, idem eſt dicere, quòd peto q̃ tranſigamus ſecũdũ arbitrium talis. & ſic non eſt mutatio iuriſdictionis: ſed eſt quoddam beneficium competẽs partibus & per hoc hæc lex nihil facit ad propoſitum. Tamen

6 ad determinationẽ qõnis ille, qui de † neceſsitate defendit aliũ, poteſt defenſiones, excc. & beneficia, ex ſua perſona in iudiciũ deducere: vt l. idemq;. §. genera. ff. man. & ibi tex. & gl. l. procurator ad exhib. §. j. & ibi dixi. rem ra. habe. ergo iſte poterit ex ſua perſona iſtam defenſionem in iudicium deducere &c.

1 ☞ *Poſsidens alieno nomine poteſt dominum in iudicio nominare.*

2 *Reuerſus qñ agat de proprietate, quando aliquis fuit in poſſeſsione ſuorũ bonorũ.*

3 *Denunciatio facta domino, quando habeat uim quaſi litis conteſtationis.*

4 *Quaſi quoddam prælium, quid ſit.*

5 *Ex diſpoſitione huius legis inducitur poſsidenti quædam exceptio declinatoria.*

6 *Diſpoſitio huius legis in quo poſſeſſore habeat locum, ut poſsit dominum in iudicio nominare.*

7 *Poſsidens ciuiliter, nominatus in dominũ in iudicio, poteſt cõuenire rei uendicatiõe.*

8 *Nominare dominum in iudicio, quòd poſsit poſsidens rem mobilem. & nu. 11.*

9 *Nominatio an poſsit fieri in iuribus incorporalibus.*

10 *Nominatio an habeat locum in iudicio poſſeſsorio.*

12 *Conuentus in actione miſta, utputa in petitione hæreditatis, quando poſsit dominum in iudicio nominare.*

13 *Conuentus actione perſonali, an poſsit dominum in iudicio nominare.*

14 *Nominatio quòd debeat fieri ante litem conteſtatam.*

15 *Nominans dominum in iudicio, an debeat probare ſe poſsidere nomine alieno.*

16 *Si poſsidens nomine alieno cõuenitur, ſi non nominet dominum in iudicio an teneat proceſſus.*

17 *Sententia lata cõtra colonũ, uel aliũ, alieno nomine poſsidentem an noceat domino.*

18 *Per iudicem denunciandum eſt domino.*

19 *Domino comparente datur nouus libellus.*

20 *Nominans debet poſseſsionem in nominatum transferre.*

LEX II.

☞ SI quis alterius. [c] Iſta ẽ ſingularis lex: & nõ eſt alibi ĩ corpore iuris ciuilis. Breuiter dicit: Alieno noie † poſsidẽs cõuẽt⁹ p̃t dñm in iudicio noiare [d] & ei ſunt dãdæ inducię ad denũciãdũ dño, & habet vim q̃ſi cõteſtatiõis quo ad iterrũpẽdum

c 1 d

dum præſcriptionẽ,& vt reuerſus dominus de poſſeſsione nõ audiatur.h.d.Dicitur hic ꝙ †reuerſus auditur de ꝓprietate tm̃ Cõtra:imò de poſſeſsione:vt l.ſi quis emptionis.§. pen.j. de ꝓſcrip.xxx.anno.Sol.Quandoq; miſsio in poſſeſsionẽ fit ante litis conteſtationẽ:& tunc auditur de poſſeſsione & proprietate:vt lege cõtraria.Quandoq; miſsio in poſſeſsionem fit poſt litem conteſtatã,vel quaſi:& tunc non auditꝰ de poſſeſsiõe,ſed de proprietate.hic eſt caſus hic.Quandoq; miſsio in poſſeſsionem fit poſt diffinitiuam ſnĩam:& tũc nõ auditꝰ,nec de ꝓprietate,nec de poſſeſsione:vt l.ꝓperandũ.§.ſinautẽ reus.ſ.de iud. j.quomodo & qñ iud.l.cõſentaneũ.& ibi vidiſtis. Quæro,vnde inducatur iſta quaſi cõteſtatio,de qua fit hic mentio.Text. dicit †ꝙ hæc denũciatio facta dño habet vim quaſi cõteſtationis.Ad quod intelligendũ aduerte,vt dixi tibi in l.j. de lite cõteſta.iſtud qđ dicim⁹ de iſta litis cõteſtatiõe ciuili,ꝓcedit quaſi ad exẽplũ prælij corporalis:vt vidiſtis.Qñq; in prælio †corporali,illi,qui tenẽt vnam arcem,vel vnũ fortaliciũ,dicunt volo denũciare dño pro quo hic ſum:& niſi mihi ſuccurrerit intra tm̃ tempus,ego cedã tibi qui facis exercitũ cõtra me.Iſtud eſt quaſi quoddam prælium : ita hic iſte tenẽs rem alieno nomine,nominans dominum in iudicio expectat ab eo ſubſidium, quo veniente litigatur:eo nõ veniente cedit.Et ſic †ex hac lege inducitur poſsidenti alieno noĩe quædã exceptio declinatoria,vt nõ cogatur ſubire iudiciũ,ſi eius dñs veniat, ipſe litigabit,& cõtra eum dabitꝰ libellus:vt ibi actoris intẽtiones excipiat;ſi verò nõ veniet,ipſe erit citãdus,& cõſtituẽdus in contumacia:vt ibi:edictis legitimis citare curabit:& ſic iſte poſsidens nõ inquietabitur vlterius.Et in hoc differt iſta denuncia tio,quæ hic fit,ab ea,quæ ponitꝰ in aut.qua in ꝓuincia.ſ.vbi decri.agi.nã illa denunciatio fit,vt conuentus poſsit inſtrui defenſionibus ſuis:nõ vt ꝓ hoc à iudicio liberetur:vt vidiſtis ibi. Quæro,dicitur hic ꝙ quis alieno nomine poſsidens:de † quo loquitur iſta lex.Dicunt quidã de eo qui nõ habet ius in re, vt cõmodatarius,colonus,vel inquilinus.Itẽ in eo qui habet ius in re,vt feudatarius,emphyteuta,& ſimiles.& hoc ꝓpter generalitatem huius legis.Alij dicunt cõtra.nã illi,qui non habent ius in re,poſsident noĩe ſuo,non nomine alieno : ideo dominũ non nominant in iudicio.& iſta opinio cõmuniter tenetur.Et mihi videtur qđ debemus ſic dicere [a].Aut iſte,qui habet ius in re,conuenitur ſolũ reſpectu poſſeſsionis;vtquia emphyteuta cõueniꝰ ab alio dicente ſe potiorẽ emphyteutam eſſe:tũc vera ſit iſta opinio,qđ nõ poſsit dominũ in iudicio nominare: qa ei non præiudicat. Si verò cõuenitur reſpectu dominij directi: & ſic reſpectu iuris,qđ eſt apud aliũ, debet nominare dm̃ in iudicio:& liberabitꝰ à iudicio,reſpectu illi⁹ dominij, quatenus illud iudicium non repugnat iuri ipſius emphyteutæ. Poteſt enim dicere emphyteuta,nõ curo quis ſit dñs directò nec hoc volo defendere:ſed dico me eſſe emphyteutam. ſed quatenus ius,vel petitio actoris repugnaret iuri ſuiipſius emphyteutæ, haberet emphyteuta neceſſe ſe defendere:nec poſſet dm̃ nominare,ꝙ tũ ad declinandũ iudiciũ:ſed bene poſſet eũ nominare,vt poſsit ab eo de ſuis defenſionibus informari ; vt vidiſtis in aut.qua in prouincia.Iuxta hoc quæro:†pone ꝙ nominaret in iudicio dominum,qui poſsidet ciuiliter tantũ:an iſte tm̃ ciuiliter poſsidens poſsit conueniri rei vendicatione.Opin.ponuntur hic in gl.finaliter gl.tenet quod ſic.ff.de rei vendi.ſup rub.in l.Põponius.§.ſi is qui põcario.ff.de acq.poſſ.& ibi plenè dixi.Et eſt tex.in l.cuiuſcũq;.§.j.ff.de vſufr. Procedo vlterius: dicitur hic,alieno noĩe poſsidens rem immobilem. Quæro, †quid ſi poſsideat rem mobilem.Glo.dicit ꝙ nõ põt dm̃ nominare in iudicio vigore huius l.ſed res debet deponi ſi eſt ꝓſona ſuſpecta;vt l.ſi fideiuſſor.§.fi.q ſatiſdare cogãtur.Sed hodie poſſet dm̃ nominare,ꝓ aut.qua in ꝓuincia.ita dicit gl. Certè aut.illa nihil facit:qa ibi loquitꝰ de nominatione,quæ fit,vt poſsit inſtrui de defenſione cauſæ:nõ aũt ad declinandũ iudiciũ. Inno.extra,vt lite nõ conteſtata.c.quoniã frequenter. circa fi. tenet idem indiſtinctè,ꝙ poſſeſſor rei mobilis poſsit dm̃ nominare in iudicio,& pro certo nos de hoc non habemus legẽ expreſſam:tm̃ ex identitate rationis poſſumus beneficiũ huius legis ad poſſeſſores rei mobilis extendere, cũ eadem ſit ratio, nec per hoc introducatur alicuius legis correctio. Quæro extra glo.vtrum †in iuribus incorporalibus liceat dominum in iudicio noĩare.Innoc.tenet ꝙ ſic,ꝓ c. inter. & de ma.& obed.no. ipſe in d.c. quoniam frequenter. Iſta enim iura inco: poralia habẽtur pro rebus immobilibus, & maximè quando immobilibus adhærent : vt l. ſi aliena.§.j.ff.de vſuc.cõmu.præ.l.j.Quæro extra gl.†nunquid in poſſeſſorio poſsit quis dm̃ nominare in iudicio. videtur quòd nõ:quia text.loquitur de conuento act.in rem Gul.de Cug.tenet hoc idem in cõuento poſſeſſorio,per autꝰ. qua in ꝓuincia.ſed illa nihil facit vt dixit glo. Decret. tenet cõtra.xij.q.§.c.quicunq;.Glo.noſtra videtur velle quòd in poſſeſſorio habeat locum beneficium huius legis vt l.locum. §.j.ff.de tabu.exhiben.quæ glo.etiam †innuit,ꝙ in re mobili habeat locum hæc lex,ꝙ ſatis placet propter identitatẽ rationis,cùm ex hoc,vt dixi,non introducatur l.correctio.Non obſt.c.quicunque. vbi dicitur quòd ille, qui poſsidet nomine alieno,conuentus poſſeſſorio debet reſtituere,vtrum eſt,& intellige cum determinatione huius l. vel dominum in iudicio nominare:& ſic declinare iudiciũ. Quæro vtrum †conuentus actione miſta,vt petitione hæreditatis,poſsit dominum in iudicio nominare.Guil.quòd ſic:per tex.ff.de ff.de peti.hæred.l.etiam aliàs l.nec vllã.§.ſi quis abſentis. quæ lex bene facit.Dices tu:ſecundùm hoc apparet quòd iſte modus nominandi dominum in iudicio,erat de iure antiquo,vt ſ. dixi ; & ꝙ hoc non reperitur alibi.Solu. Dico ꝙ alio reſpectu loquitur.§.ille nam,vt ſcitis,petitio hæreditatis non datur,niſi contra eum qui poſsidet pro hærede, vel pro poſſeſſore ſed ille,qui poſsidet alieno noĩe,nõ poſsidet pro hærede,vel ꝓ poſſeſſore.& pro tanto ibi nominabat dominum in iudicio ; non autẽ nominabat:vt ei dño abſenti fieret denunciatio: & procederetur ſecundùm formam huius legis hoc etiam non reperiebatur cautum ; tamen per rationẽ illius §.& per identitatẽ rationis iſtius legis teneo hoc eſſe verũ:quia in actione miſta cõuentus poſsit nominare dominũ in iudicio,argu.j.titu.j.l.j.& hoc puto verum,prout iſta actio miſta habet naturam actionis realis:quia datur contra poſsidentem prout verò haberet naturã perſonalis,dic vt in ea,vt dicã j.ꝓxima quæro. †Quæro, vtrum conuentus actione perſonali poſsit dm̃ nominare in iudicio,cùm tex.hic nõ loquatur niſi de conuentis act. in rem. Breuiter,quædã eſt actio perſonalis in rem ſcripta;vt ſunt ferè omnia interdicta vt l.prima.§.penulti.ff.de interdic. & in iſtis poteſt quis dominum nominare in iudicio:quia eſt eadem ratio,quæ in reali.& hoc tenet gl.in prædicta l.locum.§.j. de tabu.exhib.Quædam eſt actio merè perſonalis:& in iſta non licet dominum nominare in iudicio ad declinandum iudicium, ſed vt poſſet ſe de defenſionibus informare.hic eſt caſus in authe.qua in ꝓuincia.Procedo vlterius:dicitur in tex.debet ſtatim in iudicio nominare dominum. Quæro† quando debet fieri iſta nominatio.Reſpond.iſta exceptio eſt declinatoria.& exceptiones declinatoriæ debent opponi ante litem conteſtavt infrà de exceptio.l.fina.& j.de probatio.l.exceptio.†Quæro,ſecundò.an iſte,qui nominat dominum in iudicio, debeat probare ſe alieno nomine poſsidere.Dic quòd ſic:quia in exeprobare ſe alieno nomine poſsidere. Dic quòd ſic:quia in executionibus reus eſt actor,quantum ad probandum: vt lege in exceptionibus.ff.de proba.& l.prima.ff.de exceptio. Tu dic, quòd ſufficit ſolùm ꝙ nominet dominũ in iudicio vt per hoc abſoluatur ab inſtantia iudicij:niſi actor in ſe velit onus ꝓbandi aſſumere,& probare eum ſuo nomine poſsidere:vt ſic in eũ transferatur poſſeſsio authoritate legis vltimæ.ff.de rei vendicatio.Et illud videtur Innocen.velle in cap.quoniã frequenter.vt lit.non conteſta. †Quæro.quid ſi talis poſsidens nomine alieno nõ nominat dominum in iudicio an valeat ꝓceſsus? Certè ſic,vt l.officium.ff.de rei vendi.& iſtud eſt ꝙ gl.hic dicit dum exponit debet.i.põt quaſi dicat : nemo cogitur dm̃ nominare in iudicio,ſi non vult. †Quæro, vtrũ iſto caſu ſnia lata contra colonum,vel alium alio noĩe poſsidentem præiudicabit dño. Videt ꝙ nõ:vt l.fi.j.ſi ꝓ vim,vel alio modo, & j.q. bus res iudicata nõ nocet ꝓ totũ & res inter alios acta ꝓ totũ. Plus dico ꝙ etiã facta executiõe,& re ad actorẽ translata non

+P. P A V. P.
[a] Licere. Sic Abb. in c.quoniã frequenter.§.ne i alijs. in inj. char.vt lite non conteſt.Barba.cõſi.lxxxiiij.an iij.vol.vbi dicit opi.Par. eſſe communem.vt etiã dicit Abbas i d.§.i alijs licet Card.& Anto.de Put.ibi aliter loquãtur & aliter Bal.hic, & Paul.de Cast. & Ang.Salic.hic tenẽt Bar.vide Maria. Soci.in c.qm̃ frequẽter. §.ꝙ ſuper. vt lite non conteſta.cui ſequitur opi.Abbatis ibi.

2 ☙ P. PAV. P. ¶ Poſſeſsione ſua. Vide Alex. in l. peregre. §. quibus. in pe. & vlti. col. de acqui. poſ. & adde quod ſnia nunquã præiudicat poſſeſſori, niſi ipſe ſit nominatim citat', adeò qđ vbi al's ſufficeret citatio gñalis vel per edicta, nõ ſuffi ceret in præiudiciũ poſſeſſoris, q potuit veriſimile ſcire vide Alexan. conſi. v. in ij. volu. colum. j. Vide ad Bar. in l. iuſtè poſsidet. ff. de acquiren. poſ. Vide Alexã. in l. à diuo pio §. ſi poſt edi ctũ, ad fi. ff. de re iud. qđ etiã, ppria autho ritate licet poſſeſſori tali expellere talẽ im miſſum in poſſeſsio nẽ: vide oĩno eũdẽ in l. clã poſsidere. §. qui ad nũdinas. in ij. col. de acq. poſ. vbi ponit an talis ingreſſus ac quirat aliquã poſſeſ ſionẽ ſaltẽ naturalẽ.

a priuabit' dñs abſens poſſeſsiõe ſua [a], ſi quã habeat: argu. d. l. ſi per vim, vel alio modo. Non obſt. ad hoc l. peregre. §. quibus. ff. de acqr. poſ. & l. iij. §. qđ ſi hic ſeruus. eo. tit. qa ibi loquit' in deĩciente, qui deĩciendo co lonũ habet cauſam priuãdi quemlibet ſua poſſeſsiõe, at iudex nõ habet animũ priuã di abſentẽ poſſeſsione ſua: vt d. l. fi. ſi p vim vel alio modo. Et hoc videt' tenere Inn. in d. c. quoniã frequenter. Procedo vlterius: dicitur hic, q ſtatuit' tempus certũ colono,

18 ad denunciandũ dño. † Quæro, an debeat dño denunciari per iudicẽ, vel ſufficiat ſo la data dilatio colono. Reſpon. nõ ſed per iudicẽ etiã debet nunciari dño: aliàs poſſet per colonũ fraus cõmitti, non denuncian do dño. Et hoc videtur velle tex. ibi: certo dierũ ſpatio à iudice, &c. eo quod ad notio nem eius procedẽdo intelligo per iudicẽ. Et hoc videt' expreſsius dicere text. in d. c. quoniã frequenter. circa fi. & ita ibi expo nit Inn. Procedo vlterius: dicitur hic quòd dñs veniens, vel mittẽs procuratorẽ con tra actoris intentionẽ excipiet. Quæro, qualiter iſtud fiat, procedatur ne ſuper pri mo libello dato cõtra colonũ: an verò da bitur nouus libellus cõtra ſuperuenientẽ

19 dñm. Puto † q colonus abſoluat' ab inſtan tia iudicij, propter dictã nominationẽ: & li b bellus de nouo ſit dandus [b] cõtra ſuperue nientem dñm: quia textus innuit q cõtra ipſum de cætero faciẽdus eſt, pceſſus. Sed tunc quæro, ſi dñs nullo modo poſsidebat, ſed ille, qui eũ in iudicio nominabat, poſsi debat ciuiliter, & detinebat noĩe dñi fortè precario: quomodo contra dñm dabitur li bellus? Videt' q non põt: vt d. l. Põponius.

20 §. ſi is qui precario. ff. de acq. poſ. † Dico q iſte, qui nominat dominũ in iudicio, debet etiã poſſeſsionẽ ipſam in dñm trãsferri: vt ſic poſsit rei vendicatione conueniri: aliàs ſi hoc nõ faceret, nõ abſolueret' ab inſtan tia iudicij: qa per illam nominationem nõ eſſet actori conſultum voluit hæc lex &c.

Cognitio ſummaria qualis eſſe debeat, ad cognoſcendum de iuribus actoris.

De proprietate uſque ad quantum tempus quis audiatur, quando ſit actum ſuper poſſeßione.

Miſſus in poſſeßionẽ in actione reali, an ſtatim poßideat. remißiuè.

Sin verò poſt. Dicitur hic, q domino non venien te negotiũ examinatur ſummatim. † Quę ro qualis eſt iſta ſummaria cognitio: vtrũ requiratur q de iure petentis conſtet ex preſsè, & clare: an verò ſufficiat iuramen tum calũniæ. Breuiter, [c] qñq ex miſsione in poſſeſsionem non fit præiudicium, neq in proprietate, neq in poſſeſsiõe: tunc ſuf ficit ſummaria cognitio per iuramentum calumniæ; vt vidiſtis in auth. & qui iurat. j. de bonis authori. iudi. poſsiden. Quãdoq fit præiudiciũ in proprietate, & in poſſeſ ſione: vt quando interponit' ſecũdũ decretũ, tunc debet cõſta re de iure actoris: vt plenè vidiſtis in l. pe. de bo. auth. iud. poſsi den. Quandoq fit præiudiciũ in poſſeſsione, & nõ in proprie tate: & tunc debet conſtare de iure actoris ſummatim, hoc eſt, per præſumptiones, vel indicia, vel ſemiplenã probationẽ: vt l. iij. §. cauſæ. ff. ad Carb. & ita in hac l. cũ per hanc miſsionẽ nõ fiat præiudicium, niſi in poſſeſsione. Venio ad finem noſtræ legis. dicitur hic: omni allegatiõe abſenti reſeruata ſuper pro

2 prietate. Quæro, vſq † ad quod tempus auditur de proprieta te. Dicit gloſſ. vſq ad decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes. Nam poſtea eſſet res vſucapta. vel præſcripta: vt in l. iuſtè. in gl. allegata. Doct. reprobant iſtam glo. nam per primum decretum, non intendit iudex transferre dominũ per conſequens. nec vſucapiendi condictionem: vt l. clauibus. de contrahen. emp. Suſtinendo gl. dic q vſucapiet ex poſſeſsione quodammodo iuncta cum præcedenti titulo, quem habebat: vt l. ſi is qui pro emptore. §. penul. ff. de vſuca. & l. eũ qui ædes poſt prin. eo. titu. Item dicit gloſ. q aliud eſt in actione noxali, cũ ſtatim efficitur dominus accipiens, ſi primus poſſeſſor erat dominus: vt in gl. hoc eſt verum quando miſsio fit ex ſecundo decreto. ſecus ſi miſsio fieret ex primo. & ita loquuntur iura allegata in glo. Item dicit glo. quòd in actione perſonali audi tur quis vſq ad xxx. annos, volens recuperare poſſeſsionem: niſi peruentum fuerit vſque ad ſecũdum decretum. & verum

3 dicit glo. † Quæro, nunquid in reali miſſus [d] in poſſeſsionem

d ſtatim poſsideat. Dic vt dicemus in d. l. ſi quis emptionis. §. pe nul. j. de præſcrip. xxx. ann. Facit ad prædicta, quod no. in l. iij. §. fi. ff. de acqui. poſ. &c.

1 *Si mulus ducitur per mulionem per ciuitatem, mulio non poterit hic conueniri.*

2 *Actio perſonalis quæ proponitur pro aliqua re immobili, an poterit in loco ubi res eſt proponi.*

LEX III.

c Actor. Actio in rẽ poteſt exerceri vbi poſſeſſor habet domiciliũ, & vbi res eſt [c] aliàs debet

1 forũ rei ſequi, tam in actione reali, quã in perſonali. hoc dicit. † Quæro, quid de re mobili, per ciuitatem iſtam trãſit quidã mulio: ego dico mulum, quẽ ducit, eſſe meũ: volo eũ hic conuenire: an poſsim. Et videtur q ſic: quia poteſt cõueniri vbi res eſt. Et de hoc ſunt opi. in gl. noſtra: vt in ea ha

f betis. Finaliter [f] ſalua meliori deliberatione, dicendũ videt' q nõ: quia iſtud, quòd hic dicit': vbi res eſt: intelligitur vt ibi per maneat, nõ ad tempus: cauſa cuſtodiæ, vel tranſitoriè: tũc enim ibi nõ dicitur eſſe. Vidiſtis in l. ij. de ver. ſig. & l. quæſitum. §. ij. de leg. iij. cũ ſimilibus, & ideo ſi res eſſet hic permãſura, vt hic permaneret: idem eſt in re mobili, q in immobili. et ſic pcedat opinio Azo. In re quæ eſſet hic tranſitura, & cauſa cuſtodiæ procedit opinio Hug. & aliorum ſalua meliori deliberatione.

2 cætera dic vt in gloſ. † Quæro, quid in actione perſonali, quæ proponitur pro aliqua re immobili: vtrum poſsit proponi in loco vbi res eſt, ſi proponens non habet domilium. Glo. tenet

g quod non. [g] ff. de cẽſi. l. forma. §. ſi verò quis agrum. & ibi no.

h & probatur. ff. de iudi. l. quod leg. ſecus, in actione miſta [h]: vt j. proxi. titu. l. j. in qua idem tenet, quòd in reali.

Vbi de hæreditate agatur. *Rubrica.*

LEX Vnica.

i Illic vbi. [1] Miſsio ĩ poſſeſsionẽ debet peti, vbi res eſt: et petitio hęreditatis poteſt in tentari vbi hæres habet domicilium. hoc dicit. &c.

Vbi de ratiocinijs agi oporteat. *Rubrica.*

LEX I.

Vm qui. De adminiſtratiõe tam publica, quã priuata, ibi ratio reddi debet, vbi eſt geſta. hoc dicit iſte titulus.

Vbi cauſa ſtatus agi debeat. *Rubrica.*

1 ☞ *Quo iure cognoſcatur an ſeruus aufugerit.*

a ☙ P. PAV. P. ¶ Dãdus. Et vbi ſta tutũ tolleret hoc, ſal tẽ deberet petitio rei terari. vid' Deciũ cõ. lxij. col. iij. Itẽ qũo ſen tẽtia lata cõtra colo nũ piudicet dño vt de latè Alex. ĩ l. ſæpe. col. j. & ſe. de re iudi.

☙ POMATES.

c ¶ Breuiter. adde. bar. in l. j. C. quo. bo. con trariũ tenet ĩ l. admo nendi. de iureiu. & in ver. ſummariè. in ex traua. ad reprimendũ vide no. do. Mat. in ij. volu. iij. not.

☙ POMATES.

d ¶ Reali miſſus. De hoc aũt, an miſſus in poſſeſsionem ex pri mo decreto. in actiõe reali poſsideat, vide Alex. in l. iuſtè poſsi det. in princi. ff. de ac quiren. poſſeſ.

☙ P. PAV. P.

e ¶ Res eſt. An idẽ ſit ſi agat' remediũ poſ ſeſsionis reſtituẽdæ, vide Are. in c. ex pte. in j. col. de foro. cõpe. Itẽ q ſit in electione actoris an velit age re in loco domicilij conuenti, vide Fel. in c. dilectus. el ij. col. v. de reſcript.

f ¶ Finaliter. Adde tu q hęc opinio fuit ori ginaliter. Petr. hic: & illã ſequit' Io. And. in addi. Spe. in tit. de cõ pe. iud. adi. §. j. ℣ſi. xx. & in c. fi. de foro cõ pe. & ita etiã Abb. in c. ſane. de foro cõpet. & ibi do. Mari. Soc. ĩ d. c. ſane. ℣. ij. declara.

g ¶ Tenet quod nõ. Et ſic habes qđ in per ſonalib' quis ratione rei ſitæ non ſortit' fo rũ. Ita etiã tenet do. Mari. Soci. in ca. ſanè. ℣ſi. ſeptima declara tio. de fo. pe. Adde ta men quod ſi agit' hy pothecaria ratiõe rei ſitæ, qđ quis in loco poterit conueniri. Ita Io. And. in addi. Spe. in tit. de cõpe. iud. §. j. ver. vij. Et idẽ ſi agit' interdicto turbatiuo, dato qđ ſit perſona le: tñ eſt ſcriptũ in rẽ: & iõ quo ad ipſam rẽ iudicat' vt realis. l. j. ff. de interdic. & no. Innoc. in c. ex parte. ſ. de foro competenti.

h ☙ POMATES. ¶ Actione miſta. Vide Ro. conſi. cxcvij. & Bal. etiam ibi idẽ tenet in l. cum in longi. §. nihil j. de præſcriptio. lon. tempo. & Panor. in c. fi. colum. xvij. extra, de foro competen. & Bar. in l. forma. §. j. ff. de cenſi.

i ☙ P. PAV. P. ¶ Illic vbi. Vide Io de anna. cõ. iij. ĩci. viſis ſtatutis. in ij. dub.

1 *practica huius legis.*
3 *Reconuentio an posit habere locum, quando causa conuentionis est summaria, & reconuentio non. remissiuè.*
4 *Reconuentio non habet locum in causis, quæ sibi inuicem præiudicant.*

L E X I.

EA quæ. Hæc est bona lex. An quis fugerit, debet prius per iudicem examinari: & repertus fugisse, ad locum vnde aufugit, debet remitti, vbi status quæstio agitur. hoc dicit. Quæro primò, quo iure cognoscatur de hoc, †an ipse aufugerit, vel non. Dicit gl. nõ interdicto vti possidetis: quia res est mobilis: sed interdicto vtrobi. nõ est verũ: quia illud haberet locum, qñ ancilla possideret ab alio: sed qñ ipsam & facit controuersiã sui recurrendũ est ad officiũ iudicis: vt l. iij. §. hoc aũt interdictum. de libe. exhi. habuistis no. j. de lib. exhi. l. j. ff. de rei ven. l. j. §. per hãc. Erit †ergo practica hic, ꝙ ille, à quo seruus aufugit in aliã ciuitatẽ, capiat seruũ per personã, & cõducat ad iudicem illius terrę, in qua eũ cepit, & eius officiũ imploret, & hic examinet, an ab eo aufugit an nõ. Et si eum aufugisse reperit, remittatur ad iudicẽ, vnde ipse aufugit, pbaĩ in l. j. j. tit. j. & ꝙ ibi not. Sed cõtra hoc opp. si tu cõuenis me fugitiuũ, petendo remissionẽ: ego potero te recõuenire super causa status, dicẽdo me liberũ: vt j. de sen. l. eũ Papi. & aut. & consequenter. & sic in eodẽ loco examinabitur causa status. Dicunt †quidã, reconuentio nõ. potest habere locũ, qñ causa cõuentiõis est summaria, & causa recõuentiõis requirit plenariã causæ cognitionẽ. Et ita dicũt, ꝙ est casus in hac legẽ. Sed an hoc sit verũ, dicã in d. aut. & consequenter. & tamen ad legem nostram respõdeo, ꝙ †materia reconuentionis non habet locum in causis, quæ sibi inuicẽ præiudicant, vel quarum vna est præparatoria ad aliam. & ita loquitur ista lex: & ibi videbitis.

L E X II.

PRocuratores. Procurator Cæsaris, nõ est competens iudex in causa status.

L E X III.

SI ex possessione. In causa status, actor seqtur forũ rei, & partes sustinet, qui possessionis commodo gaudet. h. d. cum l. seq. & ista lex bene congruit l. j. huius tit. quia illa loquitur, quando est dubium; hic quando est certum.

IAm. Causa libertatis, & seruitutis, inter fiscũ, & priuatũ, examinat à pcuratore Cæsaris. Causa verò libertinitatis, & ingenuitatis, à Præside. hoc dicit.

Quoniam.[d] Dos & donatio ꝓpter nuptias cōputātur in legitimā portionē.h.d.

1 ☞ *Quando relinquitur minus legitima,agitur ad ſupplementum.*
2 *Filij præſumuntur ingrati.*
3 *Sufficiebat olim legitimam quoquo titulo relinqui.*
4 *Quando quis agit ad ſupplementum legitimæ cōtra quos debeat agere.*
5 *Filius pro ſupplemento legitimæ,an poſsit propria authoritate occupare bona?*

e 

Omnimodo.[e] Ille cui aliquid in teſtamento relinquitur,nō poteſt illud impugnare : ſed debet ad

f ſupplemētum legitime agere[f] :niſi probetur ingratus. In his verò in quibus nil relinquitur iura vetera non mutantur. Item datum cauſa militiæ computatur in legiti

1 mam.h.d.No.quod † quando relinquitur minus legitima,debet agi ad ſupplementum.Et iſtud eſt ius nouum:per quod iura antiqua corriguntur:licet de hoc fiat mentio,in l.ſi non mortis.ff.eo.ſed fuit additū

2 à compoſitoribus.No.† ſecūdò,ꝙ filij prę

g ſumuntur grati,[g] ſi non probent̃ ingrati. hoc etiam eſt nouum,et corrigit l.liberi.ſ.

3 eod.† Not. tertiò,ꝙ ſufficit,ꝙ relinquatur legitima quoquo relicti titulo.hoc hodie corrigitur vt habuiſtis not.in auth.nouiſsi-

4 ma.ſ.eodē. Quæro,quando quis † agit ad ſupplementum,vtrum debeat agere cōtra hæredem:an etiā cōtra legatarios,quibus ſunt relictę res hæreditarię.dixi plenè in l.

5 in quartam ff.ad l.falcid. An autem† filius pro ſupplemento ſuæ legitimæ,poſsit propria authoritate occupare bona:vide ī l.ij. quādo et qui.quarta pars debetur.per me.



Quæ nuper. Præcedens conſtitutio habet locum in teſtamētis etiam nuncupa-

l. Gallus.§.& quid ſi tantum.poſt Imol.in ix.colū.ff.de liber.& poſthu.Itē ad iſtā l.v. de Raph.in l.filiusfa. §.diui.ff. de leg.j.vbi tenet ꝙ ſi pater inſtituit filios et ꝓhibuit ne aliquid alienēt cū cauſa,& ꝙ ſi alienāt ꝙ tūc hæreditas appliceſ tali hoſpitali: ꝙ ſi filij alienāt vſq; ad legitimam,ꝙ incidunt in pœnā priuationis. Et idem tenet Pau.de Caſt.in cōſi. ccxxxiiij. incip. viſis & diligenter cōſideratis.et Mod.in repe. in d.§.diui.in xxvij. col.cū ſeq.Conſidera tñ ꝙ in cōtrariū multum ſtringit iſte tex. in d.l.quoniā in prioribus.j.eo.vbi nec directè,nec idirectè poteſt apponi grauamē in legitima.

☙ P. P A V. P.

c ¶ Omnimodo.Circa iſtā materiā an filius habeat bōa hypothecata defuncti ꝓ legitima,vide quę ſcripſi in l.ſi conuenerit.§.ſi nudā de pigno.actio. allegādo Feli.in c.cū olim de ma.& obed. Item ſi ibi ſit relictū minus legitima,an ꝓ ſupplemento habeat hypothecā tacitā , ſicut datur ꝓ aliis relictis. Itē an ſupplemētū legitimæ habeat ꝓ relicto à teſtatore, an verò debeat ex legis diſpoſitione,vide de his oibus Bulga. in quodā ſuo cōſi.incip. Ieſu Chriſti noīe inuocato.de quo vltimo an ſupplemētū dicatur peti ex teſtō, an ex legis diſpoſitione cōdictione ex iſta lege,vide hic Soci.in l.ſi ex toto.de quo j. poſt Salice. & alios hic,& Ange.not.in l. Papiniauus.§.condiſtionē.in j.col.ff.de inoffic.teſt. & vide oīno Soci.in l.ſi ex toto in princ.ff.de leg.j.an detur hypotheca pro ſupplemento legitimæ. Item ꝙ legitima ſemper intelligatur exceptuata de omni grauamine. Et ſi filiꝰ ſit hæres,vide Deciū cōſi.lxxxj.col.j. Item ꝙ etiā ſi eſſet minor filius , vel prodigus, non valeat prohibitio prīs de alienando

reſpectu legitimæ,vide Aret.conſi.xix.in ij.dubio.

f ☙ P. P A V. P. ¶ Agere.Vel ad plus ſi ex aliquibus appareat de voluntate teſtatoris.Exemplifica vt in conſi.ciij.in ſubſcrip.Fulg.in conſilijs Com.Et aduerte ꝙ facultas petendi ſupplementum tranſmittitur ad hæredes,ſecundum Sali.in l.ſcimus.j.eo.quem ſequitur Alexan.in conſi.cxc.inci.viſo titulo quæſtionis.in ij. col.ad fin.& eſt de mente Bal.in l.ſi arrogator.in ij.oppoſitione.ff.de adop.& in l. ij.in vlti.q.C.de lib.præter.

g ¶ Filij præſumuntur grati. Quod facit ad ea quæ habentur in l.donatione.j.de colla.& in l.ſi fortè.de caſtrē.pecu.Sed dic quod ibi non intelligit de iſtis meritis, nec de obſequijs:vt no.Bal.in auth.ex teſtamento.eodem titu.Et quando dicantur bene meriti,vide Bald.in l.iubemus.in fin.princip.de ſac.ſanc.eccle.& in l.libertiꝰ

tiuis

suprà eo.& ibi not.per Barto.& Bald in princ.eiusdem legis.& vide Bar. & Bal. in l.fratres.suprà & not.q̃ petens supplementum legitimæ,non dicitur testamentum impugnare.adde Bald.in l.cum lege.de episco.& cle. & quo iure petatur legitima,& supplementum:vide Bald.j.eo.tit.si quis in suo.in princi.facit quod not. Bal.in l.j.in vij.col.j.de inoffi.dona. Et q̃ petens supplementum legitimæ,non dicatur testamentũ impugnare, tenet etiam Pau.de cast.in consil. vij. quod incipit, in Christi noie amẽ &c. Circa primũ videtur dicendum &c. in iiij. col.vbi concordat, q̃ si plura sunt alicui relicta, ei non competit querela, secũdum ius ad supplemẽtum. & subdit, plus censetur interesse, sup ius agẽdi ad supplemẽtum. Alexand.

tiuis.hoc dicit.

QVoniam in prioribus[a]. De legitima subducitur omne grauamen[b] conditionis, vel temporis,vel alterius grauaminis.h.d. Not. grauamen diei,vel conditionis,subduci de legitima. Hoc quod de cõditione dicit,dic vt dixi in l.si pater.j.de institu.& substitu.sub condi.fact.

a b

1 ☞ *Minuscula dicitur quarta.*
Dictio plus,refertur ad modicum.

SI quis in suo.[c] Qui in dãdo legitimam,quæ sola relicta est, vsq̃ ad sententiam fuerit contumax,ipsam duplicatã soluere cogitur. hoc dicit. Nota † quòd minuscula dicit hic quarta. Et hoc facit ad dictum testis,qui dicit: dico q̃ talis possedit decem annis,& plus.nã hæc † adiectio plus,ad modicum refertur: vt l. hæc adiectio.ff.de verb.signific. istud modicum intelligitur de quarta parte tẽporis.argu.huius legis.& ita inducit glo. hanc l.in l.& si post tres.ff.si quis caut. & dic vt ibi per Guliel.

1 2

Legis autem. In posthumo non cadit iusta causa exhæredationis,cùm non possit alieno odio pręgrauari.h.d.Ex hac l.fuit sumpta regula non debet aliquis.de regu.iur.lib.vj. & illam vide per Dyn.

1 ☞ *Querela quando detur nepoti præterito.*
2 *Querela inofficiosi finitur quinquennio.*
3 *Ius agendi ad supplemẽtum legitimæ finitur quinquẽnio.*

SI quis filium. Querela prępara ta transmittitur ad hæredes, contra quos poterit opponi de ingratitudine transmittentis[d],& de institutione de eo facta,& de repudiatione, vel temporis cursu. Oppo.quòd de iure antiquo iste nepos[e] saltem ex persona sua habet

d

e

1 †querelam: vt ff. eodem. l. si is. Gloss. fatetur contrarium. Idem tenet in l.nam & si parentibus.ff.eodem. Idem tenet Dyn. in c.non debet.de regul.iur.lib. vj. & in l. iij.§.si emancipatus filius.ff.de bono.poss. contra tabu.vbi text.etiam videtur tangere glo.in l.si quis posthumos. de liberis & posthumis. Dices tu,quomodo iste nepos cùm sit præteritus habet querelam. ideo glos.in l.parentes.ff. eodem.exponit querelam,id est,contra tabul. Ego dico, quòd querela stat propriè. nam iste nepos licet esset in potestate,nõ tamen erat suus:quia pater eum præteribat & sic cùm dominiũ non continuaretur in eum, præteritio habetur pro exhęredatione, sicut dixi vobis in præteritione materna in l. j. ŝ. eodem.

2 Vltimò nota ex hac lege † quòd querela
f finitur quinquennio[f]. & idem de iure †a-
3 gendi ad supplementum. Hoc modo potest intelligi hæc l.in fi.Pro hoc facit:quia ius agendi ad supplementum succedit in locum querelæ: vt ŝ.eod.l.omnimodo.ergo sortitur eius naturã: vt l.j.§. hæc actio. ff.si quis test.lib.esse iuf.fue.

1 ☞ *Priuilegium quando latißimè, & quando strictè intelligatur.*

SI quando.[g] Concessio testãdi liberè,intelligitur legitimè, & solennitate iuris seruata.h.d.Gloss.signat hic multa contraria. Opp,secundùm hoc priuilegiũ nihil operatur,quod est contra l.j.in fi.ff.ad muni.l.si quãdo.de leg.j. Sol. intellige hic,q̃ fuit cõcessum priuilegium ei,qui aliàs testari non poterat dicit gloss. Opp.de l.etiã.§.j.ff.de bo.lib.Sol. Dicunt quidam ibi princeps scienter hoc fecit.vel aliter,ibi habeat aliàs testamenti factionẽ:
h ideo aliquid operat. Opp.de l.si qs filio[h] exhæredato.§.sed & si qs fuerit.ff.de iniu. test. Solu. Ibi Princeps concedebat militi

g

e

f

h

l.pater filium.ff.eo.Sali.hic tenet contra Bar.& idem Bal.hic.& idẽ Ange,in l.Paulinianus.§.si conditioni.ff.eod. vbi dedit nouos intellectus ad istum text. & vide Bar.latius suam opi.firmantẽ in consi.in nomine domini quæritur vtrũ iuri agẽdi &c.per Imo.in l.planè.§ duo.de leg.j.& Bal.in l.ij.in qui.cau.in integ.resti. non est necef.& contra Bar.tenet hic etiam Flo.& dicit,q̃ est communis opi. Mod.per Ang.in authen.de trien.& semif.in prin.& per Bal.in d.l.pater filium. in xij.colũ. & in materia,vide bonũ dictum Bald.in l.qui libertatis.de euic. Vtrũ per modũ contradictionis seu excusionis,possit opponi querela,facit q̃ no.Inn.in c.cum dilectus.& in c.fi.de ordi.cogni.

ADDE an iuri agendi ad supplementum præferibatur quinquennio, Pau.de cast. consi.cccxlviij.Bal.consi.cxxxij.ij.lib.Pet.de Anch.in consi.Cal.xvij.de testa.

f ❧ P. P A V. P. ¶ Quinquennio. Quomodo incipiat currere istud quinquennium,& an opi.Bar.hic de supplemento legitimæ sit vera,vide latè Alexan. consi.cxxviij.in v.col.& seq. Et de iure agẽdi ad supplementũ, an ei præscribatur quinquennio,vide Pau.latè consil.cxxiij. Et q̃ istud quinquenniũ nõ currat filio minori durante minori ætate,vide Cremen.sing.cxxx. vbi etiam ponit de veritate dicti Bar.hic,vide Ias.in l.certi condictio.in ix.col.ff.si cert.peta.

g ❧ P. P A V. P. ¶ Si quando. Circa intellectum huius l. quando concessio testandi libere fieret aliàs inhabili ad testandum q̃ operetur vt solennitates testamentariæ intelligantur remissæ:vt vult glo.& Bar.hic tamen non intelligitur remissa necessitas & solennitas instituendi filios, quia istud concerneret præiudicium tertij.Vide omnino Com.consi.cxxvj.incip.visa copia, per totum, maximè circa medium,dicentem istum esse intellectum huius l.relatæ ad titulum,sub quo est situata.Et aliegat Bald.& alios hic.Vide ibi per eum.Et pro hoc q̃ priuilegiũ concessum liberè testandi non intelligitur in præiudicium tertij,vide dom. Anto. consi.x.prope fi.Faciunt quæ habes ad Bar.in l.ij.§.fi quis à principe. ff. ne quis in loco publico.

h ❧ P O M A T E S. ¶ L.si quis.pro declaratione huius legis vide Ias.in l.& milites.j.de testa.milita.col.j.& aliquid non ab re per Feli.in c.ad aures.col.ij.j. de rescrip.& in c.j.col.v.in versi.declarat duobus modis,eodem titu.

f 3

---

a ¶ Quoniam in prioribus. Vide pro limitatione istius legis Alex. in l.si pater.in vl. col. in ver.extra glo.adde j.de instit. & substit. sub cõdi.fac. & i vij. col.& in l. reprehẽdẽda.eod.tit. An autem legata, vel onus æris minuãt legitimã, vide de Oldra.consil.cxxj. ad fi.Alex.consi.lv.in iij.col.in ij.dubio,vo. iiij.in fi. & lxxxix. in ij.col.e. & in fi. An in legitima posset pater filio substituere, vide Pañ.consil.xv. col.ij. volu.ij.vide etiam ad hæc Barto.in consilio xiij. col.ij.in ij. dubio & col.v.consil.xxvij. & consi.xxviij.in fin. & cõsi.xxxij.& cõsi. xl.& Barba. cõsil.lxiij.col.vj.volu.ij.Car. cõsi.xxij.& Imo.consil.cxiiij. vide etiam quæ scripsi.ŝ.post l.ex tribus.

1 2 3

❧ P. P A V. P.

2 ¶ Quoniam in priorib. vide quæ scripsi in l.scimus.j.eodẽ. Et de materia vide Ale. cõsi.clxxxv.& vnum casum,in quo in legitima adijcitur grauamẽ vide per Alex.cõsil.ccxlvj.in v.colum. Quid autẽ si aliquid adijciatur quod possit esse vtile,vide do.Francis.consi.xix.in ij.colum. vide eundẽ consil.xliij.vbi ponit,stante statuto quòd legitima sit prout pater voluerit. pone pater relinquit legitimam filiam & eam exhausit legatis, an istud grauamen deducatur ad quod vide Pau.de castr.consi.cclxxxv.ad finem. Nunquid autem per substitutionem pupillarem possint grauari venientes ab intestato,an legitima pupilli:& an in dubio censeantur grauati,vide Pau.consi.cxcix.ad fi.vide quæ scripsi in l.si fundum per fideicommissum.§.fi.de lega.j. Item quòd possit adijci grauamen ne possit alienare intra certum tempus,vide Pau.de cast.consil.ccxxxiiij. in ij.colum.Ias.in l.filiusfamil.§.diui.ad finem.ff.de lega.j.Et dicit Pau.in d.consi. quòd si alienetur legitima, habeat locum priuatio hæreditatis à legitima supra. quod est mirandum.Item in materia legitimæ,vide domi.Fabianum in repetitione auf.nouissima.§.eod.prout ibi scripsi. Et ibi etiam ponit quòd omne grauamen deducatur.& multa alia in materia. Item in quo prouideat ista lex: & quid si esset institutus filius sub conditione casuali:vel mista, an reiciatur an verò testamentum sit nullum,vide Ant.de But.consi.lxvij.circa medium vsq̃ ad finem. tenentem q̃ sit nullum, & declarantem quomodo processit ista lex, & l. sancimus.§.cum autem.j.eo.vide post Bart.in l.fuus quoq;.de hæredib.instit.vbi etiam scripsi an ista regula q̃ omne grauamen reiciatur, non procedit quando persona instituta est sub conditione,per quam redditur incerta,vide Are.in l.commodissime.in j.& ij.col.de leg.j.

b ¶ Omne grauamen.Limita hanc legem vt habetur ŝ.eo.l.filijs. Quid autem si filius renuncians legitimæ, scit ipsam ad alium deuenire:an ille teneatur ad grauamen.Die q̃ sic.Tex.est singularis in l.cùm patronus.ff.de lega.ij. quæ licet loquatur in patrono, nihilominus ex identitate rationis per Modern. extenditur ad filium. Item limita hanc legem non habere locum in posthumo sub conditione instituto,& eueniat conditio antequam nascatur,vt per illum text. dixit & limitauit hanc legem Imo.in l.cum posthumus.ff.de liber. & posthumis in fine.l. de hoc etiam vide vnum verbum per Barto.in l.commodissimè. de liberis & posthumis. ADDE quod Iacob.But.& Bald.dicunt, vbi per illum textum hoc limitat. ADDE quòd si statutum dicat,q̃ filia debeat stare contenta illa quantitate: quã pater in suo testamento reliquerit pro dote:nec possit plus petere,& si pater reliquerit centum non sufficientia ad legitimam,& vltra hoc apposuerit conditionem,vel tempus:q̃ licet filia debeat stare contenta de quantitate:non tamen cogitur stare cõtenta de conditione vel tempore:quia statutum venit ad correctionem.l.omnimodo.quo casu non debet extendi,sed restringi.

c ¶ Si quis in suo. Hic habes text.in prin. ibi minuscula aũt, q̃ appellatione particulæ venit quarta: sed appellatione partis venit dimidia l. nomen. §.portionis.de verbo. signific.q̃ limita, nisi esset dictio aliqua,qa tunc importat minus quàm dimidia:vt voluit Bald.in c.j.de controuer. inuestit. & in l. cum filius. §. pater. de leg.ij. Et adde Bar. per illum tex.in glos. in prin.in l.ij.C.quando & quibus quarta pars debetur. Adde etiã gl.in cle. j. in verbo, aut earum partis. de fo.compe. Et adde quæ not.Bar.in l.plures.de dã.infec.Si autẽ dicit,pro parte sua,intelligitur pro legitima.l.scimus.j.eodem. & ibi notat Barto.& Bald. Et quando dicitur aliqua pars, vide Bald.in l.j. in pe.j. tit. ij. & probatur in l.Gallus.§.in omnib⁹. de libe.& posthu.

❧ P. P A V. P.

d ¶ Transmittẽtis. Circa istã materiã transmissionis querelæ qñ nõ est præparata, vide de aliqua in l. cũ mota.C.de transact. vbi Ias.in iiij.col.

e ¶ Iste nepos. Nepos iste ex persona sua admittitur ad querelã. & idem tenet Barto. in l. pater filium. de inoffic.testa.& Paul. de Cast.in cõsi.cxlix. quod incipit,in Christi nomine amen, in præsenti casu &c. in xj.col.

f ¶ Finiturquinquennio. Adde Bald. in authenti.presbyteros. la j.de episco.& cler.qui fuit sibi cõtrarius.in

a ¶ Non poteſt tolli. Quid aũt ſi iſtud pactum iuretur, an tollat ius agendi ad ſupplem. tutum. Bar. hic tenet q̃ ſic per c. quamuis. de pac. in vj & no. ex iſto text, q̃ legitimã non eſt debita filio viuente patre: quia ſi de præſenti deberetur in vita patris de præſenti poſſit renunciare. & iſtum tex. limita vt per Bar. in d. l. j. §. ſi parẽs, & ſequitur Imo. in l. Titio centum. §. Titio. de condi. & demon. in vlti. col.

℣ P. P A V. P.

a ¶ Tolli. Vide Alexan. latè conſi. clxxxj. vol. v. & in prẽcedẽti, vbi dicit etiã nõ ꝓcedere hoc, vbi ẽ iuramẽtũ, vide q̃ dicit Dec. cõſil. lxxxvj. in ij. dubio. & etiã in j. col. & cõ. lxxxix. col. vl. Et vide Iaſ. in l. in ſtipulatio hoc modo concepta. de verb. obl. col. vij. vbi dicit quòd poteſt ſuccedere ex teſtamento, & q̃ eſſet renunciatũ iuri ſuccedẽdi ex teſtamento.

b ¶ L. iij. Vtrum illud qđ datur filio à prẽ cõputeẽ in legitimã, limitationes vide ꝑ Bar. in l. j. §. ſi parens. ff. ſi quis à parẽ. fuer. manumiſ. vide Bald. in l. ex liberis. & in l. illud. j. de collatio. & Ange. in l. in quartã, ad leg. Falcid.

c ¶ Donat filio. de iſta q. vide Barto. in l. in quartã ad leg. Falcid. 1 & in l. peto. hic alleg. & in d. l. vt liberis. & 2 ibi Bal. & vide Bald. 3 in l. ſcimus. j. eo. adde eũdem in cõſi. cxxxvij. & aliud ꝑ. Bal. in l. qm̃ nouella. §. eo. tit.

ADDE Pau. de Caſtr. conſi. ecl. Roma. cõſi. cclxxij. Old. cõſil. clj.

℣ P. P A V. P.

d ¶ Legitimã. Et quẽ admodũ ꝑ pactũ generale nõ præiudicat legitimæ. ita nec per legẽ vel ſtatutũ gña liter loquẽs, vide Cõ. cõſi. cxxvj. ad fi. inci. 1 viſa copia. Et an in dote q̃ daẽ loco legitimæ requiraẽ ſpãlis mẽtio, vide Pau. cõſ. cxxxj. circa fi. Si autẽ in teſtõ pr̃ diceret filium tot habuiſſe, & velle in ptẽ ſuã cõputare, vel q̃ conferret d cũ aliis fratribus: an credaẽ pr̃i, vide Cõ. q̃ nõ, cõſil. ciij. & in ſubſcriptione ꝑ Fulg. & circa deciſionẽ hu e ius text. vide Alex. in cõſi. ix. ĩ vij. col. in iij. vol. & conſil. lxix. & cõ. dlxxviij. ad fin. Itẽ q̃ iſta aſsignatio legitimæ nõ poſsit fieri filio in ptãte, vide d. Franc. cõſil. xvij. in iiij. col. aliàs xviij. Itẽ ſi vxor, cui facta ſunt multa legata, inter cętera fuit legata ei dos

facere teſtamentũ: vnde videtur ei cõcedere ſecundũ qualitatẽ perſonæ ſuæ, & ſecũdũ priuilegia militiæ. Opp. de l. Paulus. §. patroni. ff. de bo. lib. Sol. Ibi cõceſsit homo: hic princeps. Extra gloſ. opp. † & videtur: q̃ beneficia principũ ſunt latiſsimè interpretanda: vt l. fi. ff. de conſtit. princip. Sol. Quoddã eſt priuilegiũ quod cõceditur cõtra ius cõmune: & illud ſtrictè interpretatur, vt hic. Quoddã eſt beneficiũ: vt quãdo Imperator donaret alicui caſtrum vnũ, vel ſimilia: & illud interpretaẽ latiſsimè: vt l. contraria. Quędã ſunt reſcripta, quæ ad iuris cõmunis obſeruantiam conceduntur: & de illis vidiſtis ſ. de diuer. reſcri. & in titu. ſi contra ius vel vti. pub.

a Illud. Per pactũ habitũ inter patrem & filiũ non põt tolli [a] ius agẽdi ad ſupplemẽtum: niſi hoc fieret cum hęrede poſt mortem defuncti. hoc dicit. Opp. de l. j. §. ſi parens. ff. ſi quis à pa. fue. ma. Solu. Tene vltimam ſol. gloſſæ.

☞ *Donatum per patrem filio tempore emancipationis an computetur in legitimam.*

Donatũ filio tempore emãcipationis, venit in collatione.

Voluntas filij, quando ſit cauſa iuſta exhæredandi.

Et generaliter. Qui accipit ſimpliciter qđ ſibi eſt relictũ, iuri agendi ad ſupplementum nõ videẽ renũciare, niſi fuerit hoc expreſſum. h. d. Not. tex. ibi: ſub ea cõditione, vt hęc inter viuos donatio in quartã ei cõputeẽ. Opp. j. depoſi. l. iiij. Sol. [b] Vbi accipiẽdo debitum, nõ poteſt petere acceſsiones, quæ veniunt iudicis officio mercenario: hoc põt petere ſupplemẽtũ quod venit iure actionis. Quæro † vtrum illud quod pater donat filio [c] emancipato tempore emancipationis, computetur in legitimã. Certè hic eſt tex. q̃ non, niſi fuerit dictum vt in dicto ver. & generaliter. Puto tamẽ, q̃ ſi pater dicat: do tibi ꝑ parte tua: videatur hoc expreſſum, q̃ cõputetur in legitimã. [d] arg. j. l. proxi. circa prin. & l. peto. circa prin. de leg. ij. licet tamen in legitimam non † cõputetur, venit in collatione: vt vidiſtis in l. vt liberis. j. de colla. Vltimò quærit gl. [e] quid ſi † pater nõ inſtituit filiũ ideo q̃ filius dixit, q̃ nolebat inſtitui, an filius poſsit rũpere teſtamẽtũ? Gl. vlti. hic tangit, & arguit pro & contra. Breuiter omiſsis omnibus determinationbus doct. videtur mihi ſic dicendum: Aut pater talẽ filiũ prætereat, vel exhæredauit nulla cauſa inſerta: tunc teſtamentum eſt nullum; nec potuit filius ſua voluntate iſtam ſolẽnitatẽ remittere, vt l. Paulus. §. patroni. de bon. liber. Si verò fuerit exhæredatus cauſa adiecta, q̃ voluit exhæredari: tũc ſi cauſa eſt vera, puto q̃ teſtamentũ valeat. Nec f obſtat aut. [f] vt cũ de app. co. §. cauſas. quia ibi loquit de exhæredatiõe, q̃ fit inuito filio, non de ea q̃ fit eo volẽte. arg. in l. nõ putauit. §. ſi quis ſua manu. de contra tab. Põt autẽ apparere q̃ licet illa verba dixerit, tñ noluit exhæredari: vt puta ſi hoc dixit propter dolorẽ mortis patris, dicens: poſtq̃ tu decedis, nolo aliquid vel alia ratiõe turbatus. arg. de reg. iur. l. quod calore. Quã rationem fige menti: quia occurrit de facto.

1 ☞ *Repletio legitimæ fit ipſo iure ſi petatur.*

2 *Fructus bonorum defuncti, licet dicantur res, non tamen ſunt de ſubſtantia defuncti.*

3 *Pro parte ſua idem eſt dicere, q̃ pro ſua legitima.*

g Scimus. [g] Sicut ſi ab initio min⁹ legitima relinquat, agit ad ſupplemẽtũ: ita ſi ex poſt facto legitia minuat: quæ repletio debet fieri de ſubſtãtia teſtatoris. Item tẽporis dilatio, de legitima ſub ducit. hoc intendit. Oppo. q̃ repletio non fiat ipſo iure, niſi petat: vt ſ. eo. l. omni modo. Solu. † q̃ hic dicit ipſo iure, videlicet ſi 1 h opponat [h] ab homine: vt dicimus de cõpẽ 2 ſatione. Oppo. & videt q̃ fructus † ſint de ſubſtantia bonorũ defuncti: vt l. rei appellatio. ff. de verb. ſign. Sol. Fateor q̃ dicunt res: vt l. j. in fi. ſi cer. pet. & ff. de verb. ſigni. l. rei appellatio. ſed tamen non dicũtur de ſubſtantia patris: vt hic, & l. iubemus. j. ad Trebel. Oppo. de l. Papinianus. §. ſi conditio. ff. eo. Solue vt ibi. & dixi in l. iubemus. j. ad Treb. & dicam l. filiũ quem habẽtem. 3 j. famil. ercis. Item nota quòd † dicit tex. pro parte ſua. quod idem eſt dicere, quod pro legitima ſua.

i Cum autem. [i] Oppo. quando filius inſtituit ſub die incerta, vel conditione, tale teſtamentũ eſt nullũ: vt l. ſi pater. j. de inſti. & ſubſti. Solu. Illa lex hodie corrigitur, quãtũ eſt in legitima, vt dixi ibi, &c. Opp. q̃ filius debet habere legitimã iure inſtitutiõis: vt habuiſtis in aut. nouiſsimi. ſ. eo. Sol. Glo. dicit hic, relinquitur fideicommiſſum validum, q̃ habet vim inſtitutionis. Vide glo. Iſta gl. nõ eſt vera: q̃ a tex. in corpore expreſſam men k tionẽ facit, q̃ nõ valet iure fideicõmiſsi. [k] hoc etiam dicitur expreſſum ff. ad Treb. l. ita tamen. §. qui rogatus &c.

Illud præterea. Tempus querelæ, incipit curre-

tur tex. iuncta gl. dum loquitur de filio, q̃ ſi filius adſcribat ſe in teſtamento prætereriminihilominus poteſt dicere nullum mortuo patre. l. filio prætcrito. de iniuſto rup. teſt, & pro hoc glo. alleg. hic. & in l. impuberem. in fi. ff. de fal.

l ¶ Nec obſt. aut. Bal. tamen hic ſecutus eſt opi. contra Bar. videlicet quod non ſit iuſta cauſa voluntas filij. & hic adde Ange. & Imo. poſt gloſſ. in l. ſi quis poſthumos. §. ſi filiũ. de libe. & poſth. Ange. Bald. & Imol. latè in l. filio prætcrito. in xlv. col. cũ. §. j. ĩ. de iniuſ. teſt.

¶ Adde Ioã. And. in addi. ad Spec in ti. de teſta. §. ſequit videre. ver. illud quoq; : vbi ponit qđ de filio, q̃ a matre fuit prętcritus ipſo volẽte, & dicit, qđ poſtea agẽs doli exceptiõe repellitur, ſecundũ Pil. niſi calore iracundiæ recuſaſſet inſtitui.

ADDE tu ꝑ intelligẽtia dictorũ Bart. hic. & vide do. meũ Soc. in cõſi. ſuo incipiẽte, circa primũ cõſultatiõis articulum. in ij. dubio. ℣. iij. iſta cõcl.

g ¶ Scimus. Vide no. ꝑ Bart. & ibi doct. in l. ſuus quoq;. in princi. de hære. inſti.

℣ P. P A V. P.

g ¶ Scimus. Circa iſtã regulã quod on⁹ detrahatur de legitima. vide ſ. eo. l. ſi qñ. vbi ſcripſi. Et circa regug lã hui⁹ legis qđ filius nõ poſsit aliquo modo grauari in legitima, vide Comẽ. cõſi. xxv. incipi. Frãciſcus inſtituit. in vlti. colũ. vbi limitat niſi filius habuiſſet à pr̃e aliud tantũdẽ qđ ſufficeret legitimæ. vide ibi, vbi ponit nouũ dictũ in materia. Item nota inquãtũ dicit hic qđ ois dilatio in tpe deducit de legitima: q̃ iſtud ſingulariter nõ habet locũ in dote filiæ, q̃ ex diſpoſitione ſtatuti excludit ſtãtibus maſculis: q̃ licet illa dos ſuccedat loco legitimæ, tñ pr̃ ſi relinquat dotẽ filiæ pupillæ, nõ debet eã habere, niſi tpe quo nubet, & põt in eã grauari, ſi cõtigat eã deceedere in pupillari ætate, vid̃ ſingulariter Comẽ. cõſi. xlvj. inci. pr̃ filius. circa mediũ. Et qđ poſsit pater filiũ grauare in legitima, & facere qđ fructus cõputentur, vbi aliqd vltra legitimã relinquit, vide Com. cõſi. lij. inci. ad primũ quæſitũ. in ij. & iij. col. Et qđ non poſsit pater grauare in legitima, etiã ſi augeret

legitima ex diſpoſitione legis vel ſtatuti ad magnã partẽ oĩm bonorũ, vide Cõ. cõſi. cxiij. in j. col. incipi. Statutũ q̃ nec. & circa iſtã legẽ, ſcimus. in §. repletionẽ. de modo aſsignandi legitimã, vide in Bertac. in verbo, legitimã in pe. col. vbi ſcripſi.

h ¶ Videlicet ſi opponaẽ. Sali. hic dicit cõtra, q̃ fiat ipſo iure, etiã ſi non petatur: q̃ ſi iſta cõditio meſſet, impediret tranſmiſsionẽ in l. ſi quis filiũ. ſ. e. arg. huius. l. in fi. iuncta l. ſi ita legatũ. §. illi ſi volet. de leg. j. Cogita tñ: q̃ licet diceremus tacitè ineſſe iſtam cõditionẽ: nõ tamẽ impediretur tranſmiſsio l. cõditiones extrinſecus. ff. de cõdi. & demõ. & qđ dicitur nõ cõputari fructus in legitima in l. nõ eſt ambiguum. vbi Cy. idem tenet j. fami. ercis. & in l. coheredibus. q̃ eſt ius vniuerſale. & quod habetur in aut. nouiſsima. ſ. eo. Bal. in d. l. non eſt ambiguum.

i ¶ Cũ autẽ. in §. cũ autẽ. in prin. ſed portio ſua idẽ eſt dicere q̃ legitima per Bar. in l. peto. in prin. de leg. ij. & vide quod dixi ſ. eo. l. ſi quis in ſuo.

k ¶ Iure fideicommiſsi. Vide latè per Bart. in d. l. ita tñ. & Bar. in l. cũ ex filio. de vul

re ab

re ab adita hæreditate,quę debet adiri intra sex mẽses.& que=
a rela non prępparata transmittitur [a] ad liberos.hoc dicit.iste bo
nus.§.quod nota &c.

1 ☞ *Testamentum filijfamil.militis factum,de bonis castrensibus , uel quasi hodie sub=*
iacet querelæ.

2 *Filiusfamiliâs miles,quando testatur de peculio castrensi habet tria priuilegia.*

3 *Filiusfamiliâs effectus sui iuris non habet amplius peculium.*

CVm antiquis. In castrensi,vel quasi pecu=
lio,filiusfam.habet duplex priuilegium:ꝙ potest testari, & ꝙ eius testamẽtum nõ subiacet querelę:sed postquã factus est sui iuris,
1 desinit esse peculium.h.d.tota lex. Oppo.† & videtur, ꝙ istorum testamẽta subiacent querelæ:vt s.de sac.sanc.eccl.authen. presbyteros.Gl.dicit,fateor contrariũ,ꝙ ista iura hodie corrigantur.De hoc etiam vidistis in authen.in testamẽto.j.ad Tertul.& in aut.presbyteros.vbi gl.videtur inuicẽ aduersari.Dicam in aut.ex causa.vbi etiã gl.tangit.ltẽ opp.ff.eo.l.Papinia=
b nus.[b] §.cõtra vetera.alias incipit.Papinianus.Sol.dicit gl.hic loquitur in milite : ibi loquitur in veterano.Tu verò dic breuiter:Quoddã est peculiũ profectitiũ:quoddã aduẽtitiũ:& in istis filiusfamilias nõ potest testari, nec aliã vltimã volũtatem condere:vt l.pen.j.qui testa.fa.pos.Quoddã est peculiũ castrẽse:& in hoc distingue:Aut facit testamentũ miles , aut veteranus.Si miles,† si quidẽ existẽs in actu militiæ habet tria priui=
a legia,ꝙ potest testari licet filiusfami.Item in eo nõ requiritur solennitas iuris.Item nõ subiacet querelæ:vt hic,& l.milites. j.de test.mili.ff.de test.mil.l.j.& quasi per totum.Si verò veteranus testat:dic vt d.l.Papinianus.§.cõtra veteranì.ff. eo. quæ glo.declarat melius quã hic.Et tertium peculium est, ſ. quasi castrẽse:& in isto filiusfamiliàs habet duplex priuilegium,ſ.ꝙ potest testari, & ꝙ querelæ non subiacet,vt hic. Istud secundũ videt correctum secundũ glo.hic positam quod dic vt dicã in
3 aut.ex causa. Vltimo no.† & tene menti tex.hic in fi.ꝙ cùm filiusfami.sui iuris efficitur,peculium perdit nomen peculij, & confunditur cũ alio patrimo.Simile habetis,licet in alio casu, in l.sed & si plures.§.filio.de vulga.& pupilla.&c.

De inofficiosis donationibus. Rubrica.

1 ☞ *Querela inofficiosæ donationis,cum quo alio remedio concurrat.*

2 *Donatio inofficiosa per querelam,& usque ad quantum reuocetur.& nu.3.*

4 *Querela inofficiosæ donationis non competit filio,qui fuit legitimè institutus , & ab eo multa legata facta.*

5 *Si sunt factæ plures donationes , & ultima fuit inofficiosa:an omnes reuocentur : & quando ultima tantum?*

LEX I.

SI vt allegatis. Si per donationes filiorũ legitima minuitur , per querelam inofficiosæ donationis vsqꝫ ad legitimã reuocat.h.d.Glo. nostra in hac lege voluit tractare totã materiã. & ideo nos hic tractam⁹. Vnum volo vos scire,ꝙ de hac materia non habemus mentionem in ff. nisi in l. Titia.§. Imperator. & §. seq. ff.de leg.ij.Item vt intelligatis glo.debetis aduertere , ꝙ hic in prin.quærit glo.quatuor:quæ tamẽ quatuor nõ sunt nisi duo: quia repetit bis idem.ideo illa recitabo vobis per duo contraria. Opp.hic innuitur quod quatuor erant filij ex eo ꝙ donatio erat facta liberis in plurali:& sic ad minus erãt duo:& filij in plurali erãt, qui reuocabãt.& sic ad minus erãt alij duo.Secundum hoc si istis duobus sunt relictæ duæ vnciæ,fuit relictũ plus quã legitima;ergo non habent querelam:vt l.cùm quęritur.s.tit.j.So.duobus modis.Primò ꝙ hic instituit eos in duabus vnciis minutis:hoc est,in duabus partibus de xij.illius matrimonij,quod remansit post factã donationem:& sic non habebat legitimam. Ista est vera. Alij dicunt , ꝙ hic instituit eos ex duabus vncijs de grossis: hoc est totius patrimonij , ꝙ erat ante donationem.& ideo isti dicuntur habere minus quarta: quia fuerunt grauati legatis:vt tex.dicit. Vide gl.ibi : vel si ex grossis fuerunt exinanitæ legatis. & cõiunge versi.tertio oppo.&c.vbi repetit idem quod s.dixerat in prima oppositione. Hęc tamen secunda solu.nõ est vera.si enim relictę essent duæ vnciæ ex grossis propter legata;nõ induceretur querela : quia vncię ex grossis propter legata;nõ induceretur querela : quia legata relicta vltra legitimam de iure antiquo nõ valẽt:vt l. cũ patronus.ff.de leg.ij.& etiã hodie remittitur omne grauamẽ: vt l.quoniã in prioribus suprà titu.j.Remanet ergo qd prima solu.sit vera. Oppon.secundò,quando filio aliquid relinquitur , non habet locum querela,sed agitur ad supplementũ:vt suprà titu.j.l.omnimodo.& l. sancimus. sed hic istis fuit aliqd relictũ:ergo ista querela nõ debet agi,sed ad supplemẽtũ.Glo.dicit ꝙ ista lex habuit respectũ ad iura antiqua,quæ erant ante l.omnimodo. vbi habebat locum,querela,si minus legitima relinquebatur:vt s.tit.j.l.cũ quæritur.& idẽ glo.repetit hic in iij.q. An verò hodie haberet locũ ista querela,glo.hic videt velle variare.Nã primò dicit ꝙ potest agi querela inofficiosę donationis:& põt agi cõdictione ex illa lege ad supplementum:& ita vtrunꝙ remediũ habet.Postea j. in iij. q.videtur dicere,ꝙ sicut in querela inofficiosi testamenti est facta immutatio : ita etiam in hac querela.& vide glo. Videte, querela inofficiosi testamẽti semp rescindebat testamentum in totũ , respectu eius cõtra quẽ agebatur:ideo fuit introductũ remediũ l.omnimodo.s.tit. j. Sed querela inofficiosæ donationis quandoque rescindit vsqꝫ ad legitimam tãtum, vt statim videbitis : & isto casu nõ fuit necessariũ re=
c medium l.omnimodo. Vnde hoc casu potest esse verum primum dictum glos. quia habet condictionẽ ex l.omnimodo.& habet querelam,quia omnino ad idẽ tendũt vt legitima suppleatur.non enim est aliud ista querela,quã ius agendi ad supplemen tũ. Quandoꝙ per hanc querelã reuocatur totum quod est donatũ:& tũc est verũ secundũ dictũ gl.ꝙ hodie debet agi ad supplementũ,non reuocari in totũ , si aliquid est relictũ:ar.l. omnimodo. Sed cõtra primum dictũ oppo.dixi ꝙ duo remedia habent locũ,cõtra j.e. l.si filius. Sol.Dico† ꝙ
1 querela inofficiosæ donationis nõ cõcurrit cũ alio remedio quod esset ante istam legẽ:sed bene cõcurrit cum alio , quod est inuentum post hanc legẽ:vt j.ti.j.l.j.& ibi
2 dicã. Quæro† in quantũ fit reuocatio [c] p
c querelam inofficiosæ donationis. In hoc sunt opi.Azo.dicit indistinctè ꝙ semp fit reuocatio vsqꝫ ad legitimã,quaten⁹ est gestũ immoderatè.vt ꝓbat j.e.l. si totas. & l. si mater.& l.si liqueat. & quasi p totũ istũ tit. Cõtra istã opi.op.de l.titia.§. Imperator.ff.de lega.ij.vbi dicit ꝙ reuocat dimidia. sed expone ibi , dimidia quę est vltra
ǁ dodrãtẽ. Op.secũdò,plus iuris habet filiꝰ, quã patron⁹ in bonis liberti vt l.si qs legatũ §.fi.ff.ad leg. Cor. de fal. sed ego video ꝙ patronus reuocat in totũ : vt l. si libert. §.fi.de iure pa.ergo idẽ in filio &c. Huius timore H.recessit hic ab opi.Azo.† & distinguit sic : aut donatio est inofficiosa re & cõsi.aut re tm̃;vt primo casu fiat reuocatio in totũ:ar.d.l.si libert⁹.in fi.& ita intelligat.d.l.titia.§. Imperator. Scdo casu reuocet quaten⁹ immoderatè est gestũ.& ita intelligant quasi oẽs ll. istius tit. Ista opi. videt cõtra casum l.si liqueat j.eo. vbi fuit inofficiosa re & cõsilio & nõ reuocat nisi vsqꝫ ad legiti.Itẽ ista distin. videt cõtra l. si vncꝫ.j.de reuo.do.vbi nõ fuit inofficiosa consi.& tm̃ reuocat in totũ.ideo do.Dy. distinguit in hac materia sic : Aut qs donat añ natiuitatẽ filiorũ reuocare volẽtiũ. aut post.Si ante;aut extraneis,aut liberis.

& pupil.& in l. multi.de lib.& posth. & in l.si emancipati.j.de colla.

☙ P. P A V. P.

a ¶ Trãsmittit.Ita bal. in l.j.ĩ pe.co.j.de inofficio.dona. An aũt testamẽta militũ vel clericorũ subijcianꝫiuri dicẽdi nullũ ex ꝑteritione parẽtũ vel filiorũ, vide latè Barb. in ca. ꝙ nos.in iij. colũ. & seq.extra de testa.

b ¶ ff.e.l.Papini. Addꝫ qd' Bal.ĩ c. j.de duo. fra. de nouo bñficiue. dixit, ꝙ peculiũ aliꝫ castrense,aliud paganũ,& paganũ est duplex:vt ibi latè. & de istis peculijs vide spe. de act.§.fi. ℣.f.qd si de peculio. vtrũ autem istud ꝙ ꝙrũt notarij, dicaꝫ quasi castrẽse,ſ. in salarijs suis , Bald. ꝙ sic,& in l. forti. de aduo.diuers. iudi. & ibi dicit , secus fortè ĩ salario procuratorũ, & aliorũ negotiãtiũ.

c ¶ Reuocatio. ad quã tũ fiat reuocatio. per hãc querelã.opi.Bald. hæc est ꝙ nõ fiat reuocatio , nisi vsqꝫ ad legitimã idistictè , ꝑterquã in casu illi⁹. l. si vnquã. j. alle.Vtrũ aũt reuocẽt legata vt inofficiosæ donationes, an verò vt legata & si nõ sufficiant primò donationes.& istud vltimum tenet hic Bal.in vij. col. Et formam libelli ponit hic Bald.in vij.col.& modũ articulãdi per eũdẽ ĩ l.si qs in suos. s.tit. j. & ibi dũ dicit valere libellũ . peto mihi restitui legitimã.Hãc materiam limita,si alteneť res, ꝙ hibita alienari : nã licet interueniret iuramẽtũ:si tamẽ in fraudẽ legitimæ non esset opus q̃rela , sed ipso iure nõ tenet , vt singulariter no. Imo. in ca.cùm contingat. in xij.col.de iureiuran.

☙ P. P A V. P.

¶ Reuocatio.vide ad Bart.in l.Titia.§.Imꝑator. de leg.ij. Itẽ ad de circa istã materiã reuocãdi , alienata in fraudẽ legitimæ filiorũ : qd si pater ad ludũ azardi amisit oĩa bona sua an possit fili⁹ reuocare:vide Bal. ꝙ sic.quẽ refert Ia.ĩl. si arrogator.ĩ x. co.ff. de adop. vbi ẽt ponit qd si alienatio fit tit. onerosa.ꝙ nõ ꝓiudicet filio, nisi cõstet de actuali numeratione pretij : quia nõ creditꝫ patri de pretio confitenti in instrumẽto. de quo vltimo scripsi etiam ad Bartol. in l. cum quis decedens. §.codicillus. de legat. ij. De alienatione facta tit. onero. vide ad Bart.& qd ibi habes in l. non vsqꝫ ad eo.ff.

fi qs à pat.fue.ma. & latiſsimè barb.ī c.rai. col.xlv.& ſeq.de teſt.

a ¶ Gul.de Cug. Vide Bart.in l.ſi totas,j. eo. & q̄ dixi i d.l,ſi vnq̄. & vide oīno ſingul. Bal.in l. ſi cum vel in vtero.j.de teſta.milit. & in auē. ex cauſa. in v.col.de lib.& poſth. & vide not.per gl.& doc.ī l.fi.d do.& vtrū illa lex, ſi vnquā habeat locū qñ fit donatio ad pias cauſas,qđ nō reuocaī niſi in legitima.Et idem tenet Abbas Sicul. in d.ca. fi. quia nō debet eſſe minus clara aſa cp̄ fili⁹. auē. ſi qua mulier, de ſac.ſanct.ecc. canonizata, xvij.q.vlti. ſi qua mulier. Pro hoc gl.xvij.q.vlti.c.fi.ſenfit gl.in d. c.fi. de do. dū dicit,cp fuit ibi revocata iure poli : hoc eſt, ex quadā natura li ætate. Idem ſentit Bart.in l.Titia.§. Imperator.ff.de leg. ij. in quadā q. & facit qđ ipſe no,in l.j. C. de ſa, ſan.ec.Ita refert Abb. ī d.c,fi.& ibi vide gl.

A DDE an donatio revocet in totū, vſq; ad legitimā.Bald. conſil. ccccl xj.ij. li. & lxxxiij.j.lib. Ro.cōſi.xcv. & cclxvij. & inquātū dicit cp donatio facta ad pias cās nō revocaī niſi vſq; ad legitimā. Dic verū eſſe ſi dictū fuit pro anima.al's ſec⁹, vt voluit Bal.cōſi.ccexlj. ij.lib.

b ¶ Ab initio valet. ad de cp donatio omniū bonorum facta filio naturali tantū tenet j. oēs debitores. §. Lucius.ff.q̄ in frau.cred. & vide Bal. in ru. C. eo.tit.in ij. col, & hāc legē & ſimiles intelligе vt p Bar. in l.frater à fratre.in vlt. col. illi⁹ legis. ff. de condi. inde. & fallit in caſu ſingul.l. cū oportet.§. ſinaūt.& ibi Bart. de bo.que li, & p eo qđ dixi in l.ij.ff. de dona. poſt Bartol. fallit iſta lex. in donatiōe facta à lege fuo filio in ptāte:qa valet incōtinēti ſecūdū Bal. in c.j.§. item ſacramētum. de pace iur.firm.ſed de materia huius legis vide hic per Iac.de Bel.Itē fallit in donatione facta ſtudiorū cauſa.& Bal.& Ang. in l.j.ſol. mat.licet Imol.cōtra.

A DDE an valeat donatio facta filio naturali Ro.conſi. cccxcvij.& ccccl xxxiij.

c ¶ Tene alterā. Donatio morte cōfirmata retrotrahit. vide in l. j.& iij.ff.pro dona.

d ¶ Retrotrahitur. Sed an iſta donatio cōfirmet per emācipatione,& qūo tunc vide text.in l. ſiue emancipatis.j. de do. per hāc

Si extraneis in totū reuocaī vt d,l. ſi vnq̄. j.de re.do.ſi liberis ; tūc reuocaī vſq; ad legi.vt j.e.l.ſi totas. Si aūt donat poſt natiui tatē,tūc tene diſtinctionē Hug.aliquo addito;aut donatio fuit inofficioſa re,& cōſilio:& reuocaī in totū, arg. d.l. ſi libertus. in fi.de iure patr. Et intellige, cp fuit facta extraneis;ſecus ſi liberis.vt l,ſi liqueat.j.e, Si verò fuit inofficioſa re tātū.reuocaī vſque ad legitimā:vt hac l. & quaſi p oēs leges hui⁹ ti.Gul.de Cu. [a] videt dicere cp l.ſi vnq̄.de reuo.do.nō habeat locum, niſi qñ donatio eſt facta liberto. ſec⁹ ſi eſt facta alij extraneo;qa tūc nunq̄ reuocaī,niſi qua tenus immoderatè eſt geſtū. Pro hoc facit hæc lex, quæ æquiparat ſiue donatum ſit extraneis,ſiue filijs. Iſta opi.Gul. eſt cōtra caſum vnius decre.xvij.q.iij.c.fi.quā alle. ſ.de epiſ.& cle.l. ſi quis ad declinandā, circa prin. Tamē vt ego reſpondeā huic legi, & vt ſuſtineā dictū Hug.debetis aduertere, cp qñq̄ donatio reuocatur ex præſumpta volūtate donantis:vt puta donauit alicui quis nō habens liberos,nec ſe habere putabat.Certè ſi poſtea naſcantur liberi,donatio reuocaī.Ineſt enim tacita conditio ſi liberos nō habuero.De iſta loquiī l.ſi vnq̄, & d.c.vlt.de hac etiam poteſt loqui l, ſi totas,j.eo.Quædam eſt reuocatio,quæ fit cōtra voluntatem donantis, per iſtum tit. vt qñ ſciens ſe habere filios donat ; & quādo ſciēs ſe nō habere cogitauit cp etiā ſi filios ſuſciperet,volebat iſtā donationemvalere & ſic nō fuit illa tacita conditio, ſi liberos nō habuero:tunc fit reuocatio per iſtū tit, Reaſſume ergo ſic:Aut quæris de reuocatione, quæ fit ex præſumpta volūtate donantis propter ſuperueniētes liberos ; aut de ea quæ fit cōtra voluntatem donantis, Primo caſu, aut donatio fuit facta liberis; & reuocaī quatenus immoderatè eſt donatū ; vt j.e.l.ſi totas. Aut fuit facta extraneis ; & reuocatur in totū ipſo iure : vt l.ſi vnq̄.de reuoc,do.& xvij.q.iij.c,fi.Si q̄ris de reuocatione,quæ fit per iſtū tit. diitingue,aut fuit inofficioſa re & cōſilio,aut re tantū. Primo caſu, aut donatio fuit facta liberis,& reuocatur quatenus eſt immoderatè geſtū:vt j.e.l.ſi liqueat. Aut fuit facta extraneis:& reuocaī in totū. arg,l.ſi libertus.in fi.de iure pat.Nec obſt.iſta lex,quæ æquiparat,ſiue donatio ſit facta extraneis, ſiue liberis.Nam eā intelligo,qñ ab initio fuit inofficioſa re,& nō cōſilio,& quod dicit in text.ad excludendū inofficioſi querelā &c,intelligas cp hoc contigit ex euentu,nō ex propoſito. Vel aliter ſi intelligas cp hic fuit inofficioſa cōſilio:rñ.cp hoc non declaratur quatenus fiat reuocatio,Intelligas ergo ſecundū prædicta aliter in filijs, aliter in extraneis. Scdo caſu qñ donatio fuit inofficioſa re tantū,ſemp reuocaī quatenus immoderatè eſt geſtū.Ita intelligūtur oēs leges huius tit,Sumus expediti de iſta qōne. Quæro ſecundò,& tūc reintro gl.ibi:ſextò q̄ro &c.qd ſi aliqs primò,donauit dodrātē poſtea fecit teſtamētū,& filiū inſtituit in reliqs trib⁹ vncijs, & ab eo multa legata reliqt;an propter iſta legata poſſit agi q̄rela inofficioſæ donatiōis? Dic vt in gl.quā vide. Quicquid gl.dicat,breuiter veritas † eſt iſta, cp q̄rela inofficioſæ donationis in caſu p̄dicto locū nō habet: cū iſte filius fuerit tātū in legitima inſtitutus,legata ab eo relicta ſunt nulla:vt l,qm̄ in prioribus.ſ.eo.ti.& l.cū patronus.ff.de leg.ij.vnde filius habet legitimā;& de donatione nihil venit reuocandum. Quæro tertiò,& eſt ſeptima q.in gl.& quæro qd ſi pluribꝰ ſingulariter donauit,& vltima eſt inofficioſa;an oēs aliæ veniant reuocādæ. Glo.dicit,cp breuiter diſtinguēdū eſt;vt ſ. Tu dic,† aut donatiōes fuerūt ab initio invalidæ:ſed eodē tempore ſunt cōfirmatæ, vt puta p mortē;& tūc de omnib⁹ fit reuocatio p rata;arg.j.ad l.Fal.l.in donationibus. Si verò donatiōes fuerūt ab initio valídæ:& tūc reuocaī ſolū vltima,q̄ ſit inofficioſa:vt l.ſi libertus.in fi.de iure pat. Quærit glo.tres alias quæſtiones,de quibus dic vt in gl.qa ad eā nihil addo:et multa alia ſingularia vtilia dixi in hac materia ī d.l.Titia.§.Imperator.ff.de le.ij.dic vt ibi &c.

legē etiā dicit expreſſē Bal.in auē.ſi quas ruinas .ī vj.col.C.de ſac.ſan.eccle.quòd pī reuocaret donationē quā ipſe fecit filio in ptāte.qđ no.& eſt caſus in l.ſiue emācipatis.C.de do.& dixi in d.l,ſi frater à ſſe.et facit ad hoc l.titia.§.fin. §.Lucij⁹.de leg.& qđ hic do, Bal.de donatione alimentorū.& ibi Bart.in l.ſi totas, j.eo.& vide Bal.in l. filia.in j col.j.fa.erciſ. Et an valeat donatio facta à matre filio in poteſtate, vide gl.& Bal.in l.ſi conſtāte j. de do.iter vi,& vxo.

1 ☞ *Donatio inter patrem,& filium,quando ualeat.*
2 *Querela inofficioſæ donationis,ceſſat quando aliud remedium poteſt habere locum.*
3 *Donatio immoderata non confirmatur morte,in eo quod eſt immoderata.*
4 *Donatio cp non retrotrahatur,quantum ad dominium,ſed quantum ad fructus.*
5 *Hæres quando poßit uenire contra factum defuncti.*

LEX II.

SI pater. Si pater donauit filio in poteſtate,quaten⁹ immoderatè donauit,morte nō cōfirmaī:ideo ad reuocādū nō eſt opus querela.ſi donauit filio emancipato ab initio valet; [b] & querelæ eſt loc⁹.h.d.Opp.& videt,cp donatio inter patrē & filiū in poteſtate nō valet. Vidiſtis in l.donatiōes.j.de donat.inter vir,& vxo.Oppo.de l.Pomponius Philadelphus.fami.erciſ.So.Re-
1 gula eſt † cp nō valet donatio inter patrem & filiū.fallit in quibuſdā caſibus quos gl.hic ponit.quā vide & not. In iſtis ergo caſibus,quib⁹ donatio ſtatim perficiī,nō ſufficeret act.fa.erci. ſed eſſet locus querelę inofficioſæ donationis:niſi fortè poſſet
2 ſubueniri filio per officiū iudicis ex ti.de col. Tūc † enim ſi haberet aliud remediū,ceſſaret iſta querela;vt l.ſi filius.j.e.Opp. ſecūdò de auē.vñ etſi parēs.ſ.tit.j. Sol.Intellige,cp ibi donatio fuit facta propter merita ſua:& ſic ex cauſa aduētitia;& ſic ita tim tenuit,meritò eſt locus querelæ.hic verò,quādo donatio ab initio non tenuit. Venio ad ſecundā glo.opp.in fa.erciſ.iudicio nō venit niſi illud qđ erat ī bonis tēpore mortis:vt ff.fa. erciſ.l.& puto.Sed iſtæ donatiōes cōfirmātur morte,& retrotrahūtur:vt j.de do.inter vir.& vxo.l.donatiōes.ergo apparet cp nō erāt in bonis tēpore mortis.Glo.ponit plures ſo.tene alterā [c] de duabus.Prima,cp hæc nō cōfirmatur † morte in eo,cp
3 immoderatè eſt donatū.& iſta eſt bona quantū ad iſtā leg,vel
4 aliter,& † ſubtilius,cp retrotrahiī [d] quantū ad fructus:nō autē
d quantū ad dominiū.Ita tenet gl.hic,& in d.l.donationes.j.de do.inter vir,& vxo. Contrariū videtur tenere in l.ſequens q. de le.ij.& l.ſub cōditione ff.de ſol.Sed iſta gl.eſt verior,vt ibi dixi.Opp.cp hæres nō poſſit venire contra factū defuncti:vt l,
5 cū à matre.j.de rei ven.Sol.hæres † nō poteſt venire cōtra factum defuncti:verum eſt,niſi quando à defuncto nō habet totū illud,cp ſibi habet neceſſe reliquere,habuiſtis plenè not.j.ſi quid in frau.pat.l.j.& ij.Item opp.iudicium fa.erci.non competit,niſi inter hæredes:vt ff.fa.erciſ.l.j.& ij.Sol.intellige hic ambos filios fore hæredes,ſecundū glo.& Cyn.circa hoc dicit multa verba,quæ pro nunc hic omitto.

RRecibus. Hæc querela locum habet,etiā quādo dominans ab inteſtato deceſſit.h.d.

SI filius tuus. Aliud auxiliū extraordinarium iſtā querelā excludit.hoc dicit, No.quod dixi in ſummario,Not.querela inofficioſæ donationis datur parētibus cōtra donatarios,quibus liberi donauerunt.h.d.

1 ☞ *Donatio immoderata facta liberis,reuocatur propter ſuperuenientiam liberorum beneficio l.ſi unquam.*
2 *An hæc reuocatio fiat patre uiuente?*

SI totas. Quod īmoderatè liberis ē donatū pp ſuperueniētes libros,ēt viuo donatore reuocaī. hoc dicit

hoc dicit. Quæro vtrum †reuocetur ipso iure, an per querelã quidam dicunt quod ipso iure: per l. si vnquã. de reuoc. do. Alij dicunt per querelam. & istud vltimum videtur tenere gl. Ego teneo primum. Sicut enim quãdo donatur extraneo, ineſt tacita conditio, ſi liberos non habuero: vt dicã in l. ſi vnquã ita quãdo donat vni ex liberis, ineſt tacita cõditio, ſi alios liberos non ſuſcepero: & tũc reuocatur quatenus immoderatè eſt donatũ. Præſumẽdum enim eſt, ꝙ tantũ non donaſſet, ſi de iſtis liberis cogitaſſet vt hic, & in l. ſi filię pater. de le. iij. de fun. inſtr. l. quę ſitũ. §. ſed & ipſe Papinianus. hoc etiã apparebit ex eo ꝙ dicã. j.
2 ,pxi. qõ. Quæro †vtrũ hæc reuocatio fiat viuente donatore, an poſt ei⁹ mortẽ. Gl. hic videtur dicere ꝙ poſt mortẽ tantũ. ꝙ videtur cõtra iſtũ tex. qui loquitur patre viuẽte. Et ex hoc apparet, ꝙ nõ habet locũ querela inofficioſæ donationis: qa illa haberet locũ poſt mortẽ, ad ſimilitudinẽ inofficioſi teſtamẽti. facit ad p̃dicta optimè l. Titia Seio. §. Luci⁹. de leg. ij. Opp. de l. ſi vnquã. de reuo. do. So. Ibi donauit extraneo: hic vni ex liberis.

VM donationibus.

Impedit intentare hãc querelam, qui iudiciũ defuncti agnouit, vel aliud remediũ habet, vel ei quantũ ſufficit ad legitimã eſt relictũ. h. d. Dicitur hic, iudicium defuncti agnouit. Quæro, quomodo intelligitur agnouiſſe. Dicit glo. expreſsè renũciando, vel accipiẽdo legatũ: vt. ſ. tit. j. l. parẽtibus. Iſtud ſecundũ, ꝙ accipiẽdo legatũ videatur querelæ renũciare, nõ placet: nã per hãc querelã. non reſcinditur teſtamentũ. vnde licet accipiendo legatũ ego approbẽ teſtamentũ, & per cõſequens repellar à q̃rela inofficioſi teſtamẽti: non tñ repellar à querela inofficioſæ donationis, per quam cõtra teſtamentũ nõ venitur: ſed petitur vt legitima ſuppleat: vt. ſ. tit. j. l. ſi qñ. §. fi. Itẽ dicit glo. ꝙ curſu quinquennij videtur renunciare huic querelæ. ꝙ ſatis placet, &c.

SImater.

Donatio reuocatur, quatenus immoderatè eſt facta hoc dicit.

a

SIliqueat.

[a] Donatio fctã vni ex liberis ĩmoderatè re et cõſi. reuocat, quaten⁹ geſtũ eſt ĩmoderatè. Itẽ ĩ eo ꝙ vxor donat de bo. viri, debet inſpici an filij p illã donatio. ĩ bõis viri fraudent. h. d.

NOn conuenit.

Eiuſdẽ naturæ eſt querela inofficioſi teſtamenti, cum hac querela. hoc dicit. Fallit ĩ caſibus, vt dicit glo. quos habetis notatos in gl. noſtra quã potes videre.

b *De inofficioſis dotibus* [b]. *Rubrica.*

1 *Filij qual iter dicantur defraudari per conſtitutionem dotis inofficioſæ.*
2 *Querelam inofficioſæ dotis quando aliud remedium excludat.*

LEX vnica.

VM omnia.

Si per donationẽ in dotem filij legitima defraudentur, reuocatur per querelam inofficioſæ dotis. hoc dicit. Opp. ꝙ per conſtitutionem dotis filij non defraudentur: nam filij ſuccedunt in dote ſicut in alijs bonis matris: vt. ſi quidem. j. ſolu. matri. & l. illam de coll.
1 Sol. Intellige †ꝙ hic dedit dotem & pactum appoſuit vt vir lucraretur eam vxore mortua in matrimonio. Ita intelligit glo. j. Vel aliter pone exemplum, hodie per ſtatuta quæ ſunt in ci-
c uitatibus, [c] vt vir lucraretur tertiam partem dotis, vel dimidiam: nam ſi per hoc lucrum legitima filiorum minuatur, reuo-
2 caretur per hanc querelam. Opp. †aliud auxilium hanc querelam excludit: vt l. ſi filius. & l. cum donationibus. ſ. tit. j. ſed filij primi matrimonij habent hodie remedium l. hac edictali. j. de ſecund. nup. ideo vide ꝙ hoc remedium non competebat. vnde Azo dicebat hodie remedium huius legis ceſſare Hug. verò dicebat hanc legem concurrere cum alio remedio: & ſic differat à præcedentibus. do. Iac. Butr. dicebat quòd hoc remedium, & etiam præcedentia poſſunt concurrere cum alijs remedijs poſt hanc legem inductis, non tamen inductis ante: & ſic ceſſat contrarium. Tu dic ꝙ cõtrarium nullo modo obſtat: nam auxilia competũt ad diuerſa. illud enim quod reuocatur per l. hac edictali. non computatur in legitimam portionẽ: vt l. hac edictali. §. j. & not. in auth. de nup. §. optimè. Sed per remedium huius l. reuocatur vt habeat legit. ideo vtrunq; remediũ habebit. & hoc, put ponim⁹ in liberis primi matrimonij qui re-

a [a] Si liqueat. De intellectu huius legis. in fin. vide Barto. in l. j. in princi. de do. & circa hoc vide hic per Bal. vide Barto. in conſi. domina Petronupſit. alias incipit in Christi nomine. punctus quæſtionis talis eſt domina. P. de iure dona. in eodem inſtrumento. Et quid ſi maritus, & vxor vendiderunt fundum dotalem & mulier confitetur ſe participare pretium, de quanto præſumatur, vide Bald. in l. mater. in vlt. colum. de rei ven. & conſulit Barto. & Bal. in authẽ. ſi qua mulier. ad Velleia. & ibi Saſlic. & tenet opi. Bal. etiã ſi interuenit iuramentum. alle. Spec. de ſolu. §. cum omnimodo cum ſol. Bart. & eius opi. indiſtincte procederet, quando mulier eſſet cõfeſſa in iudicio, qđ not. dicta authen. ſi qua mulier. & ibi Bal. & ita in illo caſu tenet Lu. Ro. in l. ſi cũ dotẽ. §. tranſgrediamur. ſo. ma. addde Bald. in l. j. ĩ ij. col. de duo. reis.

uocant à ij. coniuge. poſſumus intelligere etiã hãc l. in filijs naturalibus, qui reuocãt à cõiuge p bñficiũ huj⁹ l. qb⁹ nõ cõpetebat remediũ l. hac edictali. qm̃ ſcđm mr̃imoniũ nõ interceſsit. Itẽ poſſumus ponere ĩ filijs eiuſdẽ mr̃imonij: quia videt patrẽ lucratũ eſſe omnia bona ex pacto, & ex lege & ſic videt ſe grauari legitima. Sed fortè hoc nõ ,pcederet: qm̃ illud, qđ lucrat, debet ipſis filijs reſeruare: vt l. j. j. de ſe. nu. aut. hæres. & aut. vxore. eo. Poſſumus etiã ĩtelligere, qñ mulier nõ dotauit ſeipam, ſed dotauit filiã vel aliã perſonã extraneã ĩmoderatè: vt tũc reuoceť per hãc querelã, ſcđm Pla. ſed iſta
d nõ placet [d] quia tũc illud dotare eſſet donare: vt l. j. §. accedit. de rei vxo. actio. & ideo tunc haberet locum remedium præcedentis titu. & iſtud non eſt neceſſarium, &c.

¶ Dare fideiuſſores. Nota quid ſi vſufru-ctuarius non p̄ot ca-pere, & vt ſufficiat iuratoria cautio,duo requirũt̃:vt no. Bar.i auẽ.gn̄aliter,in pri.de epiſ.& cle.& q̄ iſta difficultas ſemp pro-betur p̄ iuramẽtũ vt pueniat ad iuratoriã cautionem:licet Bal. in l.j.C. de aſſert.tol. Sed ille text. videtur ſubtiliter in cõtrariũ & adde Bald.in d.l.j. §.j.i fi. vbi q̄rit vtrũ ſemp ſufficiat iſta iu ratoria cautio. Itẽ nõ ſufficit iuratoria cau tio, vbicũq; iuraſſet qs ſe ſemel præſenta re, & nõ obſeruaue-rit.aut ei,q. & q̄ ibi Bal.in primis verbis de bo.autho.iud.poſ. Ad hoc q̄ not.Bal.in c.qua frõte.poſt gl.in fi.de appe.imò etiam videt̃ ibi in d.auth.ei q̄ dicere hoc eſſe ve-rũ,vbi ſolum qs fuit contumax etiã abſq; periurio : & ad quæ-ſtionẽ gl.hic,& doct. vide etiã Bal. in l.hac edictali.§.hic illud.in pe.col.de ſecun.nupt. & adde q̄ vbi qs li-beratur à ſatiſdatiõe eo q̄a non p̄ot,& q̄ deuenitur ad iurato-riã cautionẽ, non de-bet ſolũ promittere, ſed cũ hypotheca bo norũ,p̄ l. filio.& ibi Bar.vt legã no. caue. & tex.in auẽ.ct i reli-ctũ.de indi. vidui.& adde ſcd̄m Flor.hic ſtatur iuratoriæ cau-tioni:hoc eſt verũ , ſi qs nõ p̄ot cauere ,p-pter paupertatẽ: ſec⁹ ſi ,ppter malos mo-res nõ p̄ot fideiube-re:quia tũc nõ audit̃ cũ eius iuramento.l. iij.§.à barbaris. de re mili.& d.§. his illud. & c.per vr̄as. de do-na.inter vi.& hoc fuit de mẽte Bald.in auẽ. cui relictũ.in ij. col.j. de indi.vidui.& doc. in c.qua frõte.in fi.& app.Itẽ iſtis in mate-ria adde q̄ no. Cy.in l.vniuerſa. & ibi di-xi poſt Bal. ĩ.de p̄ci. Impe.offe.Et ad quæ-ſtionẽ.de qua hic, vi-de bonũ tex.ĩ l.filius fa.§.diui.verſi. itẽ pri-ceps.ff.de leg.j.& q̄ ſufficiatiuratoria cau tio,vbi non poteſt ſa tiſdari. & ex tex.not. in l.ſi cõſtante.§. quo ties ſolu. matri. & q̄ not.in l. in poſſeſſio-nem.in prin. quib.ex leg.no.ca.ibi, fiſcus nõ cauet.Solu.Caſus ſp̄alis eſt in fiſco.Itẽ opp.de l.fi.§. ſinaũt.j. de bo.q̄ lib.Sol.†Etiã eſt caſus ſpecialis in patre,vt colligit̃ in d.§.ſinaũt. nã nõ tenet̃ ille cauere:ſicut & aliàs nõ tenetur redde-re rationẽ[a] adminiſtratiõis,vt ibi,niſi do-losè geſſerit:q̄a tũc tenet̃ reddere rationẽ adminiſtratiõis:vt l.Imperator.& ibi not. ff.ad Trebel.Itẽ opp.de l.ſi ,vſufructuari⁹. §.planè.& §.illud.ff. vſufruct. quẽad.cau. Sol.†Ibi vſusfructus erat relictus purè,p-prietas ex cõditiõe:& ita ſperabat̃ de ,pxi-mo vſusfruct⁹ cõſolidari cũ ,pprietate: & ſic vſufructuari⁹ vtebat̃ quaſi re propria: & ideo nõ cauet.& iſta eſt ratio legis con trariæ.Pro declaratiõe legis nr̄e quærit gl. †Ecce vſufructuarius debet cauere,& da-re fideiuſſores de vtendo &c.arbitrio bo-ni viri.Pone q̄ non p̄ot dare fideiuſſores[b] nũq̄d gaudebit cõmodo[c] vſusfruct⁹? Qui dã dixerũt q̄ nõ:imò res debet ſeq̃ſtrari:vt l.litibus.de agri.& cẽſi.lib.xj.C.Illa opin. nõ vr̄ vera.Nã regulariter ſequeſtratio eſt prohibita,niſi in caſib⁹,inter quos iſte nõ enumerat̃:vt l.vnica.& q̄ ibi not.j.de ,phi. ſequeſt.& l.ſi fideiuſſor.§.fi.ff.q̄ ſatiſ. cog. Quare dixerũt alij , q̄ ſi ipſe velit ,pmitte-re ,pprietario ſcd̄m formã.l.hac edictali. §. his illud.j.de ſec.nup.q̄ admittet̃ ad vſum fructũ.Iſta opinio reprobat̃ in glo.& me-rito.nã ibi eſt ſp̄ale in mr̄e cõuolãte ad ſe-cunda vota,vt hic patet.Quare gl. nr̄a hic dicit,q̄ ſi non p̄ot dare fideiuſſores , q̄ ipſe nõ gaudebit cõmodo vſusfruct⁹:vt l.vxo-ris vſusfruct⁹.ff.de vſuf.leg.Sed cõtra iſtã ſol.gl.poſſet inſtari de §. ĩpoſsibilis. Inſti. de hære.inſti.Sol.Dicit gl.ibi loquitur de impoſsibilitate de natura vl̄ de iure:hic in qõne nr̄a de impoſsibilitate facti.Vel me-lius ſm dictũ do.Iac.dicatis†q̄ impoſsibi-litas excuſat aliquẽ,vt ĩ cõtrario: ſed diffi-cultas p̄ſtatiõis nõ excuſat: vt l.cõtinuus. §.illud.de verb.ob.& ita intelligit̃ qõ nr̄a. Sed vlterius,cõtra determinationẽ gl. poſ ſet inſtari de l.cũ nõ facile.ff.ſi cui pluſq̄ per l.Falcidiã.vbi ſi nõ p̄t p̄ſtare fideiuſſores: remittit̃ iuratoriæ cautiõi. Huius timore Pe.& Cy.poſt eũ dixerũt,q̄ ſi vſufructua-rius velit iurare de vtẽdo fruẽdo arbitrio boni viri,q̄ ipe gaudebit cõmodo vſusfru ctus,& remittet̃ ſibi cautio:arg.in auẽ.cui relictũ poſita j.de indi.vidui.tol.& in cor-pore vnde ſumit̃.Facit ad hoc l.j.§.ſinverò j.de aſſert.tol.& ita tenet primã opin.poſi-tã hic in gl.Gul.de Cug.tenet q̄ res debẽt ſequeſtrari apud quẽdã bonũ virũ , q̄ vſu-fructuario p̄ſtabit cõmoditatẽ vſusfruct⁹: arg.l.poſtq̄.§.Imperator.vt leg.not. caue. Crederẽ poſſe ſaluari opin.vtriuſq;:& ſic. Nã aut p̄ſona vſufructuarij eſt p̄ſona ſuſpe-cta:& tũc dicerẽ q̄ haberet locũ opi. Gul. q̄ res debeat ſequeſtrari ſm formã l.poſtq̄ §.Impator.p̄alle.Aut non eſt p̄ſona ſuſpe-cta:& tunc habet locum opin.Pet. videli-cet q̄ cõmittat̃ iuratoriæ cautioni: arg.in d.l.j.§.ſin verò.j.de aſſer.tol.Itẽ quæro,vi-detis q̄ vſufructuari⁹ debet p̄ſtare cautio-nẽ.qd ſi nõ p̄ſtitit cautionẽ,& fructus per cepit,nũq̄d fructus fecit ſuos[d]? Gloſſ.va-riãt.Habetis vnã gl.in l.ſi cui⁹.§.j. aliàs eſt l.ſi vſusfruct⁹.ff.eo.tit. q̃ videtur dicere q̄ nõ facit fruct⁹ ſuos.Aliã habetis in l.vxo-ri.la j.ff.de vſufr.leg.q̃ videt̃ dicere, q̄ fe-cit fructus ſuos. Quid dicemus? Gul. de Cug.cõcordat eas ſic.Aut vſufructuarius bona fide vſus fuit:q̄a fortè cautio nõ fuit petita ſibi ab hærede : & tũc vſufructuari⁹ facit fructus ſuos.& ita habet locũ gl.quæ eſt in l.vxori præalleg. Aut non fuit vſus bona fide:& tunc nõ facit fructus ſuos. & ita habet locum glo.quæ eſt in l.ſi cuius.§. j.de vſufru. & hanc eandem opi.ſm Cyn. Pet.format hic,& quodãmodo fuerũt ver ba Azo.in d.l.vxori.de vſufru. lega.&c.

SI pater. Vſufructuarius fru-ctus perceptos poſt tẽ pus vſufructui adiectũ tenet̃ reſti-tuere.h.d.Nota q̄ dixi in ſummario. Item nota q̄ finito vſufructu,poſt tẽpus ei adie ctum fructuari⁹ tenetur reſtituere omnes fructus,vt hic.Oppo.dicitur hic quòd vſu fructuarius[c] tenetur reſtituere fruct⁹ per-ceptos poſt tempus.quaſi videatur dicere[d] q̄ non teneatur de percipiendis. Sed con-tra de l.ſi nauis.§.generaliter.ff.de rei ven. & l.certũ.ſ.tit. proximo.Dixerunt quidã, quod hic eſt ſpeciale in matre quod nõ te-neatur de percipiendis. Iſta ſolut.eſt falſa[e] per l.ſi mater.j. de vſuris. quare dicatis q̄ iſta lex ſuppletur per iura contraria : quia licet dicat quòd teneatur ad fructus perce ptos,non tamen negat quin etiam de per-cipiendis teneatur.

1 *¶ Vſufructuarius poteſt obligare uſumfructum, id eſt, commoditatem utendi fruendi. & nume. 2.*

INtereſt. Maritus vſumfru-ctũ in dotem reci-piens, proprietatẽ obligare non poteſt;& idem ſi ,pprietatẽ inæ-ſtimatã in dotẽ reciperet:ſi verò æſtimatã obligare poteſt.h.d. Ad euidẽtiã , iſta lex habet duplicẽ intellectũ. Vnus eſt ſm gl. q̄ lex iſta ponat tres caſus:videlicet quan-do vſusfructus tm̃ datur in dotẽ. Itẽ qn̄ da-tur[f] ,pprietas inæſtimata.Item qn̄ datur æ-ſtimata.Legit̃ & alio modo, vt ponat qua tuor caſus.Et ſecundũ iſtã lect.debet addi caſus,in quo ,pprietas ſit æſtimata ea æſti-matiõe,q̃ nõ facit emptionẽ.Ponãvobis ca ſum ſm primã lec.quã gloſ.approbat,licet aliã nõ reprobet.No.q̄ dixi in ſummario. Oppon.dicit̃ hic q̄ vſufructuarius nõ p̄ot obligare ,pprietatẽ.Cõtra de l.fruct⁹ de re. iur.& l.ſi.ff.devſuris.hic aũt dr̄ cõtra.qua re malè.Sol.Dicũt q̄dã q̄ iura cõtraria loquunt̃ ĩ dubio.Certè iſta ſo.nõ vr̄ bona,q̄a nullũ habet ſaporẽ.Quare dic q̄ vſufru-1 ctuari⁹ nõ p̄ot obligare ,pprietatẽ,vt hic:† vſũfructũ ſic.Et ita ĩtelligãt̃ cõtraria.Cõtra.iſtam ſol.ĩſtat̃ de l.arboribꝰ.§.vſufru-ctuari⁹.ff.e.ti.& de eo q̄ ſolet notari §.itẽ finit̃.Inſt.e.ti.vbivſu fructuari⁹ p̄ot cedere.Sol.Aut vſufructuarius vult cedere vel vẽdere vl̄ obligare ius vtẽdi fruẽdi.Et dico q̄ ñ p̄t:vt d.§.itẽ fi-2 nit̃.Aut vult cederevl̄ vẽdeꝛ cõmoditatẽ †vtẽdi fruẽdi, & hoc p̄ot fieri:vt no.d.l.arbori.& d.§.itẽ finit̃.Inſt.e.ti.hic ñ ſũt alia.

1 *¶ In reficiendo,omnis expenſa pertinet ad uſufructuarium.*
2 *Vſufructuarius repetit magnam expenſam: & qua actione.nu.3.*
4 *Vſufructuarius uidetur conſtitutus procurator in rem ſuam.*

EVmad quem. Modica expenſa p̄tinet ad vſufructuariũ;magna ad ,p prietariũ.h.d.Quærit gl.q̃ actiõe vſufructuari⁹ repe tet.Rn̄det q̄ p̄ actionẽ negotiorũ geſt.Iſta gl.nõ pla cet mihi,licet em̃ modica expẽſa p̄tineret ad vſufructuariũ, & 1 magna ad dn̄m:tn̄ †omnis expenſa in reficiendo ſemp̄ pertinet ad vſufructuariũ. Siue ergo ſit magna expẽſa,ſiue parua,vſu-f fructuari⁹ debet reficere;licet magnã repetat[f],& paruã nõ:vt

cau.in poſ.ea. & per Pau.de Ca.ĩ d.§.quo ties.Et ,p iſta gloſſ.q̄ cautio neceſſaria nõ ſuppleatur p̄ cautio nẽ iuratoriã ĩ defectũ tenet Ro.ĩ l.ij. in pri. ſol.matr.p̄ text.in l.ij. C.de tu.q̄ ſatiſ.nõ de. Itẽ limita,niſi alio re medio cõtra nõ valẽ tẽ cauere.l. filiusfa.§. diui.de legat.j. & ibi Imo.& vide Imol. in l.non facile. ff. ſi cui plus cũ p̄ l.Falc.Item limita vt per Bald.in l.ij.ff.de vſufr.lega.

❧ POMATES,

¶ Cõmodo. Vide Pa nor.cõſil.xl. col.iij.in ij.du bio.vol.j.& in c. cũ cõſtet co.ſi.de epi. vbi tãgit de ſequẽ.ỹ-bis Bart.& Alex.cõſ. lvij.volu.iij. col.fina.

¶ Nũq̄d fructus fecit ſuos.Et vide Bar.in l. ſi homo. de vſufc.& aliq̄d ĩ auẽ.cuirelictũ p̄ Bal. in l.ſi.in ij.col. de indi.vidui.tollen.

¶ Vſufructuarius. Quos fructus perce-ptos poſt tempus te-neatur reſtituere.

¶ Magnam repetat. Adde q̄ cõtrariũ te-net Bal.quẽ refert & ſequit̃ Pau. de Caſt. hic:q̄a durũ eſſet vſu fructuario magnã ĩ-pẽſam facere de ſuo, deinde recupare. Vñ dicũt q̄ non tenebit̃ niſi ad paruam.vt eſt de natura vſusfruct⁹ nõ obſtãte q̄ ſit ,pcu rator in rẽ ſuã :q̄a il-lud verũ , quantũ ad defendendũ:nõ vt de burſa teneatur facere impenſam.

❧ P. P A V. P.

¶ Magnã repetat.Vi de aliq̄d p̄ Com.cõſ. lvij.in ij.colũ.circa fi-nẽ incip.monaſteriũ. Idẽ tenet Pau.de Ca. & Bar.poſt gl.in d.l. dãni.§.eius cui ad fi-nẽ de dã.infec.Cõtra tñ dicit hic Bald. & Pau.de Caſt.imò bñ cõſidera. vide q̃ ſcri-pſi in l. hactenus ad Bart.ff.de vſufruc.

ff.de

ff.de dā.infec.l.dāni.§.ei cuius. Vñ cū vſufructuarius expēdit de neceſsitate,nō pōt repetere per actionē neg.ge.vt l.hr̄des.§. idē eſt ſi vn⁹ fami.ercīſ.† Qualiter ergo repetet. Rñ.p actionē in factū;vt dicit iuriſcōſultus in ſimili in l.p̄tor.§.his verbis de bon.auth.iudi.poſ.q eſt bonus tex.ad hoc vt reputat p vtilē actiōe mādati;qa vſufructuarius † vī cōſtitutus ,procurator in rē ſuam à domino,circa curam rei.Iſtud probaī in l.j.in fi.cum l. ſeq.de ope.no.nunc.& l.j.cum l.ſeq.vſufruct.quemad.cauea.

1 ☞ *Vſufructuarius poßidet naturaliter tantùm.*
2 *Sola naturalis poſſeßio non ſufficit ad præſcriptionem.*

NEque fructuariū. Vſufructuari⁹, vel ei⁹ hæres nō p̄ſcribit proprietatē.h.d.Ratio eſt,dicit gl.& bene † qa nō poſſidet ciuiliter:ſed naturaliter tantū.† ſola autē naturalis non ſufficit ad præſcribendū:vt l.acquiriī.ff.de acqui.re. domi.per Dy.in c.ſine poſſeſsione.de reg.iur.lib.vj.Dixi pleniſsimè in l.iij.§.ex contrario.de acquí.poſſeſ.

VSufructu. Vſufructuarius,vel cui ſunt relictę operæ ſerui, alienandi facultatem non habet.hoc dicit.

SI domina. Habet duas lect.ſecūdū primam. h. d. Morte dñi non extinguitur vſusfructus. h.d. ſecūdū aliā lec. Morte eius q conduxit vſumfructū, vſusfructus cōductus extinguitur.h.d.ſecundùm aliam lect.magis notabilem.&c.

ABitatio. Habitatio finitur morte, & qui eam habet non poteſt alienare proprietatem,etiam in vltima voluntate.h.d.

1 ☞ *Quando tempus certæ ætatis apponitur ad excluſionem iuris iam quæſiti:in dubio facit diem,non conditionem.*
2 *Dictio donec,importat quandam conditionē extenſiuam.& de iſta dictiõe remißiuè.*

AMbiguitatem. Qñ † tēpus certæ ætatis apposito ad excluſionē iuris iā q̄ſiti,in dubio facit diē,nō cōditionē:& vſusfructus morte extinguiī. h.d. tota iſta lex.Et eſt iſta lex vnū de mēbris, q̄ ſit in l.ſi cui legeī de leg.j.& l.ex his verbis.de bon.auī. iudi.poſ.
2 Nota primò q̄ dixi in ſummario.Nota ſcdo, † q̄ dictio donec, hic importat cōditionē quādā extēſiuā. De hoc tāgiī p gl.in l. iiij.in prin.ff.de ſerui.tit.gñali.tex.q facit magisdifficilē iſtam materiā de dictione quouſcq;,& donec eſt tex.in l. pe. de excu. tu.Tu dic vt plenè dixi i l.j.ff.de cōd.& demō.tetigi.j.de le.l.j.

1 ☞ *Habitatio eſt ius per ſe,& qui eam habet : poteſt eam locare.*
2 *Habitatione legata,quod ex uſu loquendi quis intelligatur legaſſe dominium.*

VMantiquitas. † Habitatio eſt ius per ſe, & qui eā habet poteſt locare: [a] nō tñ pōt dominiū vēdicare : niſi hoc fuerit in cōcedendo expreſſum.h.d.Opp.ff.de vſu.et ha.l.cæterū.in prin.& l.ſed neq;.Sol.ibi loquiī i eo.cui relict⁹ eſt vſus tantū;hic in eo,cui relicta eſt habitatio.† Quæro,qūo poterit
b p̄bari,q̄ qs legādo habitationē,voluit legare[b] dominiū gl.rñ det & bene multū notabiliter ex vſu loquēdi. Sunt eī quidā, qui domū vocant habitationē:ſicut ſunt,quidam qui fundum appellant poſſeſsionē,reſpiciendo ad proprietatem,nō ad nudam poſſeſsionem;vt l.interdum.de ver.ſig.quod tene menti.

1 ☞ *Hæredis appellatio quando finiatur in perſona hæredis.*
2 *Liber homo quando poßit in perpetuum operas ſuas locare,remißiuè.*

c ANtiquitas. [c] Appellatio hęredis relata ad illud quod ſui natura nō eſt tranſibile ad hæredes, in perſona primi hæredis finiī.hoc dicit. Opp.de l.in annalibus.j.de leg.gl.di.ibi ſolui.
1 Tu dic quod † ibi appellat in hæredis refertur ad illud, quod ſui natura nō eſt tranſibile ad hęredes,etiā volentibus,ſeu volente teſtatore.Si em eſſet actū,quod ad hęredes tranſiret,non eſſet idē vſusfructus ille,qui eſt in perſona hæredis:& ille,qui erat in p̄ſona defuncti : vt l. ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita de verb. obli. Facit ff. quēad. vſusfru.amit.l.repeti.ſed legatū annuum ex natura rei legatæ bene poteſt tranſire ad hęredem,ſed non tranſit ; quia eſt conditionale pro annis ſequētibus. Adiicitur ergo ibi rei,quæ de ſui natura poteſt ad hæredes tranſire.ideo ſi bene reſpicis illam legem hæres nō capit tanq̄ legatum ſibi,

a ❧ POMATES. ¶ Locare. Quid in vaſallo habitationis an poterit ipſe locare,vide Bal.in præludio feud.in ſecunda diuiſione.& ibi do.Præpo.
b ¶ Legare dominiū.An per legatū hæreditatis videatur legatū dominiū.Faciūt nota.per Bar.in l.Quintus.§.argēto.de auro & ar.leg. not.q̄ ſi relinquitur habitatio,intelligitur pro ſe & familia. per id , q̄ not.Bald.in auē. habita.in ij.col.j.ne filius pro patre.
¶ Antiqtas.Adde ad hanc legem etiā Bar. in l. Sempronius. de vſufru.le.
❧ P. PAV. P.
¶ Antiquitas. Vide Ange. conſil. ij. Vide oino ad intellectum huius legis quæſcribuntur per Bart.in l. Gallus.§. et ſi parētē. circa finē ff.de lib.& poſth. Vide Iaſo. in l. in annalibus.j.de leg. ponentē quę ſit ratio huius legis,& cur diuerſum in legatis annuis: & an haberent locū in vſu. & an in fundo,vt ibi per eū.
¶ In perpetuū. Vide l.Titio cētū.ff.de cōdi.& demō. per Bar. in l.j.in vj.col.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt.& glo.j.loca. in l. ſi hi. & in l. poſt certi.C.de lib.cau.
¶ Corruptionem.Et vtrū illa lex habeat locum in hæreditate. Dic q̄ nō. qa nūquā admittiī, niſi morte: vt no. gl. & Bal.in l. cū antiquitas.ſ.eo.
☞ Pro cōcordia ad uerte q̄ actio p̄ſonalis cōpetens pro ſeruitute reali , vel perſonali, īpendēda,nōdū orta, tollitur ſpatio decē vel viginti annorū. ſecūdū Bar. hic i hac l.corruptionem.ſed do. Alex.hic in ſua apoſtilla allegat Bart. ſibi contrarium in l. ſi partē. ff. quemad.ſer.amit.Tu dic:non repetiī quod Bar.aliqd dicat i d.l. ſi partē. præter ſummariū. ſed adhuc ibi loquitur de ſeruitute impoſita & orta:patet dū dicit p vſum partis loci &c. Præterea aliud eſt in nihilo habere , ſeu vti actione:quo caſu loquiī prima opi. Aliud vti ,p parte: quo caſu impediī præſcriptio in totū.Adde ad Cepo.in tracta.ſeruitutū in j. parte.quæſtione viij.
❧ P. PAV. P.
¶ Corruptionē.Circa iſtā materiā quid ſi teſtator inſtitutis filiis hæredibus dicat q̄portionis Titij relingt vſumfructū aliis cohæredibus:qa tunc cōſidero q̄ duorantib⁹ beneficijs nō indiget Titi⁹ vſufructu portionis ſuæ;an talis vſusfructus fīniatur morte Titij, vide Ro.conſi.cccccxxx.in ij.columna.

d ſed tanquam legatum factū defuncto conſeruatum in eū.Opp.de l.ſciendū de verb.
2 ſig.Sol.Fallit ibi.† Vltimò gl.inducit iſtā legē ad quæſtionē,vtrū liber homo poſsit
d in perpetuum [d] operas ſuas locare, ſeu c obligare. De qua quæſtione plenè dixi in repetitione l. ſtipulationes nō diuiduntur ff.de verb.obligatio.

INter antiquam. Per alienationē partis ſerui,nō extīguiī vſusfructus ſeruo conceſſus. h.d.

1 ☞ *Actio perſonalis competēs pro uſufructu quòd tollatur longo tempore.*
2 *Promittens ſeruitutem, an dicatur promittere factum,an ius remißiuè.*

e ne COrruptionem. [e] Vſufructuarius non vtendo & perſonalis actio pro eo competens, ſpatio longi tēporis admittitur non minori:finiī etiam per mortē & capitis diminutionem non per minimā. h. d. Opp.gl.cōtra iſtam e legem multū fortiter: videī q̄ iſta lex non procedit in vſufructu relicto in teſtamento:nam ille ſtatim adita hæreditate eſt conſtitutus:vt l.ſi partē.§.j. quēad.ſer.amit.ſi-
f cut enim dominiū trāſit rectavia [f] in legata.ita etiā ius vſusfru.vnde ſtatim eſt conſtitutus.Si verò vſusfructus eſt promiſſus per ſtipulationē, ſi quidē non eſt traditus, non poteſt amitti:ſed ſi eſt traditus,iā perſonalis actio pro eo competens eſt extincta ſolutione.fruſtra ergo quęritur de per-
1 ſonali actione.Rogo† q̄ aduertas.Dico q̄ in vſufructu relicto iſta lex procedit ſine dubio:quia in vltima voluntate concurrit actio perſonalis cū reali quantum eſt reſpectum originis:vt l.j.& ij.j.cōmu.de leg. In vſufructu verò promiſſo inter viuos procedit iſta lex etiā antequā conſtituatur. Et ſecundū hoc erit mirabile,q̄ actio perſonalis finitur lōgo tēpore, etiā vſufructu non cōſtituto:& ita generaliter hic glo.in fi.videtur hanc legē intelligere. Ita etiā ſentit Azo in ſumma huius tit.Itē procedit hæc l.j.i vſufructu iā cōſtituto, nec tollaī actio perſonalis. Solutio. nam ille qui promiſit vſumfructum,tenetur ad factū, hoc eſt ad patientiā:iſtam patientiā nunquam tradit perfectè. Licet enim patiaī te frui hodie, fortè nō patietur cras. Ideo actio p̄ſonalis adhuc nō durat:quia vnà cū vſufructu ex-
e tinguitur. Ita etiā dicitur in l. pluribus.de verb.obli.& credo q̄ iſta gl. dicat veritatē Vltramōtani verò inſurgunt cōtra eā, &
2 † dicunt q̄ ille,q̄ p̄mittit ſeruitutē,nō promittit factū,ſed ius:vt hic refert Cy.& hoc tāgit in l.ij.§.j.de verb.obl.& ibi hunc paſſum examinaui perfectè,& ſuſtinui gl.noſtrā cōtra īpugnationē Vltramontanorū.

EX libris Sabi. Hæc lex habet vnū difficilem paſſum valde. breuiter dicit

f ¶ Recta via.Vide Bart.in d.l.ſi partē. vbi videtur tenere contrarium,videlicet. quod actio perſonalis competens pro ſeruitute reali vel perſonali imponenda nondum orta tollitur ſpatio decem vel viginti annorum. & ſic not. quod actio perſonalis iuncta cum reali vel perſonali , præſcribitur eodem tempore ſicut & realis. Vide Bald:poſt gloſſ.in l.j.in v.col.de anna.excep.

g ¶ Ex libris. Loquit in dubio an relictum filio dicat cõtemplatione pris, vide latè Bar. in l. ſi filio. de don. cauſa mort. & vide cõ pulchrè Bald. in l. nõ plures. de fac. ſan. ecc. & q no. Bal. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de lib. & poſth.

h ¶ Relictũ filio. Qñ videat fctm eius cõtẽplatiõe, vel patris,

i ¶ In l. poſt mortem. Quæro in illa l. cum quis, illa hẽditas non põt quæri filio dum modo apparet q cõtẽplatiõe illius fctm eſt. nõ habemus q p iſta verba ſoluas filio meo: videt pater priuari vſufructu, p j. ſi vſusfructus. §. ſi ita. iuncta gloſſ. ff. qñ dies leg. ced.

P. PAV. P.

d ¶ Et aqua. Circa iſtã materiam acquirendi quaſi poſſeſſionẽ in iſtis ſeruitutib⁹ ſi inducat eũ cui debeẽ ſeruitus, in fundũ aĩo tradẽdi ſibi quaſi poſſeſſionẽ ipſius ſeruitutis, an dicat acquiſita poſſeſſio ſine aliquo vſu, vide oĩno Are. in l. iĵ. in prin. ff. de acquir. poſ. & ibi etiã in v. col. ſignãter ponit nũqd in ſimilibus incorporalibus ſit dare aliquẽ caſum in quo trãsferat quaſi poſſeſſio de vno in alium abſq; aliquo a actu vel facto. Itẽ de materia quando ſeruitutes poſſent acqri præſcriptiõe, vide latè Felin. in c. de quarta. in vlti. char. extra, de præſcript. Itẽ q opus ſit vti iure ſeruitutis, etiã aduerſarijs ſcientibus, ad hoc vt poſſit acqri ſeruitus, vide Com. cõſ. clviĵ. in ĵ. dubio. vbi quædam alia breuiter.

f ¶ Præſcribo. Adde gloſſ. in l. qui luminibus. & ibi gloſſ. ff. de ſeru. vrba. prædio. & Bar. in l. & ſi fortè. §. j. ſi ſer. vend. & in l. ſi prius. in vĵ. oppo. de oper. noui nuncia. qñ acquiratur poſſeſſio ſeruitutis altius non tollẽdi, & ſic de alijs tãgitur. ĵ. e. & vide q dixi poſt Bar. in l. j. in prin. viĵ. col. ff. de acqr. poſſeſ. p Inno. in c. bonæ, de poſtul. plat. & in cap. in literis. de reſtit. ſpo. & Bal. in l. proxi. & q dixi poſt Bart. in d. l. j. de acqr. poſ. & plenè quomodo acqratur poſſeſſio i corporalib⁹ p Bal. in l. pxti xĵ. col. cũ duabus ſeq. & Barto. in l. ſed de acqui. poſſ. &

Si filius, cui eſt vſusfructus cõceſſus, ante patrẽ decedit, vĩ cõtẽplatiõe patris cõceſſus: ſed ſi pater prius decedat, cõteplatiõe filĵ. h. d. Diuidit in duas partes. Primò loquit, qñ filius, vel ſeru⁹ pdeceſſerit. Secundo qñ pater prædeceſſerit. Itẽ in prima loquitur de filio, & ſeruo: In ſecũda de filio tantũ. Secũda ibi: neq; ſi pĩ. &c. Op. de l. q vſumfructũ. §. fi. ff. eo. Sol. Hic vſusfructus fuit relictus contẽplatione pris, vel dñi, ibi cõtẽplatione ſerui. Ita dicit gl. hoc ibi conſtabat. Opp. de l. ſi filio. ff. de don. cau. mor. Sol. eo mõ. Opp, de verb. ob. l, ſi ſtipulatus fuerim. & de iniu. l. ſed & ſi vnus. §. fi, Sol, Ibi in his quæ cohærẽt meræ perſonæ filĵ, ita q pri nõ acquirit. Itẽ op. & iſtud eſt difficile. Vĩ q hæc lex nõ poſsit pcedere aliq̃ iure neq; antiquo neq; iure nouo. Nã aut hic relictus erat vſusfructus ex cã caſtrenſi vel quaſi; & tũc pſona pris nullo modo attendit; qa ſibi nihil q̃rebatur, vt vidiſtis in l. cũ oportet. §. exceptis. j. de bo. q̃ lib. & ff. ad Maced. l. ĵ. Aut loqueris ĩ aduẽtitĵs, & pfectitĵs: & tũc de iure antiquo acgrebat in totũ pri, & in nullo attendebat pſona filĵ. hic dicitur cõtra, ergo malè. Si loq̃ris de iure hodierno, ĩ caſtrẽſi, vel quaſi vl pfectitio, nihil eſt immutatũ; in aduẽtitio quærit ipſi filio: ergo ei⁹ morte debuit extingui. & tñ hic in princ. dĩ q remaneat apud patrẽ. Dicũt quidã q in princ. loquit qñ cõſtat q fuit relictus vſusfructus cõtẽplatiõe pris: in fi. loquitur qñ cõſtat q fuit relictus cõtẽplatiõe filĵ. Iſtud nihil eſt dicere: qa ſm hoc diſtinctio hui⁹ legis nihil operat, vtrũ pĩ decedat prĩò, vel poſt. Præterea tex, ſi eum reſpicis, loquit in dubio [a], vt patet ex fi, ibi: plerũq; veriſimile. Cũ em reſpicis quod veriſimile eſt, apparet q nõ eſt certũ. Pro hui⁹ declaratione q̃quid dicant hic doc. nos debemus hic primò aduertere qñ relinquit filio, vtrũ videat relictũ [b] cõtẽplatiõe pris. aut cõtẽplatiõe filĵ. Circa q Dy. in l. ſi filio. ff. de do. cã mor. & in l. filio. de cõdi. & demõ. vĩ diſtinguere, an fiat mẽtio patris vel nõ: vt qñ fiat mẽtio patris videat relinqui cõtẽplatiõe pris; vt l. cũ aliquis. j. de iure deli. Sed ego reperio in quodã ſuo cõſilio ipſum cõſuluiſſe aliter, q in dubio vĩ relictũ cõtẽplatiõe filĵ, p hãc legẽ in fi. Et iſtud puto veri⁹ cũ diſtinctiõe, quã dicã j. Nã in dubio nomẽ patris vel pater, videt adĵci cauſa demõſtratiõis; & ſi in ea erretur, nõ vitiat: vt l. his verbis. §. fi. ff. de hære. inſti. Circa hoc debem⁹ breuiter ſic dicere. Primò ſi eſt certũ vel ex aliquibus cõiecturis põt apparere, cuius cõtemplatione relinquat ſtamus illi certo: vt l. ſed ſi plures. §. in arrogato. de vulg. & pupil. & ff. pro ſol. l. ſocĩũ qui in eod. §. j. Facit q habuiſtis notatũ in l. cũ oportet. ĩ princ. de bo. q̃ lib. Si verò nõ apparet aduerte. Qñq; fit mẽtio patris & patriæ poteſtatis: tunc in dubio videt relictũ cõtemplatione patris: vt l. filio. de cõdic. & demõ. niſi expreſsè eſſet relictũ in tempus exiſtẽtiæ ſui iuris, vt l. mulier. in prin. ad Trebel. l. ſi mater. j. de inſtit. & ſubſti. Si verò fit mentio patris tantùm, & nõ patriæ poteſtatis: tũc aut illud quod relinquitur, eſt illud, ex quo nihil poteſt quæri filio: & tunc in dubio videtur relictũ contẽplatione patris: ar. ff. de ſtipul. ſer. l. j. §. ſi ſeru⁹. & l. verũ. §, ſi ſeruo cõi. ff. pro ſocio.

c Facit ad hoc quod no. in l. poſt mortem [c]. §. j. ff. quando ex facto tut. & l. cũ poſt. §. j. ff. de admini. tuto. & ita debet intelligi l. cum quis. j. de iure delĩ. Si verò põt quæri, tunc in dubio videtur relictum cõtemplatiõe filĵ: vt hac l. in fine. & pſona patris videtur adiecta ad cõtemplationẽ: vt d. l. his verbis in fi. Si verò eſt dubium vtrum filio poſsit quæri vel non, ſed pendet ex futuro euentu: ille futurus euentus inſpicitur; & ſecundum illũ futurũ euentũ iudicamus contemplatione patris vel filĵ. Hic eſt caſus hic, vt j. declarabo. Debes enim ſcire quod quando filio relinquitur vſusfructus ex cauſa aduentitia, licet ipſe ſit fructuarius: tamen cõmoditas fructuum pertinet ad patrẽ: vt no. in auĩ. idem eſt. j. de bon. quæ lib. Si igitur filius decedit viuo patre, hic euentus declarat q filio nihil poteſt quæri; & ideo præſumitur iſto caſu contemplatione patris relictum; & patri dicetur vſusfructus quæſitus: vt in prin. l. ſed ſi pater decedat primò: hic euẽtus declarat q filio põt quæri; quia eſt ſui iuris effectus; & ideo videtur contemplatione filĵ relictũ. Hic eſt caſus in ſecunda parte huius legis & ideo in hac parte non reperitur de ſeruo: quia ipſi, ſiue viuo, ſiue mortuo domino, nihil poteſt quæri; & ideo ſemper in dubio inſpicitur perſona domini. Ita debetis intelligere hanc materiam.

d *De ſeruitutibus & aqua.* [d] *Rubrica.*

Continua vt in gloſ. &c.

1 ☞ *Seruitus altius non tollendi quod ſola prohibitione acquiratur.*
2 *Seruitus itineris acquiritur ſecuto curſu triginta dierum.*
3 *In ſeruitute aquæductus, per primum actum inducitur quaſi poſſeſsio.*
4 *Bona fides quando requiratur ad præſcribendam libertatem.*
5 *Poſsidere precariò reſpectu alterius non domini, quando præſcribatur.*
6 *Contra neſcientem, nec contra poſsidentem ui uel clam, uel precariò, non præſcribo ſeruitutem. & nume. 7.*
8 *Patientia tyranni occupantis ciuitatem, non præſtat alicuiius præſcribendi bona illius ciuitatis.*
9 *Ciuitates quæ ſunt uſæ mero & miſto imperio uacãte Imperio: an præſcripſerint.*
10 *In poſitionibus ad probandam præſcriptionem debet poni de ſcientia aduerſarij.*

LEX I.

SIquas. Iſta lex primò legitur tribus modis & quælibet lectura eſt bona & nota, Breuiter dicit ſecundum primam: Seruitus, quæ habet cauſam continuam, acqutitur ſpatio longi temporis, ſi præſcribens fuerit bonæ fidei. hoc dicit. Oppo. ad iſtam lect. ad text. huius l. j. in princip. quæ loquitur in ſecunda perſona: in fi. loquitur in tertia perſona. Præterea in fine dicitur, is qui pulſatur, vnde videtur quòd referatur ad reum conuẽtum, qui ædificauit: non ad actorẽ. Sed ſecundũ caſum, quẽ poſuit, iſta verba referuntur ad actorem: quare malè. Solu, expone, is qui pulſatur. id eſt, tu qui pulſaris, ſecundum iſtam lect. Item oppo. q ſine poſſeſsione præſcriptio non procedit, vt l. ſine poſſeſsiõe. ff. de vſucapio. Sed licet domus tua ſit depreſſa, & mea ſit alta: ego nullam habeo poſſeſsionem ſeruitutis; ergo nullo modo
e præſcribo. [e] Glo. huius gratia dicit hic & alibi q in hac ſeruiſ tute † altius nõ tollendi, tunc acquiro quaſi poſſeſsionem, quãdo vicinum volentem altius tollere prohibeo: vt l. fi. ff. quem admo, ſer. amit. & ibi no. Circa hoc oppo. & videtur quod non ſufficiat ſola prohibitio ad acquirendam iſtam quaſi poſſeſsionem: ſed requiritur curſus triginta dierũ, vt l. j. §. j. de iti. actuq; priua. Solu, Quædam ſunt ſeruitutes negatiuæ: & in iſtis acquiritur quaſi poſſeſsio per ſolã prohibitionẽ, vt hic. Quædã
2 ſunt ſeruitutes † affirmatiuæ: vt quòd liceat ire & agere, aquã ducere, & in iſtis quædam ſunt, in quibus poteſt eſſe vſus per modũ facultatis cuiuſdã: vt ire per fundum tuum. De hoc cuilibet eſt facultas, donec prohibeatur: vt l. diuus. ff. de ſeru. ruſtic. prædi. & l. iĵ. §. j. de acquir. rer. domi. tunc non acquiritur quaſi poſſeſsio per primũ actũ, niſi curſu ſecuto triginta die-
3 rum: vt d. l. j. §. j. de iti. actuq; priuato. Quandoq; † vſus non poteſt eſſe per modum facultatis: vt l. ſi quis ducat aquã per fundum tuum: tunc per primum actum inducitur quaſi poſſeſsio: vt in l. j. in principio. & §. quod autem. ff. de aqua quoti. & eſti. Qualiter autem hoc probetur non vi, aut clam, neq; precario; dic vt in dicta l. j. §. j. de itiner. actuque priuato. Secundò legitur iſta lex, & breuiter hoc intendit: Libertas ſeruitutis altius nõ tollendi, quæritur longo tempore ab eo, qui bona fide fue-

rit

4 rit in quasi possessione libertatis.hoc dicit.† Nota secundùm hanc lecturam quòd ad præscribendam libertatem requiritur bona fides.Oppo.ad hanc lect.de tex.qui dicit vicem seruitutis.Solu.Dic seruitutis:scilicet amissæ. Vel aliter dic propriè: sicut enim quãdo scholaris perdit famulum suũ,oportet quod ipsemet sit sibi famulus:ita quãdo domus amittit seruitutem, ipsamet sibi efficitur serua. Opp.secundò,quod non requiratur bona fides:vt l.sequitur.§.si via.ff.de vsufc. Solu. quandoque quæritur de præscribenda libertate personæ:tunc sine dubio requiritur bona fides:vt j.de præscri.long.tempo.quæ pro liber.per totũ.Quandoque tractatur de præscriptione libertatis à seruitute realí:tũc si quidem ad constituẽdã quasi possessionẽ huius libertatis,requiritur factũ hominis:tũc requiritur bona fides. Hic est casus hic:nã ad hoc,vt sim in quasi possessione libertatis,requiritur quod altius ędificẽ.Ita no.ff.quem ad.ser.amit.aliàs de serui.vrba.præd.l.hæc autem iura. Si verò ad actum præscribendi,non requiritur factum hominis:& tũc
5 nõ est necesse,vt d.l.sequitur.§.si viam.† Quærit glo.secundũ istam lec.quid si præscribẽs possidebat precariò,respectu alterius,non respectu dñi:an prędscribat.Glo.dicit ꝙ nõ,ppter generalitatẽ hui⁹ legis & ff.quẽad.ser.amit.l.fi.de aqua plu.arcẽ. l.fi.In contrarium facit ff.vti pos.l.j.in fi.cũ l.seq.Gl.nõ soluit. Dic quantũ ad cõseruandũ possessionẽ per interdictũ retinendæ possessionis,sufficit ꝙ ab aduersario vitiosè non possideã: sed quantũ ad acquirẽdũ per præscriptionẽ,requiritur ꝙ à nemine vitiosè possideat.ita loquit hic.Sed in tertia lectura breuiter dicit:Patiẽtia ei⁹,qui vi aut clã vel precariò possidet, nõ
a tribuit alteri ius [a] seruitutis prędscribẽdæ.h.d.No.ꝙ ista est magis notabilis lec.ad infinitas res.No.quod dixi tibi in summa
b rio.Huius ratio est ista [b]:quia in istis iurib⁹ incorporalib⁹ nõ cadit aliqua possessio,sed quasi possessio,quæ dicitur patiẽtia
6 aduersarij:vt l.pe.ff.de seruit.† Et ideo si aduersari⁹ nesciat,qs nõ potest esse in quasi possessiõe:eo ꝙ ille,qui nescit,nõ patia-
7 tur:vt j.l.proxi.† Si ergo aliquis possidet vi aut clàm vel precariò,cõtra eum non possum prędscribere:quia nullũ ius habet in re,& eius sciẽtia nõ constituit me in quasi possessione: me-
8 ritò nõ præscribo. Et pro hoc si † quædã ciuitas detinetur ab vno tyranno,ille tyrãnus est in quasi possessiõe iurisdictionis illius ciuitatis,tẽpore tyrãnidis.si alia ciuitas occupat de territorio illius,& tyrãnus patiatur,vel de iurisdictiõe illius: dico ꝙ patiẽtia illius tyrãni,qui est in possessione vi aut clàm, non inducit ius põscribendæ illius iurisdictiõis:vides casum hic.Et
c ideo etiã [c] videt † ꝙ ciuitates,quæ vsæ sunt mero & misto im-
9 perio,vacante Imperio non præscribunt seruitutem:nec sunt in possessione,nec fuerunt:quia possessio illius iurisdictionis non est aliud,quàm patientia & scientia principis,contra quẽ præscribitur:sed vbi nõ est scientia,non dicitur patientia.meritò non dicitur quasi possessio.Ista dico inducendo in arg.nõ
10 determinando:& ideo † in positionibus sis memor apponere quod aduersarius sciebat & patiebatur illum esse in seruitute per tantum tempus &c.quod perpetuò tene menti.

1 ☞ *Titulus non requiritur in præscriptione seruitutum.*
2 *Seruitus,quæ habet causam continuam,uel quasi,acquiritur longo tempore.*
3 *Qualiter cognoscatur quod seruitus habeat causam continuam,aut non.*
4 *Seruitus uiæ,& itineris,non habet causam continuam.*
5 *Seruitus aquæductus,quando dicatur habere causam continuam.*
6 *In seruitutibus non habentibus causam continuam,quæ præscriptio requiratur.*
7 *Negatoria tollitur ſpatio triginta annorum.*
8 *In præscribendis iuribus incorporalibus,requiritur scientia,& patiẽtia aduersarij.*
9 *Cautela ut articuletur de scientia,& patientia aduersarij.*
10 *Agens negatoria, potest petere quod aduersarius prohibeatur uti seruitute:& quod condemnetur ad interesse.*
11 *Præscriptio seruitutum,qualiter interrumpatur,& quando litis contestatione,& quando per solam citationem.*

LEX II.

SIaquam. Seruitus,quæ habet causam cõtinuã acquiritur longo tempore:nisi fuerit interrupta.hoc dicit.Nota quod aquęductus præscribitur longo tempore.No.quod ad hanc præscriptionem,requiritur scientia aduersarij.No.quod talis præscriptio interrumpitur.Oppo.& videtur quod præscribatur exemplo rerum immobilium,quę res immobiles non præscribuntur sine titulo:vt l.nullo.ſ.de rei vẽ.sed seruitu-
1 tes præscribunt † sine titulo:vt l.si qs diuturno.ff.si serui.ven.ergo malè.Sol. Istud a
quod hic dicit,exẽplo rerũ immobiliũ,intelligit in tpe,non in titulo.Rõ est,vt dicit Dy.in c.possessor.de reg.iur.lib.vj.quia in b
prędscriptiõe istarũ seruitutũ,tractat de mo-
d dico prędiudicio [d]:ideo nõ requirit titulus. Cõtra oppo.ſ.l.proxi.vbi debet possidere nõ vitiose.Sol.fateor,põt esse possessio nõ vitiosa absque titulo, si habebat aliquam causam credẽdi,sibi deberi seruitutem: vt not.per gl.in l.j.§.j.de iti.actuque pri.Item opp.ꝙ requiratur maius tempus:vt l.hoc iure.§.duct⁹ aquæ.ff.de aqua quoti.& ęsti.
2 † Plures solutiões dãtur. Teneas illã ꝙ illa seruitus nõ habebat causam cõtinuã: ideo nõ acquiritur lõgo tẽpore:sec⁹ in his quæ habent causam continuã,vel quasi:ita loquit hic. Ita no.plenè in l.seruitutes.ff.eo.
3 & in l.j.ĩ fi.ff.de aqua plu.arcẽ.† Qualiter autẽ cognosces vtrũ seruitutes habeãt cau-
e sam cõtinuã [e],do tibi regulã infallibilẽ: si quidẽ ad vsum seruitutis requiritur factũ hominis,nunquã dicit habere causam continuam homo nõ põt operari continuè. Si e
verò nõ requiritur factũ hominis,dicitur tunc habere causam cõtinuã vel quasi:vt l.
4 foramẽ.ff.de ser.vrba.prædio.† Et ex hoc apparet,ꝙ seruitutes viæ,& itineris.nõ ha-
5 bẽt causam cõtinuã:† quia nõ potest homo semper ire:seruitus verò aquæductus, põt habere causam cõtinuam,cũ semper aqua fluat,vl apta est fluere:sed si requirit fact ĩ hominis,vtputa esset necesse ꝙ de quodã fonte vel fossa aqua extraheretur,& mitteret in aliquẽ riuũ:tũc non haberet causam
6 cõtinuã.In his ergo,† quę causam cõtinuã non habẽt,non currit prędscriptio,nisi eius temporis,cuius initij memoria nõ existit:
f vt d.§.[f] duct⁹ aquæ.Sed cõtra hoc op.oĩs actio præscribit xxx.vel xl.an.l.sicut.& l. cũ notissimi.de præscri.xxx.an.Si igit negatoria tollit xxx.an.ergo xxx.an.quæret seruitus.In effectu gl.dat duas solutiones:
7 ista est vera ꝙ negatoria † tollit xxx.an.ꝙ illa itineratione,seu ire,quæ fuit facta,iam sunt xxx.anni.sed pro eo ꝙ vadis hodie,cũ tibi seruitus nõ debeat,nõ possum intẽtare negatoriã.† Op.dicit hic,sciẽte aduersa-
8 rio.Cõtra.j.de põscri.lõg.tẽp.l.fi.Sol.Dicit gl.aliud in prędscriptiõe ꝓprietatis,aliud in prędscriptiõe seruitutis.Et est ratio,dicit gl. ga hic dominus,cõtra quẽ præscribit,possidet:ibi nõ.Ista non est bona ratio. Tu dicas vt dixi tibi ſ.l.prox.Ratio est ista:quia ad hoc vt præscribatur seruitus.requiritur quasi possessio seruitutis:sed ista quasi possessio nihil aliũd est,quã aduersarij patiẽtia vt l.pe.ff.eo.hæc autẽ patientia nõ põt esse
h nisi duobus concurrentibus,ꝙ ego vtar.et
9 ipse sciat;meritò sciẽtia requirit.† Et ex hoc
g sis cautus [g] semper in istis iurib⁹ incorporalib⁹ facere articulũ de sciẽtia & patiẽtia
h eius cõtra quẽ põscribit [h]. Quærit † gl.vtrũ
10 quãdo intentat negatoria,possit simul & semel peti quod prohibeatur illi vti seruitute & cõdemnetur ad interesse eius,quod factum est.Glos.dicit quod vtrunq; põt peti:& bene. Quæro,dicitur hic ꝙ si prædscriptio est interru-
11 pta &c.quæro † qualiter interrũpitur ista prædscriptio.Rñ.interruptione naturali,si vsus interdicitur:vt hic dicit text.Item interruptione ciuili.Sed hic insurgit dubium,vtrũ requiratur

plenè Pe.de Anch.in repe.ca.sine possessione.de re.iur.in vj.

a ¶ Tribuit alteri ius. Vide Bart.in l.proxi. & in l.j.in fi.de aqua plu.arcen.

b ¶ Ratio est ista. Vide ꝙ dixi post Bar.ĩ l.prædscri.ad fi.ſ.si cõtra ius vel vti.publi. ꝙ no.in c.cũ ecclesia de causa possess.Adde Bart.in l.ꝙ fundũ.ff. quẽad.ser.amit.Bald. etiã hic vẽ tenere contra Bart.in vlti.col.ꝙ Bal.in l.pxi.in v.col.

c ¶ Et ideo etiã.An ciuitates Italię prædscripserint cõtra ĩperiũ. vide Bart.in l.j.§.denique.ff.de aqua plu. arcẽ.& l.naturaliter. ff.de vsufcap.Moderniores in ca.j.de prædscri.& notaui ad do. Anto.Andre.Barba.

d ¶ De modico prætus dicio. De quo plenè Alex.post Imol.in d. l.j.§.fi.de oper.no.nũ.

☞ POMATES.

e ¶ Continuã. Et vide aliqd per Feli.in c.de quarta.colũ.xiij & præce.de prædscrip.& Alex.consil.lxix.in j. dub.vo.v.vbi in specie ponit de ductu aquæ,& ꝙ regulariter ad illi⁹ acqsitionẽ.& vide Ale.cõsi.cviij.col. j.ad fi.vo.ij.& ibi in ij.col.dicit ꝙ seruitus aquę ductus dr̃ põdialis.& imò est necesse ꝙ dicẽs illã acqsiuisse ,pbet limitatẽ cui prædio acqsiuerit.& ibi etiã ponit quãtũ requiraẽ ad talẽ prædscriptionem.

f ¶ Vt d.§.Põt tamen vnus allegare utulũ & fundare intẽtionẽ suã ex eo:qa prędsumitur ex diuturna patiẽtia dominũ:vt no.in l.cũ de in rẽ verso.de vsu.vide Barto.

☞ P. PAV. P.

g ¶ Cautę semp. Vide Bart.distinguẽtẽ in l. j.§.hoc interdicto de itin.actuq; priua.

☞ POMATES.

g ¶ Cautę semp. Vide Panor.cõsi.xviij. col. fi.vol.ij.& cõsi.xxiij. col.fi.vol.ij.& consi. xvj.col.iij.eo.volu.& Alex.cviij.col.j.ad fi. volu.ij.& aliqd ꝓ eũ vj.vol.Et Fel.in cap. de quarta.colũ. pe.in vers.dũ subdit Abb. de prædscri.

h ¶ Prędscribit.Hoc intelligatis verũ in seruitutibus habẽtibus causam continuã.secus dis cõtinuã,vt no. Bald.in d.l.j.§.j.de iti.actuque priuato.

a ¶ Concedi alteri. Si cõceſſi aq̃ductũ vni, an poſsim poſtea cõcedere alteri, vide Bar.in d.l.in concedẽdo.& in.l.quò minus in fin.v.qõ.de flumini.& quod noat Bartolus in l.agrum. in fra eodem.

POMATES.

b ¶ Altius ſolũ eſt. Limita iſtã regulã nouẽ modis,vt p Cepo. in tracta.ſuo ſeruitu. prædi.ruſti,in titu.de ſolo ſeu area, & xxxix.quarum limitationum refert quatuor Iaſ.in l.ex hoc iure in ij.colũ.in ver. not.ibi ædificia tollere. ff.de iuſtit.& iur.ſe extendit circa limitationẽ de eo qui ob inuidiã, vel odiũ vellet ædificare,& vide iſtã legẽ aliter p Alex.cõſ.xv. in princ.vo.v.& Panor.cõſil.lvij.col.iij. in ij.dubio,in ij.volu. a & vide q̃ ſcripſi poſt Bartol.in l. quæro. ff. de ſer. vrba.prædi.& Alexan.j. colum.viij. volu.ij. & clxxxiij. eo.volu.ij.

P. P A V. P.

b ¶ Solũ eſt. Limitant hic Cyn,Ray.& Saſſice,niſi quis ædificaret nõ propter ſe, ſed ad æmulationẽ vicini. Facit quod vult ſingulariter Bal.in l. j.C. qui teſta. facere poſſ. quicquid dicat ibi Angel.facit q̃ dicit Bar.in l. quomin⁹ in j.q.ff.de vſufru.& q̃ dicit Bald.per illũ text.in l.cùm allegas, C.ne fiſc. vel refpub. & q̃ dicit Paul. reprobãdo Ang.ibi in l.cũ eo.ff.de ſer.vrba. præd. Vide Bald.in l. item Iapilli,in ij.colũ. ff.de rerũ diuiſi. Præſumitur ædificare ,propter ſe, non propter æmulationem vicini. De quibus omnibus vide latè Alex. cõſil. cccxvij. & q̃ in dubio præſumit ad ſuã vtilitatẽ facere, vide Alex.cõſi.cccxxxvij. in ij.col. Vide Cepol. in tracta. ſeruitutum vrba.cap. lxij. de feneſtra. in iiij.colũ. & in cap. xxxvj. de ſeruitu.ne lumi. offic.in vij.q. vide oĩno latè Iaſo.in Lex hoc iure. b in ſecunda columna. ff.de iuſti. & iur. circa iſtã regulã & prædicta. Item an ad æmulationẽ priuati liceat, vide etiã Iaſ.in l.ij.C. ne fiſc. vel reſ 1 publi.quã legit cum rubri.illius tĩtu li vbi etiã ponit de duobus fratribus habẽtibus caſtrũ cõmune,an liceat vbi ad æmulationẽ alterius vendere partem ſuã. Et vide latè eundẽ in l.quò minus in v.col.de flumi.& aliquid ad declarationem in vij. columna ibidem in principio.

¶ Per agrum. Vide ad ea quæ habentur & etiam quæ nota. Bartol.in l.j. & ij. ne quid in publico.

d ¶ Cũ talis. Tempore duplicato.Baldus & Angã l.cũ notiſsimi. §.in his.de ſcri.xxx. an.tenẽt q̃ iſtud tempus nullo modo poſsit tranſcendere triginta annos.

e ¶ Cũ autem apertiſsimi. Vide Alexan.poſt Ange.in l. ſi prius.in xvj.co.ff.de oper.nouũ.& pro ſingu.allegat ibi Imo.i fi.& allegãt poſt Barto.in ij. oppo.tertiæ partis.& aliĳ caſus, in quibus ipſo iure ponunt, vide in l.j.in fine. cum ſeq.de aqua plu.arcẽ.

¶ Contra negantem. Et hanc legem limita, vt ſingula. dicit Bartolus in l.idem.§. j.de vſufruct. accreſc. Bald. in l. ea quæ de condic.inde. & ibi etiam dicit quod ab hac pœna excuſatur quis prpter iuſtum errorem.& ibi etiam ſubdit quod ſi pro damno dato ageretur criminaliter, non creſcit per inficiationem. & vide quæ dixi poſt Bartolũ. in l. eum qui. de iureiuran.&c.

g ¶ Vxor tua. Per Barto.in l.ſi cùm dotem. §.tranſgrediamur.ſoluto matrimo.

LEX III

ET in prouinciali.

Prædio tributario põt imponi ſeruit⁹,& res trãſit cũ onere ſuo.

Conceſſo aquæductu uni,quod poſsit alteri concedi,ſi non nocet primo. 1

QUam quæ. Ex fundo alieno nõ poteſt duci aqua niſi dño volente.h.d,Quærit glo.hic.ſi dns cõceſsit aquæductũ vni an poſsit poſtea concedi alteri [a]. Videt q̃ nõ:vt l.in cõcedẽdo, cũ l.ſeq.ff.de aqua plu.arcẽ.& ff.de ſer.ruſti.præ.l. per quẽ.In cõtrarium ff.de aqua quoti.& æſti.l.Lucio.de ſer.ruſt.præd.l.ij. §.ſi aquæductus.Sol.Aut ex eo q̃ cõcedit ſecundo,nocet priori:& nõ valet cõceſsio: vt in primis allegatiõibus. Aut priori nõ nocet:& valet cõceſsio;vt in ſecũdis allegatiõibus.Et ita fuit determinatũ Bononiæ,in qõne inter fratres Prædicatores & Minores,cùm cõmune prius conceſsit aquã fratribus Minoribus,& poſtea cõceſsit prædicatoribus,vel ecõtra:q̃d potuerũt facere,ex quo aqua ſufficiebat vtriq;.Quæro vtrum ille,cui cõceſſa eſt ſeruitus poſsit alĳ concedere? Dic vt in gl.& bene.

SI quid pars. In confeſsoria venit, vt res in priſtinum ſtatũ deducatur & damnum reſarciatur.h.d.

PRæſes prouinciæ. Omnis charitas bene ordinata incipit à ſeipſo. Ad hoc allegatur iſta lex.&c.

SI manifeſte, In aquæductu antiqua conſuetudo ſeruãda eſt.h.d. Gl. inducit iſtam legẽ in arg.ad quæſtionẽ de molẽdino,de quo nõ tangit niſi hic,& in l.ſi qs ex argẽtarijs. §.ſi initiũ. de edendo.& l.quò minus.ff. de flumi. & ibi hęc oĩa & multas alias qõnes,& quicquid põt in illa materia occurrere, intendo tractare in repetitione l.quò minus.

ALtius. Solũ eſt [b] liberũ vſq; ad cœlũ, niſi ſeruitus ſit impoſita.& in parietẽ alteri⁹ nemo poteſt feneſtram facere, hoc dicit iſta lex &c. b

Dicens ſeruitutem non deberi,habet intentionem ſuam datam de iure communi. 1

SI in ædibus. Qui ędificauit contra debitã ſeruitutem cogitur tollere; aliàs non poteſt prohiberi altius ædificare.h.d.No.ex hac lege,& l. p̃ceden tit q̃ fundata eſt intẽtio de iure cõi eius,q dicit ſeruitutẽ non deberi, ſiue ſit actor,ſiue reus: vnde aduerſario incumbit onus p̃bãdi: vt in iſtis duabus legibus.De quo in l.ſicuti.§.ſed ſi queratur.ſi ſeruitus ven. c & plenè dixi in l.ſi prius.ff.de no.ope.nũ.

SI tibi. Quilibet in ſuo põt facere q̃ vult,niſi faciat contra debitam ſeruitutem.hoc dicit. d

PEr agrum. [c] Non poteſt qs ire per agrum alienũ,ſi per viã publicã ire põt.h.d. Vide gloſſ.quæ facit ad quæſtionẽ. Tu ab initio duxiſti aquã ex flumine publico ad domum,in qua habes vnum molendinũ. Et ego ex alia parte duco ex eodem flumine aquam ad aliud molendinũ,cũ tanta ſit aqua quæ ſufficit vtriq;:tu vis me impedire dicens q̃ in domo tua vis ponere plura molẽdina:certè nõ potes.Debet eĩ inſpici modus ab initio ſumptus:quia tantum pro vno molẽdino ducebas;nec debes curare quòd poſtea debeat augeri.&c. c

SIcut vſumfructum. Seruitutes reales nõ vtẽdo perduntur ſpatio longi temporis. f

Episcopus qui habet uiſitationem una die cuiuslibet anni in monaſterio,iſtud ius non utendo perdit tempore duplicato. 1

CVm talis. Iſta eſt ſingularis lex. Breuiter dicit:Seruitus q̃ habetvſum diſcõtinuũ,perditur tpe duplicato. [d] h.d.no.lex ad multa.Opp.ff.quẽad. ſeru.ami.l.ſi ſic.Gl.ſoluit.tene ſolutionem d
Io.hic poſitã. † Iſta lex facit ad qõnem de ẽpo,qui debet habere vſitationẽ vna die cuiuslibet anni in monaſterio:vt iſtud ius non vtendo pereat tẽpore duplicato.&c. 1

e CVm autẽ apertiſsimi.

Et fortè iſte §.nõ eſt alibi ſecũdum vnam lectu.quæ dicit:Si area nõ poteſt habere ventum, niſi ex vna parte.prædio vicino ipſo iure ſeruit⁹ eſt impoſita ne altius tollatur & ventum impediat.hoc dicit.

De lege Aquilia. *Rubrica.*

LEX III.

EX morte. Ex morte ſerui poteſt agi ciuiliter & criminaliter. hoc dicit. Tractat gloſſ.hic materiam l.prima.j.quando ciui.actio. crimi.præiu.& ibi etiam dixi.& dic vt ibi,& l.ij.§. primo.ff.de vi bono.rapto.

f COntra negantem. [f] Actio legis Aquiliæ creſcit contra inficiantem.hoc dicit.

DE pecoribus. Vide gl.iſta gl.nihil dicit,qa ad hoc vt competat directa actio legis Aquiliæ,oportet q̃ detur dãnũ de corpore in corpus,quia verba legis Aquiliæ in primo capite dicũt:Si qs hoĩem quadrupedẽ vel pecudẽ occiderit In ſecũdo dicit,ſi qs arſerit,figerit,ruperit, &c. & ſic loquit q̃ dãtur dãnũ de corpore i corpus:& tũc daf directa:aliàs aũt vtilis: quia nõ haberẽt locũ hæc verba.hoc dicunt oẽs leges allegatę

Familiæ erciſcundæ, *Rubrica.*

LEX I.

SI non omnem. Si qd hæreditatis non eſt diuiſum, hoc iudicio agit vr diuidat.h.d.Op.ff.e.l.ſi filia.§.familiæ.Tene vltimã ſolutionẽ q̃ hic prĩa diuiſio fuit facta extra ius.

LEX II.

g VXor tua. [g] In hoc iudicio filius deducit præcipuã dotẽ vxoris ſuæ viuentis,vel poſt mortẽ patris

patris defunctæ.h.d.Quæro qd ſi vxor filij decedit in vita patris.Cy.tãgit hic,& bñ:vt dixi tibi in l.j.de bo.ma. Dic vt ibi.

LEX III.

ADuerſus. Hoc iudicium excludit crimen expilatæ hæreditatis.

SI filius. Caſtrenſia in diuiſione deducuntur præcipua:ſecus ſi non ſunt caſtrenſia.

IN ipſius. Voluntas vltima poteſt mutari tacitè & expreſsè.hoc dicit.

1 ☞ *Nomina debitorum non diuiduntur,ſed aßignantur.*
2 *Res immobiles quod per diuiſionem demonſtrantur.*
3 *In nominibus fit diuiſio ſecundùm legem xij.tabu.*

1 LA quæ. † Nomina per hoc iudicium non veniunt
a diuidenda,cùm ſint ipſo iure diuiſa[a] hoc dicit.Oppo.de l.planè.ff.eo.Sol.Nomina non veniunt diuidenda,vt hic:ſed veniunt aſsignanda,vt ibi.Oppo.q̃ idem videtur in rebus immobilibus,cũ ipſo iure ſint diuiſa.quoniã
2 quilibet ibi habet partem ſuam.Reſpondeo.† Illæ portiones, quæ ſunt pro indiuiſo,nõ poſſunt ad oculum demonſtrari:vt l.Mæuius.§.duobus de leg.ſecundo.Sed per diuiſionẽ poſtea
3 poterunt demonſtrari,non antea:ſed † in nominibus non poteſt fieri aliter diuiſio,quàm facta ſit per legem.xij.tabu.h.d.

SIqua. In hoc iudicio habetur ratio fideicõmiſſorũ & prælegatorum.

BOna. Pro pluribus hæreditatibus diuidẽdis poteſt vnum familiæ erciſcundæ iudicium intẽtari. h.d.ſecundum lect.magis notabilem.&c.

NOn eſt. Hæc actio eſt bonę fidei,& in ea habetur ratio fructuũ.h.d. Vide glo.quæ dicit quot modis accipiatur tit.quam not.& ſig.Doc. ponunt in l.cogi.ſ.de peti.hære.qñ repetũt illã.&c.

b VOties. Teſtator poteſt inter ſuos hæredes diuide re[b] ſalua Falcidia;et clauſula gñalis determinatur per ſpecialem clauſulam præcedentem.h.d.

INter filios. Hęreditas patris debet diuidi æqualiter inter filios.

NOn ideo. In diuiſione non eſt neceſſaria ſcriptura.hoc dicit.

c CErtum. [c] Profectitia veniunt diuidenda,& debitum vnius fratris non onerat alios,niſi de eius peculio profectitio.hoc dicit.

1 ☞ *Socius ſciẽter accipiens rem alienam pro ſua parte in diuiſione,re euicta quod non agat contra ſocium.*
2 *Si vni ex duobus fratribus eueniant in partẽ bona emphyteutica,uel feudalia,alteri allodialia & ſi emphyteutica reuertãtur ad dominum ex diſpoſitione cõtractus, quando contra habentem allodialia poßit legi de euictione.*

SIfamiliæ. Ex cõtractu diuiſiõis obligatus qs de euictione,quatenus ſocius habet de parte conſocij.h.d.Opp.j.cõmu.vtri.iudi.l.ſi fratres.Sol.Ibi ſcienter vnus accepit pro parte ſua rem alienam:hic ignoranter.&c. Cõtra hoc opp.& videtur q̃ etiã quando vnus ſocius accepit rem alienam ſcienter,alter ſocius teneatur de euictione,ſaltem vt reddat quod ad eum peruenit de parte ſocij.ſicut dicimus in vẽditore,qui ſaltem tenetur ad reſtituendũ pretiũ,etiam eo caſu quo cõuenit vt de euictione
d nõ agatur:vt l.emptorẽ.§.fi.de actio.empt.Sol. Dicit gloſſa[d] quod aliud eſt in diuiſione,quo caſu vterq; videtur † in ſe ſuſci
e pere periculum ſuæ partis.quod eſt notandum[e]. Facit ad hoc arg.ſ.de tranſac.l.de fideicommiſſo.vide hanc gl.& nota quia eſt ſingularis,& tene mẽti. Opp.ff.de leg.j.l.ſi domus.§.j.Sol. Ibi loquitur in re legata:hic in re,quę ex diuiſione obuenit:& ſic eſt ſeparata materia. Item opp.de l.cùm pater.§.euict.ff.de leg.ij.Sol.ibi diuiſio fuit facta à teſtatore:hic à iudice,vel à par
f tibus.Quæro,& eſt no.quæſtio[f].Ponamus † quod in diuiſiõe
a vni ex fratribus obuenit vnum podere totum proprium,quod in quibuſdam partibus vocatur allodium:alteri verò fratri obuenit podere,vel fundus emphyteuticus:cõtigit quod ille frater,cui obuenerunt res emphyteuticæ eſt mortuus,relicta filia fœmina:vnde dominus ſecundùm legem contractus auocat illas res.Quæro an poſsit agi contra fratrem de euictione. Glo.determinat quod de euictione agi non poſsit,niſi ſtipula

a ¶ Iure diuiſa.Vide aliquid per glo.in l.bona ſ.eo.
b ¶ Diuidere.Sed nunquid pater poſsit feuda vel caſtra diuidere inter filios.præſertim pupillos.Bal.in c.j.in prin.de prohi.ſeu.alie.per Fede.dicit q̃ nõ:tamẽ ſi filius eſt eius hæres,niſi ſeruet voluntatem patris,tenetur præſtare intereſſe.de legat.j.l. vnum ex familia.§.ſed ſi vno.

tus eſſet expreſsè. Vide iſtã gl.& tene mẽti:qa ſingularis eſt.do.Ri.Mal.intelligit iſtã gl.qñ expreſsè ſtipulat⁹ eſſet de euictione in hũc caſum.aliàs ſi ſimpliciter eſſet ſtipulatus,cũ ſciret bona eſſe feudalia, & ex natura feudi euinceret,de euictiõe nõ ageretur:arg.ff.de hæredi.vel act.vẽd.l.nomina.j.de dona.l.ſpẽ.facit.ff.loca.l.ſi quis domũ.§.j.de dam.infect.l.dãni infecti ſtipulatio pertinet.in prin.Hic non ſunt alia.

SI diuiſionem. Ex pacto nudo diuiſiõis nõ oritur actio,neque transfertur dominium,niſi traditione ſecuta.h.d. Non ergo ex pacto f
hoc fiet:ſed fit per officium iudicis.

4 l. alia. §. elegāter. ff. ſol. mat. † Sed quæro, nūquid valeat[e] ſtatutū q̄ quis pro debito poſsit incarcerari? Rñ. nō: vt ff. de cōdi. & demō. l. Titio. §. ij. & reperiūtur aliquæ allegationes Dy. quæ videntur inclinare quòd nō valeat: tamē ego ibi reprobaui in d. §. ij. vbi videtur caſus, q̄ patronus facere poteſt quòd libert⁹ nō recedat de certo loco. ſic & ciuitas poteſt legē condere, quę faciat aliquem incarcerari. Poſſunt enim iſta fieri per legē publicam, licet nō per pactum priuatorum: vt l. nec ex prætorio. & l. neq̄ pignus. ff. de regu. iu. An autem poſsint dari obſides: tangit gl. j. de pat. po. l. ij. extra de iureiur. c. debitores.

VMcui. Debitor eſt conueniendus, non ille qui à debitore pretium rerum quas ſibi vendidit: recepit, &c.

ESt in arbitrio. Creditor poteſt agere perſonali, vel hypothecaria. hoc dicit. Hoc eſt hodie correctū: quia prius debet fieri excuſsio bonorū: ideo vide authenti. f & habuiſtis. j. de pig. authen. hoc ita, & authen. hoc ſi debitor &c.

f

De nouo addita.

ESt in arbitrio. Poteſt quis eligere an agat in perſonali, vel hypothecaria contra poſſeſſores. h. d. Not. hic, q̄ dicit vtroſq̄. & ſic poſſum agere perſonali, & hypothecaria. Secundum iſta tempora clarius eſt expeditum in authen. de fidei. §. neq̄ hodie. Hæc lex corrigitur. & ideo vide authen. ſed hodie. Materia huius authen. declarabitur plenius. j. de pig. authent. Hoc ita. & authen. hoc ſi debitor. Barto.

Vt actiones ab hæredibus, & contra hæredes. Rubrica.

1 ☞ *Actio an ſit nata ante diem in obligationibus in diem? remiſsiuè.*

LEX vnica.

g VM &. [g] Actiones poſſunt incipere ab hærede, & contra hæredes, ſublata antiqua regula, quę contrarium dicebat. h. d. Opp. & videtur q̄ iſto caſu nata ſit actio viuente creditore. Vnde videtur obſtare. ff. de verb. oblig. l. eum qui. §. ita. & lege, ad diem. & leg. interdum. in principio.

quando

& quando di.vſufru.leg.ced.l.j.§.j.Gl.dicit fateor hoc eſſe verum in contractibus. Sed pro tanto hic dicitur incipere cõtra hæredem:quia ante non habebat effectum. Tenet ergo glo. ꝙ
1 in obliga.in diem,ante diem ſit nata actio †& obligatio.Petr. de Bel.pert.& Iac.de Rau.determinauerunt contrariũ. Poſteà do.Barto.de pratis.diſputauit iſtam q.Cuius diſpu.Cy.po-
a ſuit [a] hic,& tenuit gl.Poſteà do.And.de Piſis in repe.l. inſulã. ff.de ver.ob.ponit eam multum latè.Et do.Gul.de Cu. tractat eam in l.certi condi.in prin.ſi cer.pet.Ego tracto eam, & reduco eos ad concor.ſub quadam diſtinctione,in repetitione. l.ita ſtipulatus.de ver.obli.in illa quæſtione, quando committitur obligatio in diem,&c.

Super addita de nouo.

CVm & Actiones poſſunt incipere ab hæredibus,& cõtra hæredes ſublata veteri regula,quæ contrariũ ſuadebat.h.d.Quæro exempla huius l.gl.ꝙ.ponit:dic vt in ea.Cõtra inſtit.de verb. obli.§.ex cõditionali.Sol.fallit,dicit gl.in cõditionali ſtipulatione.Cõtra hoc op.de l.pœnales.vel.nec contrariũ.ff.ad l.fal. ſol.Azo.& nos dicimus ꝙ hęc lex facit mentionẽ de quodã iure fforũ antiquiſsimo.& hoc ſentit gl.inſt.de inuti.ſtip.§. poſt mortẽ.Secundo modo ponit exemplum gl.fi. de ſtip. quæ ponit committi poſt mortẽ. ſed ſtipulatio pœnalis eſt ſtipulatio conditionalis,in qua omni tẽpore fuit idem:vt dicit præcedẽs glo.Opp.in ſtipulatione in diem,ſtatim eſt nata actio,& obligatio:licet non cum effectu:vt l.cedere diem.ff.de ver.ſign.l.j. §.ſi.quãdo dies vſusfruc.lega.ced.Sed hic dicitur,ꝙ actio incipit ab hęrede,& contra hæredem:ergo malè imò à defuncto incipit.Glo.fatetur contrariũ dicens ꝙ in legatis incipit ab hærede,in ſtipulationibus à defuncto.ſed dicitur incipere ab hærede:quia incipit ab eo nũc, cùm habet effectũ, & ſic ſumus in iſta q.an in obligatiõe in diẽ, ante diẽ ſit nata actio. Gloſſatores noſtri dicunt,ꝙ ſic.Pet.diſputauit contrariũ per multas leges.dominus Bartolucius de pratis ,dicit contrariũ reſpondẽs ad rationes Pet.quem vide hic,per Cy.do.And.de Piſis in repetitione.l.inſulam.ff. de verb. obligat. reaſſumit hæc omnia de verbo ad verbum. Ego verò aliter, quã prædicti, ſoluo per vnam diſtinctionem,quam pono in l.ita ſtipulatus.ff.de verb. oblig.in illa quæſtione,de ſtipulatione in diem. Tamen quantum ad propoſitum teneo cõtra glo.& contra Azo.in ſumma huius tit.Nam licet obligatio in diem certam pariat actionem incontinenti,Caſus eſt hic,& gl.hic tenent in l.in omnibus.ff. de regu.iur. Dy.in l.ſi pupillus.§.qui ſub conditione.ff.de noua. Rationem aſsignat: nã in obligatione in diem certam,interuſurium medij temporis eſt certum, & ſic eſt certũ quid ſit in obligatione.meritò poſſemus dicere actionẽ natã.Sed quãdo promittitur in diem incertã,interuſuriũ eſt incertum & ſic eſt incertũ quid ſit in obligatione;ſicut cùm promittũtur partus naſciturí,vel fructus futuri:& ſic actio nõ eſt nata: vt l.interdum.ff.de verb.oblig.Dixi plenè in d.l.ita ſtipulatus.

b *Ne vxor pro marito* [b]. *Rubrica.*

LEX I.

ERuſtra. Rubrica ſummat totum iſtũ titulum: ideo non ponam tibi alium ſummariũ.

LEX II.

c OB maritorum. [c] Hæc eſt bona lex. Hoc quod dicitur,quod vxor debet probare res eſſe ſuas,& ſic de dominio: eſt verũ,ſi maritus poſsidebat: ſecus ſi ipſa vxor poſsideret, cui ſufficeret ſolùm quod probaret ſe poſsidere:nec eſſet neceſſe probare de dominio.hoc vult iſta gl.hic,ſuper verbo occupatæ ſunt. quã perpetuò tenementi.ſecus ſi nõ poſsideret maritus,ſed vxor.Ita no. per gl.in l.à diuo.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iud. & ibi planè dixi. & habuiſtis hoc anno à me.j.de priui.fiſci.l.j.

Nouiter inuenta.

1 ☞ *Bona uxoris occupata cum bonis uiri,quo iure petantur.*
2 *Qui petit ut bona occupata ſibi reddantur,quid habeat probare.*

OB maritorum. Publicatis bonis viri non debent capi bona vxoris, ſed capta reſtitui.hoc dicit. †Primò quæro quãdo bona ſunt
1 iſto modo occupata,quo iure petãtur,& reddũtur? Rñ.imploratur officiũ iudicis:vt ſummatim cogni-
a to de hoc,ea faciat reddi:vt l.à diuo Pio.§. ſi ſuper rebꝰ.ff.de re iud.l.ſi quis poſt hac. in prin.j.de bo.dam.l.res quæ.ff.de iure fi-
b ſci.† Secũdò quæro:iſte,qui petit vt bona occupata ſibi reddãtur,quid habet probare.tex.dicit ꝙ dominium. Gloſ.diſtinguit notabiliter,ꝙaut ſunt occupata bona mea à me poſſeſſa:tunc ſufficit probare poſſeſſionem meam:vt d.§.ſi ſuper rebus. dic vt ibi per do.Fran.Aut poſsidebantur ab aliquo,contra quem fiebat executio: tũc debet probari dominiũ.Ita ſentit glo.j.ſuper verbo,occupatæ.& j.de priuil.fiſc.l.j.Item quod hic dicitur, ꝙ vxor debet ꝓbare res eſſe ſuas & ſic de dominio: eſt verũ,ſi maritus poſsidebat. ſed ſi ipſa vxor poſsideret,ſufficeret ꝙ probaret poſſeſsionem,licet non probaret de dominio. Sic dicit gl. not.ſuper verbo,occupatæ. ſecus ſi maritus,non ipſa,poſsideret:vt ſ.dixi.Bart.

LEX III.

CVmte. Hæc eſt bona lex. Qui ſoluit debitũ vnum pro alio, nõ cogitur alia ſoluere,hoc dicit.&c.

Nouiter appoſita.

CVmte. Vxor pro marito, mater pro filio, & maritus pro vxore nõ tenẽtur. h.d.in princi.Iſta lex ponit vnũ alium caſum,quem non dixi:ideo vide eã. Opp.glo.& iſta oppoſitio eſt ſ.l.prox.melius tamen cadit hic.& videtur quòd maritus teneatur pro vxore: vt l.obſeruare.§. proficiſci.ff.de offic.procon.Solue vt in l. proxima.Bar.

Nouiter inuenta.

CVmte. Qui vni ex creditoris filijs ſatisfacit,alij ſatisfacere non teneꝰ.h.d.vel ſic:Qui ſoluit vnũ debitũ pro alio,alia debita ſoluere nõ cogitur.h.d.Nota quòd ea quæ volũtariè gerimus,nõ extenduntur vltra quàm gerantur.Facit ſ.de neg.geſt.l.tutori.Opp.j.ad l.Falci.auꝰ.ſed cùm teſtator Solue vt in gloſ.Bar.

ETomnino. Aliàs,Sed omnino. Nota quòd repræſaliæ non ſunt licitæ. hoc eſt verũ,quãdo aliter poſsit haberi iuſtitia:vt l.nullus.ſuprà de Iudæis,& ibi not.domi.Iaco.de Bel.diſputauit vnam q.de hoc in authen.vnde hæc ſumitur.Facit de hoc extra,de iniur.& dam.da.c.j.lib.vj.facit j.tit.j.auꝰ.habita.

Nouiter addita auꝰ.

ETomnino. Hæc authẽ.eſt multum not. & illud quod in hoc titulo dictum eſt,in quibuſdam perſonis, generaliter ſtatuitur in omnibus,& pœna imponiꝰ,hoc dicit. Videtur ergo per iſtam authen.quòd repræſaliæ ſint prohibitæ.& hoc videtur velle glo.licet ciuitates ſeruent contrarium.Ita dicit glo.& text.videtur dicere infrà tit. j.in authen.habita. Oppo.quòd non puniatur in quadruplo, ſed ſolùm perdat actionem:vt l.extat.ff.quod metus cauſa.Solutio.Hic loquitur quando alius pro alio exigitur;ibi quando à proprio debitore.ſed ſi aliquam rem occupauit,punitur per legem,ſi quis in tantam.j.vnde vi.Nota ergo quòd repræſaliæ de iure nõ ſunt licitæ:eſt verum,quãdo aliter poſſet haberi iuſtitia.ſed ſi iuſtitia haberi nõ poſſet;tũc ſunt licitæ:vt l.nullus ſ.de Iudæ.& ibi no.do.Iaco.de Bel.diſputauit vnam quæſtionem,quam poſuit in authen.vt nõ fiãt pig.in prin.vnde ſumitur hæc authen.Facit c.j.extra,de iniurijs,& dãno dato.in vj. & in authen.habita.j.titu.j.

a ¶ Poſuit. Vide Bart. in l. hæres meus in prin.de cõd.& dem. ☞ P. PAV. P.

b ¶ Pro marito.An valeat ſtatutũ qđ vxor teneaꝰ ꝓ marito, vide Ale.cõſi.xlij.in ix. col.& gñaliter an valeat ſtatutũ qđ vnus teneaꝰ pro alio, vide Feli.in c.cognoſcẽtes. in j.col.extra,de conſti.Alia vide quę ſcribo in rubri.j.tit.j.ad hoc. Item ꝙ ex facto vel delicto mariti nõ prꝯiudiceꝰ vxori,niſi in vna cauſa,de qua vide Antoniũ de Butri.in conſil. lxj.poſt mediũ. Itẽ an valeat ſtatutũ vel cõſuetudo ꝙ vnus pro alio teneaꝰ, vide latè Iaſ. de quo ſcripſi ad Barto.in rub.tituli ſequẽtis.

c ¶ Ob maritorum.Et ad iſtũ text.vide Bal. in l.bona mariti.j.de priuile.fiſci. & adde caſum etiã ꝙ maritꝰ teneꝰ pro vxore tutrice,in l.pen.j. qui.cau. pig.ta.cõtrahi. & ſic nota ex poſſeſsione quæ præſumit factũ dominũ.adde not.in l.ij.j.de ꝓba.no.Bart. latè in l.quidã in ſuo ff.de cõdi.inſti.& Spe. in tit.de primo & ſecundo decreto. §.reſtat.verſed nunquid per Bart.not.in l.admonendi.in ver.quæro cui incumbit.ff.de iureiuran.

Prima Bartoli ſuper Codice.

a ☙ P. P A V. P. ¶ Pro patre. Pro diſpoſitione huius rubricæ limita primò vt per Alex. in l. quãuis. in prin. ff. ſol. mat. Et bene not. Itẽ pro ſingulari limitatiõe vide de Alex. conſi. xxiij. poſt prin. vbi ſingulariter vult q̃ vbicũq; delictum patris noceret filio, cõmodũ reuerteretur ad patrẽ, tunc nocet nunquid autẽ iſto caſu poſſit pater renunciare vſumfructum, vide Cepol. cautela. lxv. Item aliũ modũ faciendi q̃ filius teneat pro patre, vide Cepolam cautela. cclxvj. Item q̃ domini nõ teneant̃ ꝑ debito famuli nec pater ꝑ filio, nec emphyteuta pro delicto ruſtici ſui, vide Iaſ. in l. j. in ij. notabil. ff. ne quis eũ qui. vbi etiã quædã alia. Nunquid autẽ valeat ſtatutum q̃ filius teneat̃ ꝑ patre, & econtra, & qd in alio, vide Alex. conſil. xlij. in viij. colũ. de quo ẽt ſcripſi i rub. ſ. tit. j. Vide domi. Frã. Cur. cõſi. xcij. circa fiñ. Bart. in l. Stich⁹. de pen. lega. Bar. in l. iure ꝓuiſum. & ibi Alex. de Fab. li. xj. Vide Decium in c. ij. de cõſtit. co. ij. vbi ẽt an valeat q̃ ad imponẽdã pœnã corporalem. Itẽ q̃ nõ valeat ſtatutũ q̃ coloni poſſint conuenire ꝑ dñis vide Bar. in l. his pœnis. C. de agr. & cẽſi. Nunqd aũt ciues teneantur ſupplere onus deficientium collectarũ ꝑ aliquẽ, vide Bal. & Alex. ibi in additio. in l. j. C. de oĩ agro deſer. lib. x. Itẽ q̃ vbi lex obligat patrẽ ꝑ filio, intelligitur ſemp ſi pr̃ facit factũ ex quo obligatur. Et idẽ in alijs perſonis. Vide do. Frã. cõſil. xc. vide Soc. ĩ l. Mode. in j. notabi. ff. de except. Itẽ ſtãte ſtatuto q̃ in criminalib⁹ pr̃ teneat̃ ꝑ filio ſi filj⁹ cõdẽnet̃ ex cõtumacia, non tenebit̃: vide Bar. conſi. cxij. Itẽ q̃ ſtatutũ obligãs aliũ ex facto alterius ſit odioſum & reſtringẽdũ vide Comen. cõſi. cxl. in ij. dubio. Itẽ generaliter an valeat ſtatutũ vel cõſuetudo q̃ vn⁹ teneatur ꝑ alio: & q̃ plurima exẽpla circa hoc vide latè Iaſo. in l. de quibus. in xv. colũ. cũ duabus ſeq. ff. de legi. Feli. de quo ſcripſi in rub. in tit. p̃cedẽti. Itẽ qũo delictũ pr̃is noceat filio. vide Bar. & q̃ ibi habes ad eum in l. j. in fin. ff. de interdi. & releg. Itẽ generaliter q̃ ex facto alicuius non aliter grauari ſiue in ciuilib⁹, ſiue in crialib⁹, vide Iaſ. latè l. ſi qs. in fi. §. legis. C. de inoffici. teſt. vbi ponit de validitate pluriũ ſtatutorũ, de quibus ẽt. ſ. Itẽ q̃ ſtatutũ obligãdi aliũ pro alio fuit cõtra ius cõmune & naturalẽ æquitatem, & inquãtũ poſſit ſit concordandũ cum iure cõi, vide nota. Io. de Ana. cõſil. lxxij. & ibi ẽt q̃ ſunt ſtrictè intelligenda.

Ne filius pro patre. [a] *Rubrica.*

LEX I.

NEque ex eius. [b] Rubrica ſit ſummarium totius tituli &c.

1 *Scholares poſſunt uenire, & ſtare ſecurè ad ſtudiũ.*
2 *Qualiter probabitur quem uenisſe cauſa ſtudij, ſi in aliquo capiatur.*
3 *Data licentia ueniendi, & ſtandi, an uideatur data licentia redeundi. remißiuè.*
4 *Nuncij ſcholarium habent eandem licentiam, & ſecuritatem, quam habent ſcholares.*
5 *Ptãs loci q̃ ſit iudex ſcholariũ: & q̃ habẽt tres iudices.*
6 *Si à ſententia rectoris uel doctoris appelletur, ad quẽ appellabitur.*
7 *Scholaris uſque ad quantum tempus uariare poßit in electione iudicis.*
8 *Si iudex inuito ſcholare pronunciat ſe iudicem à tali pronuncia. appellatur.*
9 *Verbum priuetur. q̃ intelligatur per ſententiam.*
10 *Scholares, eorũ nuncij, ualiſia. & equi non poſſunt capi pro repreſalijs. & nu. 14.*

HAbita. [c] No. †in principio, q̃ ſcholares pñt venire & ſtare ſecurè ad ſtudia [d]. Sed qualiter †probabit̃, q̃ ipſi venũt cauſa ſtudij ſi in aliquo loco capiant̃. Probabitur certè ex cõiecturis: vt quia veniebant cũ libris, vel erant ſoliti aliàs ſtare in ſtudio: vel ex qualitate itineris: vt l. ſi fugitiui. j. de ſer. fugi. & l. nõ oẽs. §. à barbaris. de re mili. †Sed ad vnũ aduertẽdũ eſt, q̃ iſta lex dicit, q̃ veniãt & morent̃ ſecuri: nõ dicit aliqd qñ recedũt. & ſic incidit in illã quæſtionẽ, vtrũ ille, cui data eſt licẽtia veniẽdi, videatur data licẽtia redeũdi. dixi plenè in l. vtimur. ff. de ſepul. vio. Item no. †q̃ eandẽ ſecuritatẽ habẽt ipſi, & eorũ nũcij. quod eſt no. ad multa. Eadẽ ergo rõne nõ poterit capi, nec nũcius ſuus, nec valiſia ſua, & ſimilia. Gl. format hic aliquas q. in iſta materia: quæ dic vt in glo. quia non poſſunt hic ſtare. hic non ſunt alia &c.

HAbita. Hæc aut̃. diuidit̃ in tres partes, ſicut tria priuilegia idulget. Primũ eſt, q̃ ſcholares vadãt, & morent̃ ſecuri: & ſic nõ teneant̃ ad ſoluendas gabellas vel pedagia. Secundũ eſt, q̃ nõ patiant̃ iniuriã: & nõ capiãtur propter repræſalias. Tertiũ eſt, qd̃ dat eis: q̃ dat eis iudices & facũltatẽ eligẽdi ſub quo cõueniatur. Secũda ibi hac igit̃. Tertia ibi: verumtñ. Primò quæro: qd releuet iſtud priuilegiũ, q̃ ſcholares vadant ſecuri: nonne de iure cõi quilibet debet ire ſecurus per loca? Nã ſcitis q̃ graſſatores puniunt̃. Reſpõ. dicit gl. vadant ſecuri, q̃ nõ teneant̃ ſoluere pedagia: aliàs hæc cõſtitutio nihil releuaret. ar. l. ſi qñ. de leg. j. Et ita tenent omnes docto. Dicitur hic, q̃ vadãt ſecuri ad loca, quæ literarum exercẽt ſtudia. Vtrũ hoc ſit verũ, ſi vadãt ad ciuitates nõ priuilegiatas. Reſpon. ſi quidẽ loquamur in alijs facultatibus, excepto iure ciuili, videtur q̃ habeãt priuilegium. Nam illæ ſcientię poſſunt in qualibet ciuitate legi de iure cõmuni: vt l. ſi duas. §. eſt autẽ. ff. de excu. tut. Sed leges iſte nõ poſſunt legi, niſi in ciuitatibus priuilegiatis: vt in prima cõſtit. Digeſtorũ. §. pe. Et ideo qui vadit ad alia ſtudia adulterina, nõ habet priuilegia. & hoc verum: tamẽ quidam dicunt q̃ illi conſtitutioni eſt derogatum per cõſuetudinẽ. Tertiò quæro quando aliquis trãſit, ſi dicet ſe ſcholarem, quomodo probabit? Rñ. ex coniecturis cõſiderata qualitate perſonę, & rerum, quas portat in itinere. Ad quod facit ff. de re mili. nõ oẽs. §. à barbaris. j. de ſer. fug. l. ſi fugitiui. Quæro: iſtud eſt priuilegiũ eundi, & morãdi: ſed de recedentibus nihil dicitur: & ſic ſumus in illa quæſtione, ſi dat̃ alicui ſecuritas eundi, an videatur data ſecuritas redeundi. Et dico q̃ ſic. ff. de ſepul. vio. l. vtimur. Veniamus ad ſecundũ priuilegiũ, & iſtud priuilegiũ habet tria capita. Primò, q̃ nullus faciat ſcholaribus iniuriã. Secundò, q̃ nõ capiantur pro repræſalijs, quæ cõceduntur ex priuata cõſuetudine. q̃ nota. Tertiò, q̃ rectores debẽt iudicare. quod intelligo quãdo ex inquiſitione, & officio ſuo, aliàs nullũ eſſet priuilegiũ: & ſi non faciunt, puniũtur. Venio ad tertium priuilegium: & quęro vtrum hoc ſit verũ in qualibet lite etiã in criminali. Gl. dicit q̃ ſic. ſed quantũ ad criminalẽ ſcholares Boñ. renũciauerũt. Peruſini nõ: ſed eis nõ ſeruaretur clericis exceptis. †Quæro, vtrũ habeãt iudicẽ Poteſtatẽ ciuitatis. Gl. dicit q̃ ſic: q̃ de iure cõi erat: & ſic habẽt tres iudices, poteſtatẽ, Epiſcopũ, & doctorẽ: vt in prœmio Digeſtorũ. §. pen. ſed an rectorẽ? Rñ. ſic de iure cõi: quia ita ſcholares, ſicut quęlibet alia vniuerſitas poſſunt ſibi facere rectorẽ: vt l. vlti. ſ. de iur. om. iu. Iaco. Butr. ideo dicit, q̃ ſi eligeret rectorẽ, bene audiretur: ſed ſi quemuis alium alibi trahat, non incideret in pœnam huius legis. Quæro extra †gloſſ. à ſententia doctoris vel rectoris, ad quẽ appellabit̃. Breuiter appellabitur ad proximũ ſuperiorẽ: vnde ſi doctor, vel rector, eſt ſecularis, appellabitur ad poteſtatẽ: ſi clericus ad epiſcopũ. Sed in vniuerſitate iſta & Boñ. doc. ſubſunt rectori: nec poſſet appellari à rectore ad doctorem: ſed ſi non ſubeſſent rectori, tunc appellaretur ad eos. Sed quæro, †dicitur hic quod ſcholaris habet poteſtatẽ eligendi: vſq; ad quod tẽpus? Glo. dicit, quod vſq; ad litem conteſtatam doctores omnes reprehendunt eam: quia ſi hoc eſſet ſemper variarẽt: q̃ eſſet abſurdũ. arg. l. iij. §. j. ff. de eo quod cer. lo. Præterea ſtatim cũ acceptauit, eſt quæſitũ ius alteri. vt l. apud. ff. de opt. leg. pro iſta opi. videt̃ gl. in l. ſi cõuenerit. ff. de iuriſ. om. iud. Quæro, vtrum ſcholaris poſſit priuilegio renunciare. Dic vt ſ. de pac. ſi quis. & l. j. ſi quis in ius vo. non ie. †Quæro, quid ſi iudex inuito ſcholari pronunciauit ſe iudicem? Reſpon. appellabitur ab iſta pronunciatione. Dicit gl. & bene no. q̃ ſuper iſtis appellabitur. Ratio, quia habent præiudiciũ facere in toto. de quo per me in d. l. in

tra

Item in criminalibus an valeat ſtatutum q̃ alius pro alio teneatur, vide Feli. in c. tus generale in pen. & vlti. col. j. diſtin. Item quomodo ſtatutum poſſit inducere q̃ ſententia lata cõtra vnũ executioni mãdetur contra aliũ, vide Alex. in l. ſæpe. in col. iij. de re iud. vbi etiã de dictis ſtatutis. Itẽ qũo valeat ſtatutũ q̃ pater teneatur pro delicto filij vſq; ad legitimã vel vltra. & quid de pœna infamiæ vel corporali, vide Soci. latè in l. filiuſ fami. in prin. ff. de verbor. obliga. per duas chartas.

b ¶ Neq; ex eius. Fallit iſte tit. & eſt̃ materia in patre, q̃ accepit pecuniã mutuo, & conſumpſit in alimẽta filiorũ, & poſtea filij aduẽtitij efficiunt̃ diuites: q̃ tunc tenẽtur ſoluere illud debitum pro patre. Dictũ fuit not. Bal. in l. his ſolis j. de reuoc. do. & not. Ludo. in ſuis ſingu. in tit. de mãdato, in viij. ſingu.

☙ P. P A V. P.

c ¶ Habita. An iſta aut̃. habeat locũ ĩ clericis ſcholarib⁹, vide Ab. in c. ſi diligẽti. de foro cõpe. in xj. col. Itẽ cuj⁹ ſit electio circa iſtos iudices & q̃d ſi de iure cõi q̃s hẽret plures iudices, vide Ro. cõſi. ccccxij. in princ. Item not. q̃ ſi ſtatutũ dicat q̃ ſcholaris nõ poſſit corã alio pulſari. intelligit̃ nõ ſolũ in ciuili, ſed etiã in criminali: vide Bart. in l. fina. C. de agẽ. in reb. lib. xij. Et ibi etiã q̃ intelligit̃ dictũ ſtatutũ, donec eſt in ciuitate i qua legit, ratione ſtudij: ſed ſi extra ciuitatẽ delegat, poterit corã ordinario cõueniri. Itẽ an rector poſſit exequi ſniam cõtra ſcholares ẽt ĩ capturã, vide Fel. in c. ſignificaſti. in fi. de offic. deleg. Barba. ibidem in vltima columna.

d ¶ Studia. Circa hanc materiam vide Ioan. And. ĩ c. ſi diligẽti. de foro cõpet. in fi. & ibi plenè declarat eã: & dicit ibi, q̃ aliq̃ ſtudẽtes in ſtudijs adulterinis. nõ gaudẽt priuilegio hui⁹ aut̃. relicta hic vide per Bal. & q̃ notat Bart. in l. fi. de colleg. illi. & vide ad hãc aut̃. ĩ c. tua. de cleri. nõ reſi. Et ad iſtud q̃ ſ. dixi ſcdm Bal. vide eũdẽ ĩ proœ. Digeſt. in §. hoc autẽ. & ibi etiã Bart. dicit iſtã authen. nõ ſeruari de conſuetu. in criminalibus ſecũdũ gl. in authen. de manda. prin. §. nõ permittas. Ange. ſequitur in l. ſi vacantia. poſt mediũ. de bo. vacã. & q̃ not. Bar. in l. fi. de conſtit. princi. & hic per Bal. in x. col. & iſta authẽ. habet locũ ĩ famulis ſcholarium, ſecũdum Bal. in l. ij. C. de epiſc. & cleri. & q̃ nota. in l. ſi plures. de ſacroſ. eccle. & hic per Bald. & gloſ. & Barto. in l. ij. §. legatis. ff. de iudi.

tra vtile.ff.de mino.& l.ait prętor.§.permittitur.eo.tit.Appellatur enim ab his pronunciationibus:quę iudicem eſſe,vel nõ:
9 vel cognoſcẽdi,vel nõ:licet ſit interlocutoria.† Quæro,hic dicit priuet:an ipſo iure vel per ſententiã. Gl. dicit per ſniam qa dicit,priuet.quæ verba referunt ad iudicẽ:vt dixi in l.extat.ff. quod met.cau.hic nõ. ſecus ſi diceret,priuatus ſit:vel prætertũ apponeret:vel dictio mox,vel ſtatim,vt no.ſ.de iur.om.iud. l.in criminali.& in aut.de inceſt.nup.§.j. Quæro,à quo iudice priuetur.Reſpon. poſſum hoc petere fieri per officium iudicis
10 à quo,& corã quo eſt citatus, poſſum etiam hoc petere principaliter per condictionẽ ex iſta aut. Vltimò nota† qꝫ iſta ſecuritas eundi,& redeũdi,datur ſcholaribus nuncijs,& rebus eorũ: & ſic pro repræſalijs,valiſia,& equi capi non poſſunt.&c.

An ſeruus ex ſuo facto. *Rubrica.*

LEX I.

QVamuis. Seruus ex contractu, vel quaſi, facto in ſeruitute non tenetur.factus liber: niſi pro libertate promiſit:ex debito verò factꝰ liber tenetur extraneo,non domino ſuo.h.d.lex iſta &c.

Additur de nouo cum ſeq.legibus huius tituli.

1 ☞ *Seruus factus liber quando teneatur pro contractu facto per eum in libertate, ubi regula cum fallentijs.*

QVamuis. Statuliber de eo quod geſsit factus liber,non tenetur.h.d.ſpecialiter quantum ad ſe. Quæro, quæ fuit ratio dubitandi in hac l. Gl.dicit:quia interim videt liber: ſed hoc non eſt verum ſimpliciter,niſi quo ad quædã.Item poſſet eſſe dubitandi ratio:quia exiſtens cõditio retrotrahit.& retro fingitur fuiſſe liber.arg.l.potior.ff.qui pot.in pig.habe.& l.qui balneum.eo. tit.& de pericu.rei ven.l.neceſſario.§.quod ſi pendẽte. ſed hoc non eſt verũ in relictis conditionalibus factis in teſtamẽto : vt
1 ff.ad Sylla.l.j.§.ij. Op. gl.† de l.& elegãter.§.ſeruus pactionis. ff.de dolo.dicit gl.regula poſita in hoc ti. fallit in caſibus. primò in d.§.ſeruus. Ratio eſt ibi in eo quod dicit.j.eo.l.promiſſę. vt ſtatim dicã.Secundò fallit.ff.de fideicõ.lib.l.ſi pure.de libe. leg.l.Aurelius.§.Sticho.Iſtud non eſt verum:nam hæc lex loquitur quòd nõ tenetur factus liber ciuili obligatione:ſed naturali tenetur:vt l.ſi id quod.ff.de condi.inde.& l. naturaliter. eo.tit. ſed illæ duæ leges non dicunt quòd ſeruus poſsit cõueniri,ſed qꝫ poſsit de periculo retineri,tanquam naturaliter debitum.Item fallit,quarum rerum actio nõ datur.l.j.§.iiij. ratio ibi patet.Item fallit.j.eodẽ l.promiſſæ.Ratio eſt ibi: quia promiſit pro libertate propria,& cõfertur in tempus libertatis.& eodem modo loquitur.§.ſeruus pactionis.ſ.allegatus.Item fallit.ff.de neg.geſt.l.eum actum. & eo.tit.l.at qui natura.§. ſcæuola.Certè domini ibi non conuenitur ex ante geſto, vt condemnetur,ſed vt deducatur propter connexitatem enim in iudicium de neceſsitate debet deduci,vt ibi no.Item fallit.ff.de
2 poſi.l.ſi apud filium.ſed glo.dicit.quod illud fallere non eſt verum:quia ex poſteriori detentatione conuenitur.Item fallit[2] ſecundùm legem in maleficijs,de quibus dicam in l.vltima.

LEX II.

CRreditoribus. Factus liber nõ tenetur ex antè geſto:& maximè ſi nõ habet peculium.hoc dicit.Differt hæc lex à præcedenti:quia ſupra loquitur de ſtatulibero:hic in mero ſeruo.l.Innuit per hoc quod dicit maximè,idem eſſe ſi peculium eſſet legatum. Contra de lega. ij.§. per contrarium.ff. de dot.præleg.Solue vt in glo.& bene.

LEX III.

PRomiſſæ. Promiſſum ex cauſa libertatis à ſeruo,debetur à facto libero.h.d. Opp. ff.de ope.liber.l.vt iuſiurandũ.§.j.& de libe. cau.l.ſi. Sol.Hic loquitur in pecunia promiſſa pro libertate: ibi in operis promiſsis.Opp.ff.de dolo.l.& eleganter.§.ſeruus pactionis:Solu.Ibi ſeruus non promiſit,ſed alium ſubiecit qui promitteret.vnde non tenetur in factum,ſed de dolo.

IIcet. Ex delicto commiſſo in aliũ, factus liber tenetur:quia noxa caput ſequitur. Ad euidentiam debetis ſcire quod licet per mutationem ſtatus quis dicatur eſſe alter homo:hoc eſt verũ in actionibus ciuilibus ex contractu : ſecus in actionibus deſcendẽtibus ex delicto:vt ff.de ca.dimi.l.ij.§.pe. Quæ- a
rit glo.quando oritur hæc actio? Dic vt in ea.& bene nota.

SI vt allegas. Factꝰ liber, ex antè geſto nõ põt iquietari in perſona, nec in eo quod lucratꝰ eſt.Bart.

SIue ſerui. Seruus ex delicto commiſſo in dominũ,non tenet in ſeruitute. vel poſtea;ſecꝰ ſi factus liber de- b
liquerit.h.d.Opp.ſ.e.l.licet Sol.Ibi deliqt in extraneum , quo caſu ab initio naſcitur actio noxalis contra dñm : quæ poſtea eſt directa contra ipſum manumiſſum : ſed ſi c
deliquit in dñm ab initio,nulla naſcitur actio:ideo poſtea nõ tenetur.Opp.ff.ſi quis teſt.lib.eſſe iuſſ.fu.l.j.Solu.Ibi fallit.& ratio ibi patet.Vltimò diſtingue:quia aut ſeruus contrahit,vel quaſi. Primo caſu regula eſt,qꝫ non teneatur:vt l.j.ſ.eo.Fallit in caſibus,vt ibi.Aut delinquit:& tunc aut in dominum,aut in extraneum . primo caſu non tenetur:ſecundo ſic:vt l.licet.ſ.eodẽ. Fallit in d.l.j.ſi quis teſta.lib.&c.Bar.

¶ Itẽ fallit. Adde tu vltra has fallen.gloſ. quod fallit quãdo ſeruus tanquã liber cõtraxit matrimonium qa id qđ recepit ab vxore , tenetur reſtituere,et ad id obligatur.l.ſi ſeruus.ff.de iure do.& ibi gl.no.& dicit do.Argen.in l.j. ff. ol.matri.qꝫ eſt ſpeciale fauore dotis.

¶ Ratio huiꝰ eſt.Adde eundem Bart.in l. ita ſtipulatus.colum. xv.in j.q.ij.q. principalis.ff. de verb.obli.

¶ Si in cauſa.Dixi in l.pro officio.j.de admi.tut.& Bal.hic.

Quando fiſcus vel priuatus. *Rubrica*

LEX I.

PRopter æs alienum. Res tutoris. non poteſt inquietari pro pupillo.

Nouiter inuenta & appoſita.

1 ☞ *Tutor debitor pupilli,ex mala adminiſtratione,quando poßit pro pupillo conueniri.*

2 *Lex poteſt impedire ortum actionis per appoſitionem diei.*

PRopter æs alienum. Res tutoris non poteſt inquietari propter debitum pupilli.h.d. Quæro quid ſi tutor tenet aliquid de bonis pupilli.dic vt in glo. Quæro,quid ſi tutor nõ
1 tenetur,† ſed eſt debitor pupilli:quia malè adminiſtrauit? Gl. dicit idem:quia etiam ab ipſo pupillo non conuenitur , niſi finita tutela:vt l.ij.j.de admi.tut.& l.rationes. Iſtud quod dicit tutorem durante tutela non cõueniri;intelligas nõ teneri,ita qꝫ poſsit agi:nã ſtatim obligatio,ſed nõ ſtatim actio naſcitur, niſi finita tutela:vt l.ſi tutor Reipublicæ.§.fi.cũ l.ſeq.ff.de tute.& rati.diſtr.& tangitur per gl.in l.ſi rẽ.§.omnis.ff.de pign. actio.Ex quo colligo vnum membrum cõtra noſtros doct.in quæſtione quam dixi ſ.vt acti.ab hære.& cõtra hære.l.j.ſcilicet quòd ex obligatione in diem certam.quãdo dies adijcitur à lege,non naſcitur ſtatim actio:vt dixi modò in tutore. Nam obligatio eius eſt in diem certam,ſcilicet pubertatis,licet antè
b poſsit finiri. Ratio huius eſt[b]:† quia lex poteſt impedire ortũ
2 actionis per appoſitionem diei,non autẽ homo:vt l.nemo poteſt.ff.de leg.j.& de act.& oblig.l.obligationum fere.§.placet.

LEX II.

c SI in cauſa. [c]Si alia non reperiũtur,vltimo loco fit executio in nominibus debitorum.hoc dicit.Quæro,vtrum hoc ſit verum,ſiue debitor confiteatur:ſiue neget debitum. Pla.diſtinguit,aut negat malitioſè aut nõ.Gloſſatores noſtri indiſtinctè dicunt contra debitorẽ negantem non poſſe fieri executionẽ: vt ff.de re iudi.l.à diuo Pio.§.ſic quoqꝫ.verſi.ſed vtrum.ſed eo caſu quo malitioſè negat,dabitur curator bonis,qui ordinariè conueniat debitorem.

Addita nouiter.

1 ☞ *Debitor ex cauſa quæ paratam executionem habet,ſi negat ſe debitorẽ,fiet tamen executio.*

2 *Ad nomina debitorum quando perueniatur,etiam non lata ſententia.*

3 *Executio contra nomina debitorum quomodo fiet.*

4 *Pignora quomodo capientur.*

SI in cauſa. Vbi aliæ res non reperiuntur, fit executio cõtra nomina debitorum hoc dicit. Nota vltimò deueniri ad nomina debi-

a ¶ Nam si neget malitiosè. Add de Spe. in ti. de primo & secundo decre. §. restat. vers. qd ergo & aliqd p Bal. in l. 2t. col. j. ff. de exec. rei iud. de quo vide latè per Alex. in d. l. à diuo pio. §. sic quoq;. ff. de re iudic. vbi ponit alias limitationes.

b ¶ Quo capiatur. Pro hac practica adde eũ dem Barto. in l. fin. in prin. de do.

c ¶ Sunt alia. Vide Bar. in l. iij. §. multa. ff. de iur. fisc. adde in l. j. C. de conue. fis. debi. lib. xj. secundum ij. & iij. lect. vbi dicit, q̃ fiscꝰ pot cõuenire debitorẽ debitoris sui, excusso tñ prius suo debitore principali. Facit l. Moschis. alʒ. incipit quædã. ff. de iure fisci.

d ¶ No. Adde no. in l. fi. in princ. ff. de dona. & Bart. in l. j. ṡ. de act. & obl. in vlti. colum.

e ¶ Pro hæreditarijs. Et vide omnino Bart. in l. ij. j. de debi. ci. lib. xj. vbi videt bonꝰ casus & in hac l. habes glo. nota. iuncto textu. & per istũ tex. hic not. p Bal. in l. debitori. in ij. col. C. de pac. q̃ si qs petat suũ antequam adeat, nõ videt hæreditati renũciare. vide tamen Bal. hic.

℣ P. P A V. P.

f ¶ Pro hæreditarijs. de effectu huius diuisionis, qñ vnus efficitur non soluẽdo, vide singulariter Are. in l. ij. §. & horum. in ij. col. ff. de verb. obli. Item q̃ ita diuidit hypotheca sicut personalis vide eundem. in d. l. ij.

torũ: vt l. à diuo pio. §. vẽd. ff. de re iu. Op. de l. à diuo Pio. §. sed vtrũ. ff. de re iudi. gl. dicit: intelligo hæc sẽdm distinctionẽ illi⁹ §. q̃ hæc lex habet locũ in debitore cõtẽte. & hoc verum, nã si neget malitiosè [a] p mendacium: tunc nõ potest fieri executio sed Pla. dixit cõtrariũ. & malè. Sed quę est ratio huiꝰ? Rñ. in executiõe adhibet summaria cognitio. d. l. à diuo. §. si super rebꝰ. sed in exigẽdo à debitore negãte exigitur plena causæ cognitio: qa debet dari libellus, & similia: vt ṡ. de act. & obl. l. negãtes. meritò nõ põt fieri executio. Sed qualiter cõsuleẽ actori? Dicit gl. dabiẽ curator bonis, q̃ porriget libellũ, & litẽ ꝓsequeẽ. Ex prædictis collige † q̃ si debitor negans se esse debitorẽ, esset debitor ex tali causa, q̃ habet paratã executionẽ; q̃ tũc posset fieri executio cõtra eũ quia cessat ratio prædicta. Præterea ad qd expectamus casum cuius nil operaẽ euẽtus imò qui iã euenit nã si negat, cõdẽnareẽ & postea fiet executio: sed si reperiaẽ in eo statu, q̃ est cõdẽnãdus vel pro cõdẽnato habendus: quid impedit qn cõtra eũ fiat executio, nõ video. Op. † dicitur hic, si in causa iudicati, cõtra imò & si nõ est lata sñia, põt peruenirí ad noꝛa debitorũ: vt ff. de pig. act. l. si cõuenerit. & j. quæ res pi. obl. poss. l. nomẽ Sol. Ibi si vult agere hypothecaria propter nomina debitorũ. seu vtili, potest: sed si non habet noꝛa obligata, tũc secus. fallit in fisco: vt j. l. ꝓxi. & seq. † Quero, qualiter fiet hęc executio cõtra nomina debitorum. Text. hic videt velle q̃ authoritate iudicis debitores soluere cõpellantur: sed dubito, cùm de iure cõmuni res prius debeat capi pignori & post aliquod tẽpus distrahi; vt l. debitoribus. de re iud. Quæro † quomodo capiẽtur [b] pignora. Certè istã practicã tangit gl. melius quã alibi. j. de præto. pig. l. j. & in d. l. à diuo Pio. §. sic quoq;. Sed prædictis videtur cõtrariari. nam nõ debent capi ipsa nomina pignori, sed pecunia; vt d. l. à diuo pio. §. sed & si pecuniam. & §. seq. & l. cõmodis. ff. de re iud. Rñ. si quidẽ debitor habebat pecuniã solutioni paratã: ipsa pecunia capietur, nõ nomina: vt d. l. cõmodis. §. sed & si pecuniã. licet glo. in d. §. intelligat aliter sed destruit tex. Sed quando nõ est parata solutioni tunc ipsum nomen capietur: vt hic. Et aduerte q̃ quando pecunia capitur, est necesse q̃ debitor cõfiteaẽ, sicut quãdo capitur ipsum nomẽ, vt d. §. sed & si pecuniã. in eo quod dicit, æque, quasi dicat, eodẽ modo quo qñ ipsum nomẽ capitur. Habes ergo quomodo ipsum nomen capitur in causa iudicati.

b

LEX III.

SI debitum. Debitor debitoris fisci cogiẽ soluere fisco. h. d. Hoc fit in priuato demum cõdemnato debitore principali: in fisco etiã eo nomine non condemnato per condictionem ex l. j. de condi. ex lege. Hic non sunt alia [c].

c

NOn prius. Ad debitorem debitoris nõ peruenieẽ nisi debitore primo discusso. h. d.

1 ☞ *Dominium sicut in corporalibus nõ transfertur, nisi traditione secuta: ita in incorporalibus ex solo contractu non transfertur actio directa. & nu. 4.*

2 *Actio utilis regulariter non transfertur, nisi cedatur.*

3 *Libellus in actione directa competenti cedenti, quo formetur, & qñ in actione utili.*

5 *Actio utilis ex datione in solutum transfertur sine cessione.*

6 *Actio directa non competit, nisi sit cessa, vel mandata.*

d

IN solutum. Ex datione insolutũ trãseũt vtiles sine cessione: directæ verè nõ possunt exerceri nisi mãdenẽ. h. d. De hac materia dixi vobis in l. j. ṡ. de act. & obli. Vnũ tñ not. [d] q̃ ponit

1 ista glo. q̃ sicut in corporalibus † non transfertur dominiũ nisi secuta traditione: ita in incorporalibus ex solo contractu non

1 transfertur actio directa nisi mandetur. vt hic. neq; † vtilis regulariter nisi cedatur: vt d. l. j. ṡ. de actio. & obli. vide istã æquiparationem quæ est bona ad multa argumenta, &c.

Additio noua.

IN solutum. Nomine dato in solutũ, nõ cõpetit exercitũ directæ, nisi mãdetur: sed cõpetit vtilis. h. d. Vel sic. Ex datione in solutũ transeunt vtiles sine cessione, directæ verò non possunt exerceri, nisi mãdenẽ. De hac materia dixi vobis in l. j,

3 ṡ. de act. & obli. Nota † q̃ quando formatur libellus in actione directa cõpetenti cedenti formaẽ procuratorio nomine cedentis, vt hic, & l. plane. fami. ersci. sed quãdo formatur in vtili; formatur nomine eius, cui est facta cessio: vt hic, & ṡ. de procur. l,

4 qui stipẽdia. & quod ibi videbitis. Itẽ no. vnũ † quod ponit ista gl. sicut in corporalibꝰ nõ trãsferẽ dñium nisi traditiõe secuta ita in incorporalibus ex solo cõtractu non transferẽ actio directa nisi mandeẽ, & vtilis nisi cedaẽ, vt in d. l. j. ṡ. de act. & oblig.

5 Quero † vtrũ hæc vtilis cõpetat sine cessione? Respõdeo: sic in casu isto; vt no. in l. j. ṡ. de act. & obli. & ibi plenè dixi. Sed tunc opp. facta cessione videntur mandate actiones directæ; vt l. ij. ṡ. de act. & ob. & ibi no. sed hic est facta cessio saltẽ à lege. ergo &c. Respõdeo: aliud est cessionẽ fieri ab homine, aliud à lege; quia istud, quod fit à lege, limitaẽ vt sola vtilis cõpetat: sed homo cedẽdo transfert quicquid põt: põt autẽ trãsferre mandatum directarũ: ergo &c. Vltimò nota quandã gl. quæ est hic,

6 quæ dicit, id † quod operaẽ traditio &c. quod intellige quantũ ad exercitiũ directarũ indistinctè: quia nullo casu cõpetit, nisi actiones sint cessæ vel mandatæ: sed quo ad vtiles in aliquibus casibus non est necessaria cessio: vt ṡ. de actio. & oblig. l. j.

De hæreditarijs actionibus. *Rubrica.*

LEX I.

PEcuniam. Cohæredes possunt conueníri personaliter ꝓ hæreditaria portione, hypothecaria insolidum. h. d. Gl. quærit, quid si defunctus erat obligatus ad aliquid dandum indiuiduum? Dic vt in glossa.

Additio noua.

PEcuniam. Contra hæredes pro portionibus hæreditarijs põt agi personali, & hypothecaria insolidũ. h. d. Opp. dicitur hic, pro parte tibi cõpetente. contra; quia pro illa parte actio est extincta: vt l. si adulta. j. eo. Sol. expone vt in glo. Quærit glos. quid si mater debeat rem indiuiduam. Dic vt in glossa.

LEX II.

e

PRo hæreditariis. [e] Actiões personales dãtur cõtra hæredes ꝓ hęreditarijs portionibus: reales: quatenus possidẽt hoc dicit. Vide glos. quæ ponit casus, in quibus dicitur fallere. quam no. Domini: ista est materia. ff. de verb. obl. l. iiij. §. Cato, & ibi plenissimè examinaui qualiter diuiduę transeũt contra hæredes. & Cy. hic multa ponit, & dicit.

Additio noua.

1 ☞ *Actio in rẽ, quãdo detur cõtra hæredes pro pte quã poßidẽt, regula cũ fallẽtijs.*

2 *Rem restituere est quoddam indiuiduum, & quando dicta obligatio sit indiuidua.*

f

PRo hæreditariis. [f] Duas regulas ponit hæc lex prima actio personalis datur contra hæredes pro hæreditarijs portionibus.

1 † Actio in rem datur contra hæredes pro parte quã possident. h. d. Opp. ff. de verb. obl. l. ij. §. ex his. & l. in executione. §. secũda species. Sol. dicit gl. prima regula huius l. fallit in sex vel septem casibus, quos enumerat per ordinẽ. Examinemus singulariter. & primò dicit, fallit quãdo indiuiduum esset in obligatione, quo casu quilibet hæredũ tenetur insolidum: vt in legibus contrarijs. ita dicit gl. & bene. Quod intellige, quando ad ipsum indiuiduũ: secus si ad interesse deuenitur: vt d. l. ij. §. itẽ si in facto. Præterea dicit gl. fallit quãdo res, quę debet restitui possidetur ab vno: vt ff. cõmo. l. iij. §. hæres. & depos. l. si duo.

2 In hoc aduerte: iste nõ videtur nouus casus à præcedenti; † nã rem restituere est quoddã indiuiduum, cùm pro parte nõ possit restitui. d. l. si duo. Et sic videtur idem casus cum præcedenti: quia indiuiduũ est in obligatione. Sed aduerte. ṡ. dixi de indiuiduo

diuíduo quo ad obligationem. Item aduerte: quia iſtud nõ eſt verum in qualibet obligatione rem reſtitui: ſed ita demũ ſi in obligatione rem reſtitui eſt obligatio bonæ fidei. Iſtud probat tex. in l. in §. hæres. ff. commo. Item habet locum in actione ſtricti iuris, quando competit pro aliqua re, pro qua poſſet competere actio in rem. Caſus eſt in l. qui fundũ. §. ſi tu ex parte. ff. ad l. Fal. aliàs extra hos caſus ſtaremus regulæ huius legis, vt quilibet teneatur pro portione hæreditaria. Pro hoc alle. de lega. j. l. ſi tibi homo. §. pe. Tertiò fallit in pollicitatione. quod dic vt in gloſſ. & bene: & eſt ratio, fauor fiſci. Quartò fallit in l. iij. in prin. & §. j. ff. de alimen. & ciba. leg. Certè iſtud nõ eſt propriè fallere. Nam hæc regula loquitur de actionibus hæreditarijs, quæ cõpetunt contra defunctum: ibi de actione, quæ nũquam cõpetit defuncto. Præterea, ibi actio pro hæreditarijs partibus competit antequã iudex ſe interponat: ſed dicit imminente fauore alimentorum cõcedi ſibi vt decernat vtrum ſoluatur ab vnõ, an à pluribus. Quintò fallit, ſi teſtator legauit ab vno hæredum, creditori hæreditario cauſa cõpenſandi debitum: vt l. cùm ab vno. ff. de leg. ij. Aduerte, illa lex habet duplicem intellectum. Primò ꝙ loquatur in actione hæreditaria, ſcilicet de dote: & tunc verum dicit gl. & tunc fallit: non enim eſſet idẽ, ſi legaretur alteri, quàm ei, quæ debet habere dotem: non enim poteſt facere teſtator, quin quilibet hæredũ teneatur pro parte hæreditaria: vt ſ. ſi cer. pe. l. j. Alio modo intelligitur in actione ex teſtamento: & tunc non propriè fallit: quia non eſt actio illa hæreditaria, quæ non competeret contra teſtatorem. Sed primus intellectus communiter approbatur: vt ibi per domi. Frã. Sextus caſus eſt in ſummaria cognitione, ſeu actione. Gl. dicit verum: tamẽ nec illa cœpit cõtra defunctum competere. Septimus caſus in caſu mirabili. dicit glo. in l. qui fundum. §. ſi tu ex parte. ff. ad l. Falc. Certè nec ibi dicitur de actione hæreditaria: quæ contra defunctum competeret: tunc enim actio daretur pro portionibus, ſed loquitur de actione ex teſtamento: quæ licet ſit perſonalis, tamen quando agitur ad ſpeciem, agitur contra illum qui poſsidet pro modo quo poſsidet. Ratio: quia pro ea etiam competit actio in rem: vnde propter concomitantiam quam habet cum ea, datur inſolidum cõtra partem: vt ibi patet. ſed ſi eſſet res hæredis, ita ꝙ actio in rem non cõpeteret: tunc actio daretur pro portionibus hæreditarijs, nõ in plus: etiam ſi vnus totam haberet: vt l. ſi tibi homo. §. ſi fundus. ff. de leg. j. Sumus expediti de prima regula. Ad ſecũdam regulam opponi. ff. de præto. ſtipul. l. ij. in fi. Solu. Ibi loquitur quando aliquis deceſsit poſt litem cõteſtatam: hic ante. Et dic vt ibi plenè per gl. & ff. de rei vendi. l. ſi poſſeſſor. & de condit. furti. l. in conditione.

1 *In obligatione ſeu actione tacita, quòd detur actio utilis contra debitorem debitoris. contra glo.*

2 *Forma libelli quando quis intentat actionem perſonalem prohibitam per hanc legem uel utilem propter hypothecariam.*

LEX III.

HAeredem. Contra debitorem debitoris non cõpetit actio perſonalis. hoc dicit. Oppo. ꝙ poſsit agere hypothecaria contra debitorẽ debitoris: vt ff. de pig. act. l. ſi conuenerit. j. quæ res pignori obliga. poſ. l. nomen. Sol. Dicit gl. illud eſt verum in expreſſa obligatione: ſecus in tacita. Notabile dictum † eſſet, ſi eſſet verum, ꝙ in actione ſeu in obligatione tacita non detur actio vtilis contra debitorem debitoris, gl. ponit hic, quam vide. Iſta gl. communiter non tenetur: quia quòd non poſsit agi vtili ex tacita obligatione, nõ reperitur in lege cautum. Nec obſtat lex iſta: quia hic denegatur actio perſonalis: non autẽ vtilis, quæ datur propter hypothecariam: vt dicit gl. Sed quæro, † quomodo cognoſcam vtrũ quis intẽtet perſonalem actionem prohibitam per hanc legem: an verò intẽtet vtilem propter hypothecã: & ſic eſt neceſſe, quòd ſciamus formationem libelli. Gl. hic mirabiliter dicit, quãdo ego intentarem perſonalem, ego dicerem quòd debitor eſt mihi obligatus obligatione perſonali, quando intento vtilem propter hypothecam, non dico eum mihi obligatum. ſed dico ꝙ nomen eius, vel ius obligationis eſt mihi obligatum. vide iſtam gl. quam nota: quia eſt vtilis propter formationem libelli &c.

Additio noua.

HAeredem. Actio perſonalis datur cõtra heredes, non cõtra debitores. Opp. pro dote reddenda ſunt oĩa bona tacitè hypothecata: vt l. aſsiduis. j. qui po. in pig. habe. & de rei vxo. actio. l. j. §. ſed & vt plenius. ergo iſta domina habet obligata noĩa debitorũ: poteſt ergo vtili agere: vt ff. de pign. actio. l. ſi conuenerit. Solu. Dicit Azo, & mirabiliter: in obligatione generali exp̃ſſa veniunt nomina debitorum: vt in cõtrarijs. Secus in tacita: vt hic, ſecundùm eum. quod eſt multum ſingulare. Hanc ſolu. tenet Pe. contrarium tenet Cy. & arguit ſic: in tacita obligatione veniũt bona, vt l. hac edictali. §. omnibus. j. de ſecun. nup. ſed appellatione bonorum veniũt nomina debitorum: ergo &c. Dubito in iſto paſſu. Pro Azo. tamen arguo ſic, fiſcus habet omnia bona tacitè obligata: vt l. infertur. §. fiſcus. ff. de iure fiſci. tamẽ ego video, ꝙ fiſcus nõ poteſt conuenire debitorem debitoris ſui, niſi in tribus caſibus, qui ponuntur in l. iij. §. multa. ff. de iure fiſci. & no. ſ. tit. j. l. iij. §. nam ſi verum eſſet ꝙ tacita hypotheca porrigeretur ad nomina, indiſtinctè poſſet fiſcus agere contra debitorem debitoris ſui. quod eſt falſum. Qui tamen voluerũt tenere contrariũ, intelligunt hãc legem, ſcilicet ꝙ mulier non poteſt intentare actionem perſonalem contra debitores mariti: ſed hypothecariam. Et qualiter hoc cognoſcatur, vtrum intententur perſonalis an hypothecaria, per glo. no. ex qua habes formam libelli hic. vide eam, & ſigna. Hæc nõ videtur vera. nã cõtra debitores debitoris nõ dat hypothecaria, ſed vtilis, quæ ipſo primo debitori cõpetit directa: vt l. nomen. j. quæ res pig. obli. poſ. ſed ſuſtinendo glo. poteſt dici quod intellexit ꝙ non datur perſonalis actio, iure p̃ſonalis actionis, ſed iure hypothecæ. Deinde ſubdit gl. ſed & perſonali poteſt eum &c. vt ſ. tit. j. l. iij. Iſtud non eſt verum: ſed illud fit officio iudicis exequentis: vt ibi patet. & l. à diuo Pio. §. ſic quoque. ff. de re iudi. Bart.

a VT debitum. a Donec hæreditatis quæſtio terminetur, alter ex litigãtibus non poteſt ſibi petere debitum. h. d.

Noua additio.

1 *Petens debitum quando uideatur renunciare petitioni hæreditatis.*

2 *Actus factus contrarius protestationi quando tollat protestationem.*

3 *Donec petitio hæreditatis terminetur, nõ poteſt alter ex litigantibus petere debitũ.*

1 VT debitum. Petitio hæreditatis ſub ꝓteſtatione alterius actionis præiudicialis ad illam non admittitur. Quærit gl. vtrũ † petendo debitum videatur renunciare petitioni hæreditatis. Et dic ꝙ non: quãdo expreſsè reſeruat ſibi petitionem hæreditatis. Si ergo nõ reſeruaret, videretur hæreditatẽ repudiare. Quod probo ſic. Actus, qui non põt geri citra ius & nomen hæredis, inducit aditionẽ: vt l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acqui. hære. ita actio, quæ nõ põt geri abſq; repudiatione;

2 ergo &c. Contra hoc opp. † Actus proteſtationi contrarius b

b tollit proteſtationem. extra, de app. ſolicitudinẽ. ſed petere debitum contrariatur illi proteſtationi, per quã reſeruat ſibi petitum. ergo illa proteſtatio videtur nulla. & per conſequens videtur renunciatũ petitioni hæreditatis. Sol. quãdo id, quod proteſtatur, eſt præiudiciale ad id, quod petitur, in tãtùm ꝙ ei eſt præferendum ratione maioritatis: & tũc proteſtatio annul lat actum magis quàm actus proteſtationẽ, vt hic. Si verò eſſent inuicem præiudiciales paris potẽtię, procedit contrarium tene menti. No. ꝙ donec † petitio hæreditatis terminetur, alter

3 ex litigantibus non poteſt petere ſibi debitum. Bar.

SVb prætextu. Quæſtio pecuniaria ꝓpter pupillarem ętatem non differtur.

SIadulta. Contra cohæredes poteſt quis agere pro hęreditaria portione: & ſi ſit non ſoluendo, poteſt impetrari ſeparatio.

Noua additio.

v

a P. PAV. P. Vt debitũ per iſtũ tex. vide Bal. in l. debitori. in ij. colum. C. de pact. vbi dicit ꝙ non põt hĩs conſequi debitũ ſibi anteq̃ adeat hĩditatẽ. Sequit̃ Alex. ibi, & Ias. in ij. colũ. licet Pau. de Ca. ibi in fin. aliter referat. Bal. in l. fi. §. in cõputatione. in ij. col. verſ. cu ex hoc ſequit̃. C. de iur. deli. qui aliter loquit̃.

b Cõtrarius. De hoc qñ actꝰ cõtrariꝰ ꝓteſtationi tollat ꝓteſtationẽ, vide aliqd per Bal. in ſuo tract. ſchiſma. quẽ ponit ſup rubri. ij. ſi qs ali. teſta. ꝓ hi. & per Alexand. de Imo. in l. iuris gentiũ. §. qd fere. ff. de pact. ꝙ Imol. & ibi latè p̃ do, Fed. in c. cum M. Ferrarienſis. extra, de cõſtitu.

a ¶ Poſt litis. Hãc legẽ hic no. limitat Bal. in ij. col. in quantũ dicit, ꝙ actio ex delicto nõ trãſit in hæredẽ, niſi i quantũ ad eũ puenit. tñ ſi res ex delicto q̃ſita ſit per delinquentẽ conſumpta, ideo ꝙ ex illa conſumptione ſeruata eſt. aliàs res q̃ delicto non cõmiſſo conſumpta fuiſſet, ꝙ illa re hæres conueniri poterit. alleg. tex. no. in l. ipſa. ꝙ met. cã tene menti. Itẽ limita & intellige hanc legẽ prout no. in l. iij. §. qđ aũt. ff. ꝙ quiſq; iu, & ꝙ ibi latè. Itẽ limita, & intellige, niſi ꝑ p̃ſentes, etiã lit. cõte. recederẽ ab iſtãtia: vt etiã voluit Bart. ꝑ illũ tex. in l. cũ mota ſ. de trãſac. Et ad hãc l. vide Spe. & Io. Andr. in ti. de accu. §. j. verſi. quid ſit latro. & hic Bal. in j. & iij. colũ. & hæc lex etiã facit de iure canonico: vt hic per Bal. ad ꝙ adduco qđ no. voluit d. Ant. in c. ſi diligẽti. de p̃ſcr.

P. P A V. P.

a ¶ Poſt litis. Iſta diſtinctio vtrũ ſit lis conteſtata vel nõ, & vtrũ aliquid peruenerit ad hæredes vel ne: non ꝓcedit de iure cano. qa hæres indiſtinctè tenet: vide Iaſ. in l. ſi eũ. §. q iniuriarũ. ĩ iij. notabili. ff. ſi qs cautioni. Vide Bar. ĩ tract. differt in pe. colũ. Barb. in tract. de Tabel. in iiij. ꝓte. in pen. col ibi etiã in p̃ceden ti col. vltra alia ponit in mæteria q̃ oĩno vide. Itẽ ꝙ cõfeſſio faciat actionẽ de delicto tranſire ad hæredes vide in d. tract. in iiij. ꝓte viij. ꝓtis principalis. Itẽ de iſta regula & duabus limitationibus, vide Iaſ. poſt alios in l. iij. §. ꝙ aũt ait. ff. qđ q̃ſq; iuris. Vide ea q̃ habes ad Bar. in l. fina. C. de reuo. do. vide etiã magiſtraliter bar. in l. j. ff. de priua. delic. Vide & declara vt ꝑ Iaſ. in l. ſi eũ. §. q iniuriarũ. ĩ iij. & iiij. notabi. & etiã in vlt. notabi. ff. ſi qs cautio. itẽ qũo pœna trãſeat cõtra hæredes qũ delinquẽs erat cõuictus vel cõfeſſus vide Are. ĩ l. q à latronib⁹ §. j. co. v. de teſta. Et ibi ẽt de effectu cõſeruatiõis bonorũ itẽ circa illud ꝙ dictũ eſt ꝙ đ iure hæres teneaẽ vltra vires hr̃ditarias vide Are. in rub. ff. de acq. hære. in iiij. & v. co. in l. furti. C. de fur.

b ¶ Poſt li. ad mãm huius l. vidẽ tu eũdẽ bar. & ibi Alex. in Apoſt. in l. j. ff. de priua. deli.

c ¶ Q. ſic. Adde eundẽ Spe. in tit. de interro, in iudic. fa. §. nunc

1 Si adulta. Si creditor debitori ſuccedit, pro hæreditaria ꝑte actio extinguit pro reſiduo cohęredes p̃nt cõuenirí: & ſic bonorum ſeparatio poterit impetrarí. h. d. Vel ſic: Poteſt qs agere contra cohæredes pro hæreditaría portione: & ſi non ſunt ſoluẽdo, poteſt ſeparatio bonorũ impetrarí. h. d. Ad euidentiam præmitte, dicit gl. de ſeparatione bonorum. Bar.

2 Creditores. Creditores debent conuenire hæredes, non legatarios. h. d. &c.

Additio noua.

3 Creditores. Legatarij nõ poſſunt à creditoribus cõuenirí. h. d. Vel ſic. creditores debet cõuenire hæredes, nõ legatarios. Vides ergo ꝙ legatarij non dicunt creditores hæreditarij. Qđ eſt verũ, qñ eſt cõtrouerſia inter creditores vt dicit gl in caſib⁹ tñ daẽ actio cõtra legatarios: vt j. de iu. deli. ſcim⁹. §. licẽtia. el j. Bar.

Ex delictis defunctorum quantum hæredes conueniantur. Rubrica.

1 *Actio deſcendens de delicto defuncti, quando detur contra hæredes remißiuè. & nu. 6. & nu. 9.*
2 *Litis conteſtatio quando detur contra hæredes remißiuè.*
3 *Actio deſcendens ex contractu pro dolo commiſſo in contractu per defunctum, quando detur contra hæredes. & nu. 13.*
4 *Actiones deſcendentes ex delicto, quando dentur hæredibus. & nu. 17.*
5 *Actio de calumniatoribus datur ad quadruplum eius quod recipit, non quod eſt damnificatus.*
7 *Condictio furtiua eſt ex delicto.*
8 *Quando pœna imponitur ipſo iure, non eſt neceſſaria litis conteſtatio.*
9 *Si defunctus fuit confeſſus delictum, an dabitur actio contra hæredes.*
10 *Ex delicto unius prælati, an detur actio in ſucceſſorem: remißiuè.*
11 *Hæredes de iure canonico an teneantur pro delicto defuncti ultra id quod ad eos peruenit.*
12 *Hæredes uſurariorũ an teneãtur ad reſtitutionẽ uſurarũ.*
13 *Hæres defuncti quando teneatur actionibus prouenientibus ex contractu defuncti.*
14 *Ex contractu nullo non poteſt actio oriri.*
15 *Actiones deſcendentes ex quaſi contractu, quando dentur contra hæredes.*
16 *Actio ex contractu quando detur hæredibus.*

LEX vnica.

b AT ſi contractus. [b] Hæc authen. loquitur de ſcripturis, ad quas fit comparatio. dicitur in l. comparationes. ꝙ requiritur ꝙ ſcriptura ſit ſubſcripta tribꝰ teſtibus. Contra imò non requiritur ſubſcriptio: vt in iſta authenti. at ſi cõtractus. quam modo vidiſti. Sool. dicunt quidam, quòd iſta corrigit legem Codicis. Tu dicas quòd iſta eſt vera, quòd lex Codicis loquitur de ſcriptura priuata, ex qua fit comparatio: illa eñ debet eſſe ſubſcripta. auth. at ſi contractus. loquitur ad quam fit comparatio. Secundò oppo. dicitur in l. comparationes. quòd per comparationem literarum inducitur plena probatio. Contra in auth. at ſi contractus. vbi non inducit plenam probationẽ, ſine adminiculis teſtiũ. Sol. lex Codicis in hoc hodie corrigitur, quòd ſoli comparationi non ſtatur. Opponi. tertiò, dicitur in l. comparationes quòd nõ fit probatio ex ſcriptura, quã pars profert cõtra ſeipſam. Contra in auẽ. ad hæc. Sol. Gl. dicit quod. l. cõparationes. in hoc corrigitur, nõ eſt verũ ſm docto. nam. l. cõparationes. loquitur quando duæ ſcripturæ producuntur ab vna, eadẽq; parte, vna pro ſe, ad quam petit fieri cõparationem; alia contra ſe, ex qua petit fieri comparationem, auẽ. ad hæc loquitur, quando quis vnam ſcripturam producit pro ſe, & ad eã probandã vtitur ſcriptura, quam aduerſarius producit cõtra ſe; & iſta plus placet.

Venio ad auẽ. ad hæc. videtur ꝙ dicta auẽ. nihil addat ad l. comparationes. de eo quod dicit de his, quę ſumunt ex archiuo publico, nã l. cõparationes. permittit fieri ex publicis ſcripturis. & hæc auth. etiam in publicis loquitur: quare malè. Solu. Dicit glo. † & bene intellige hic, de ſcripturis quæ ſumuntur ex archiuo publico, nõ tñ ſunt publicę. Et ꝙ tex. dicit, ꝙ teſtimonium habet publicum: intelligatis ꝙ habet teſtimoniũ publicum illius officialis, qui præeſt armario, ſeu archiuo: nõ ꝙ ſint manu notariꝰ publicata. quod eſt notandũ: quia illis ſcripturis

c creditꝰ: licet nõ ſint publicæ ſcripturæ. Ex hoc ſequitꝰ † aliud,

2 quod iam notabiliter allegauit, ꝙ licet in ſcripturis armariꝰ, nõ ſint anni Dñi, indictio, & ſimilia: tamen probant. Eſt enim quædam priuata ſcriptura authentica, in qua dictę ſolẽnitates non requiruntur: vt l. cùm tabernã. §. j. ff. de pign. Habes ergo hic, ꝙ cõparatio fit ex quinq; generibus ſcripturarum, & non ex aliꝭs adeò ſm glo. ꝙ ſi eſſet alia ſcriptura, quam pars. contra quam petitur fieri cõparatio, confiteretur eſſe ſuam: nõ poſſet ex ea cõparatio fieri. Ita videtur ſentire glo. ſuper l. comparationes. in glo. ſuper verbo, ſemetipſum. & ſic † videtur ꝙ ſi iu-

3 d dex vellet cogere partem [d] ad ſcribendũ aliquid ſua manu, nõ poſſet fieri comparatio: & hoc facere nõ poſſet. tex. enim ſimpliciter dicit, nõ aliter fieri: niſi ſicut iſta lex mãdat. Modò habes de ſcriptura per cõparationem. ex quo venio ad auth. at ſi

4 contractus. Oppo. & videtur † ꝙ ſcriptura per comparationẽ approbata, faciat plenam fidẽ: vt l. ſcripturas. j. qui pot. in pign. hab. Solu. Dicunt quidã, ꝙ illa corrigitur per hanc legẽ. Alij vt Franc. Accur. & do. Iaco. de Bel. dicunt ꝙ ibi loquitur, quãdo priuata ſcriptura habet ſubſcriptionẽ teſtium vtriuſq; partis: & tunc nõ poteſt circa comparationẽ eius errari de facili: ideo per ſolam cõparationem inducitur plena fides. Sed quãdo non habet tot ſubſcriptiones: tunc circa comparationẽ de facili erratur: ideo requiritur aliud argumentum. ita loquitur hic. & ſatis placet. Item opponi. ad iſtam authenticam. de l. cõparatiões. Solue vt dixi, illa lex hodie corrigitur in hoc, vt dixi: quia hodie per comparationem non fit plena probatio: alꝭ plena fides. Sed aduerte: quia hoc intellige verũ in apodiſsis, quæ dantur à parte parti. de his enim loquitur textꝰ in corpo-

5 re vnde ſumitur. Sed ſi † quis vellet facere cõparationes ad librum rationum eius, contra quem producitur: tunc credo iura antiqua eſſe incorrecta; quia nõ reperitur mutatũ: ergo &c. vt l. præcipimus. in fine. infrà, de appellationibus. Ratio eſt: quia magis de facili ego poſſum contrà facere vnã apodiſſam, dicẽdo eam manu tua factam: ita ꝙ per comparationem approbaretur, ꝙ poſsim facere de libro rationum tuarum: maximè cũ liber rationum retineatur apud confitentem, & ipſe aliꝭs edidit. Oppo. dicitur hic, quòd cùm fiunt comparationes, requi-

e ritur argumentum [e]. contra. probatio per teſtes ſola ſufficit: vt l. vbi numerus. ff. de teſtibus. & ſuprà, de teſtibus. l. iuriſiurãdi. Ad quid ergo egemus comparatione? Reſpondeo, quã-

6 doq; † teſtes teſtificant de veritate cõtractus, & tunc non eſſet neceſſaria ſcriptura, dum tamen ſint tot teſtes quot ſufficiãt: vel niſi eſſet de caſibus, in quibus requiritur quod fiat in ſcriptis. Ita loquitur in materia de teſtibus. Quandoq; teſtes non teſtificantur aliquid de cõtractu. ſed de ſcriptura: quia teſtificantur talem eſſe ſcripturam talis: tũc nec teſtibus ſolis creditur ad plenam fidem ſine comparatione, nec ſoli comparationi ſine teſtibus: ſed facit ſemiplenam probationem; ex vtraq; autem colligitur plena fides: vt hac authenti. Ratio, quia qui teſtificantur de ſcriptura, de facili poſſent decipi, propter ſimilitudinẽ literarum: & quia poteſt quis literas alicuius de facili contra facere. Ita videtur ſentire quædam gloſſa parua in au-

f thentica eodem. circa principium. quod tenemenꝭ [f]. Vt igi-

7 tur liqueat iſta materia, ſciendum eſt ꝙ nos habemus † triplex genus priuatæ ſcripturæ. Primum eſt apocha, quæ vulgariter dicitur apodiſſa, quæ datur à parte parti. Secundum eſt liber rationum. Tertium eſt epiſtola, ſeu litera, quæ mittitur.

8 Circa primum, ſcilicet, † apodiſſam dic, aut à parte, contra quam producitur, confeſſatur, quòd eſt ſua manu facta; & facit fidem: vt l. cùm de indebito. in fi. ff. de probationibus. Aut negatur: & tũc aut habet ſubſcriptionem trium teſtium, & cõtrahentium: & tunc ex comparatione ſola, & ex ſola probatione fidem facit plenam: vt l. ſcripturas. infrà, qui potiores in

pigno.

pignor.habe.nam propter tot subscriptiones,nõ potest errari de facili.Si verò nõ habet tot subscriptiões:tunc habet locum hæc aut.quia ipsa nõ habet plenam fidem,si approbetur per cõparationem tantũ,sed facit semiplenã.Item nõ facit fidem plenam,si approbetur testibus tãtùm:sed facit semiplenam. Item si approbet vtroq; modo:tunc facit plenã fidem,vt hic:debent tamẽ adesse tot testes,quot vidistis no.in l.fi.in fi.& aut.ibi posita.ſ.fi cer.pe.& gl.hic repetit.Circa †secundũ.ſ.circa librum rationum, debes aduertere:si quidem est cõfessatum,quòd sit liber rationũ eius,cuius dicitur,& eius manu scriptus:si quidẽ continetur aliquid pro se,facit fidem in his quæ dependent ex mera eius voluntate:vt l.Nesennius.ff.de neg.gest.secus in his alijs,quæ ex mera eius voluntate nõ dependent:vt l.exemplo. & rationes.ſ.de probatio.Si verò cõtinetur aliquid contra se: tunc facit fidem:vt d.l.ratiões.in fi.de probat.&.l.quædam.§. numularios.& ibi no.ff.de eden.Si verò,ibi contineat aliquid quod non est pro se,neq; contra se,sed pro alio,& cõtra alium & tũc si quidem ille liber est cõfectus ex necessitate officij de publico inuenti:tunc facit fidẽ;vt d.l.quædam.§.numularios. &.ſ.e.l.illatæ.Facit de admi.tut.l.Lucius.§.tutelæ.Si verò nõ est liber sic cõfectus:tunc non faceret plenam fidem,sed faceret fortè semiplenã,secundùm qualitatem personarum:vt not. in.d.§.numularios. Facit qd̃ nota.in l.in bonæ fidei.ſ.de iureiuran.&.l.admonẽdi.ff.de iureiurã.Si verò dictus liber rationum negatur:tunc puto,quòd possit approbari per solam cõparationem,sine alio argumẽto,secũdũ formam.l.cõparationes.quia hoc nõ reperitur correctum,vt ſ.dixi.† Circa tertiũ ſ.circa literas,seu epistolas:dico ꝙ quandoq; quæritꝰ de effectu eius ꝙ in literis continetur:& de hoc dixi ſ.de proba.l.nõ epistolis.&.l.nõ nudis.Quandoq; quæritur vtrum faciat probationem:tunc aut est epistola confessata,& probat:vt l.Publia. in fine.ff.depositi.Aut epistola non confessata:tunc si quidem habet sigillum publicum,& probat.quod dic vt not.per doct. in l.si qua per calumniam.ſ.de epis.& cleri.& Gul.in l.si procuratorem.ff.de procurato.et dixi vobis in l.si publicanus.§.j. ff.de publica.Aut non habet sigillum authenticũ:& tunc debet probari,sicut aliæ apodissæ:vt supra dixi.Non habetis hic alia.De publicis scripturis nihil dico,&c. Additio authen.

AFsi contractus. Opponitur,& videtur ꝙ sola cõparatio faciat plenã fidem:vt l.scripturas.j.qui po.in pig.hab.So.Dicũt quidam quòd ista per illam corrigat.Dy.& Iac. de Belui.dicũt ꝙ ibi loquit quãdo scriptura priuata habet subscriptionem testiũ,& nõ partium,tunc enim nec testibus solis crederet,nec cõparatiõi,q̃ ad plenã fidẽ:sed ex vtroq; colligit plena fides:vt hic.Cõtra op.nã si testes;sunt soli testes tũc eñ ꝓbare possunt regulariter duo,licet quãdoq; plures:vt l.testiũ ſ.de testib⁹,& l.fi.cum aut.ibi posita.ſ.si cer.pe.Ad quid ergo requiritur comparatio? Respondeo:hęc aut.loquitur quando testes non deponũt aliquid de contractu,sed de scriptura.ſ.an sit scriptura illius vel non:tunc enim nec testibus solis credere tur:quia de facili errare possent,nec cõparatiõi soli,sed vtriusq; sed si testes deponerẽt de veritate cõtractus,tunc eis solis crederetur.Ita videtur sentire quædã gl.paruula in aut.e.§.j.Op. et videtur ꝙ huic scripturę nullo modo credatur:vt in aut.eo. §.si verò tale.So.Ibi ab vna ꝑte erat instrumentũ.& vox viua: ab alia,cõparatio sola.hic loquitur quãdo ab vna parte est cõparatio,& vox viua:ab alia nil cõcurrit.Nunc ad declarationẽ huius materiæ veniamus. Et gl.hic intrat materiã,tam de publica scriptura,quã de priuata. Ego de publica nihil dicã:sed dixi in l.in exercẽdis.ſ.eo.sed dicã de priuata.Et ꝓ eius euidentia est sciẽdũ,ꝙ habem⁹ triplex genus priuatę scripturę.Quędam est quæ dicitur apodissa,quæ datur à parte parti.Quædã est priuata,vt liber rationum,quem quis sibi cõficit.Quædam est priuata scriptura:vt literæ,seu epistolæ, quas homines sibi inuicẽ transmittũt.Circa primũ dic aut illa priuata est confessata ab vtraq; parte:& sine dubio probat cõtra scribẽtem:vt l. Publia.in fi.ff.depo.Aut est negata;& tunc aut habet subscriptionem testium,& vtriusq; partis,& ad ꝓbationem facit plenam fidem;vt l.scripturas.j.qui po.in pig.habe.Ratio,quia ꝓpter tot scripturas,in ea de facili errari nõ potest.Aut non habet dicta scriptura subscriptionem partiũ: & tunc aut est approbata per comparationes tantũ,vel per testes tantũ adscriptos, vel non adscriptos: & tunc non facit plenam fidem,sed semiplenam:& hęc notantur de iureiurando.l.admonendi.& ibi dixi.Aut per comparationem, & per solẽnẽ numerum testium:& tunc faceret plenam fidem:vt hic,& in corpore vnde sumitur. Sed quæro, quis est solennis numerus testium,qui requiruntur in scriptura,ad quã fit comparatio? Gl.ponit hic,& gl.in l.fin. cum authenti.ibi posita.ſ.si cer.petat.non recito.Secunda scriptura priuata,est liber rationum.& in isto dico,Aut est confessatus:& tunc cõtra scribentem probat:vt l. quædam.aliàs,argentarius.§.numularios. & ibi glo.ff.de edẽdo.l.inter chartulas.& ibi notatur.j.de iure fisci.lib.x.quod intellige secũdũ ea quę plenè notant.ff.de do.l. nuda ratio. Quod autem continetur aliquid,neq; pro scribẽte,neq; contra scribentem:& tũc aut ille liber scribitur de necessitate officij de publico iniuncti:et tunc fidem facit d.l.quędam.§.numularios.Facit tex.in l.Lucius.§.tutelę.ff.de adm.tu.Aut non fit ex necessitate talis officij:et tũc nõ facit plenam fidem,sed fortè semiplenam: vt notatur in d.§.numularios.et in l.admonendi.In his tamen quæ dependẽt ex mera voluntate scribentis,liber rationum faceret fidem:vt l.Nesennius.ff.de neg.gest. Si verò scriptura cõtenta in libro rationũ negatur:tunc si sit approbata per cõparationẽ literę factam secũdũ formam.l.comparationes:ſ.eo.puto quòd faciat plenam fidem.nam aut.at si cõtractus, quæ requirit scripturam, ad quam cum depositione testiũ:loquitur de apodissa.in libro rationũ nil immutat.& sic remanet dispositio. l.cõparationes.vt l.præcipimus.in fin.j.de appella.Et est ratio quia facilius posset fabricari falsa vna apodissa,quã vnus liber rationũ. Item,quia apodissa vt plurimùm scribatur præsente parte:ideo imputet sibi pars,si nõ fecit adhiberi solennem numerum testium.Quæ ratio cessat in libro rationũ.Tertia priuata scriptura est epistola:& ista si quidẽ faciat parte præsente & dicitur sibi,dicas idẽ ꝙ in libro rationum:de hoc plenè dixi in d.l.nuda.Quæro,pone ꝙ produco cõtra te quandã priuatã scripturã,quã dico manu tua scriptã:& ad eam probandã non habeo alias scripturas.ad quas fiat cõparatio.videtur quòd nõ probet:per tex.in l.C.ibi non aliter fieri comparationem:ergo ibi dicit,quòd etiam ex cõsensu partium,nõ potest fieri comparatio aliter quàm in l.Codicis dicatur.In contrariũ videtur tex.in authen.e.§.si quis igit̃.Ad l.C.respõdeo quòd ibi loquitur,quando dubitabatur de alicuius scriptura,qui non est,nec haberi põt,vt scribat:vel si poterat haberi,pars nolebat quòd scriberet,ne literarum formam mutaret.Et hæc sufficiant circa scripturam priuatam.

1 ☞ *Scriptura semel in iudicio producta,& in actis copiata,facit plenam fidem.*
2 *Quando aliquis produxit instrumentum solenniter publicatum,non cogitur protocollum exhibere,nisi uelit illud de falso redarguere.*
3 *Quæ requirantur ad hoc,ut quis cogitur ad exhibendum protocollum.*
4 *Amißio instrumenti,& sic casus,probatur iuramento.& nu.3.*
5 *Practica ad hoc ut quis non poßit amplius producere instrumentum.*
6 *Chartula non producta non facit fidem.*
7 *De falso,quãdo poßit,& per uiam exceptionis,& per uiam accusationis cognosci.*
9 *Sententia lata per instrumenta falsa potest retractari,*

a VMquidam. [2] Hæc est bona & singularis lex.instrumentum, cuius fides est semel approbata debet iterum produci,si aduersarius velit redarguere de falso:& si non producatur,ꝓ falso habetur,nisi ille q̃ semel produxit,se perdidisse

a ¶ Cũ qdã.Et ista.l.allegat.Bart.i extrauag.ad reprimẽdũ v.de pœnis.no.ꝙ ex his q̃ producũtur coram iudice,nõ fit ꝓbatio.nisi det copia ptꝫ. Et vide ad hãc l. Guid.de Suza.in aut. si qs i aliq̃.de edẽdo. Et vtrũ semp probet amissio istri ꝓ iurm vide.l.si qs ex argentarijs.§.pe.de edendo. et q̃ icũbat ꝓbãti,vide Inn.i c.cũ olim.de priuile.& vide Pald. in l.fi.in fi.de eden.& istũ tex.no.alleg.Bar. in l.j.ff si ta.test.adde ꝙ scriptura exẽplata in iudicio faciat fidẽ licet nõ reperiat ortginale:Pe.de Anc.cõ si.xl.& qđ dicit bar. editionẽ fiẽdã nõ esse cũ qs vult redarguere de falso nisi subscribat se,intelligit Bal. qũ vellet criminaliter accusare.sed si vellet ciuiliter excipere, nõ requireret subscriptio.& hoc sequitur Pau.de Castr.

☙ P. PAV. P.

a ¶ Cũ qdã.Circa materiã hui⁹.l.vide Ces pol. c. tutela.clxij. Itẽ vide Feli.in c.cõtigit in prin.extra, de fide instr.vbi habes ꝙ ꝓducẽs istrm nõ tenet ipsum origiatr apud acta dimittere,sed satis est ꝑsente ptę ostẽdere et dare copiã ei? de q̃ disputat. Et ibi ẽt in vlti.col.ꝙ volẽs reddi ꝓpuere debet se iscribere ad pœnã taliõis,vt dt Bart.hic.

a ¶ Exhibendũ ꝓtocol lũ. Dixi in l.ſi legatarius. Adde Bar.ĩ l.j.§. editiones.ĩ ij.col.vbi latè,de eden.

b ¶ In actis redactum. Adde Pet.de Anch.ĩ cõ.clxxij.incip.circa primũ dubiũ.ỹ ꝑter ea licet inſtrm.ibi qđ inſtrm ꝓductũ licet nõ ĩcorporatũ,dr̃ de actis,qñ aliquis vult eũ redarguere de falſo:& ſatis ĩ ꝓpoſito. hic qñ inſtrm exẽplatũ faciat fidẽ, vide ꝑ Inn.ĩ c.qñ cõtra ex tra,de probatio.

c ¶ Per iuẽm. Adde de hoc vt §.eo.in l.apud eos.

d ¶ G.ꝓpetuꝰ. Adde & vide Inno.ibi q dicit ꝙ taliter rñdenti ſuccurreret, ſi ſatisfecit aduerſario de ſuo intereſſe.alleg.l. de ætate.§.ſi ex cã.ff.de iterato. act, de q̃ ꝑ eundẽ Bart.& ibi doc.ĩ l.ij. §.de edẽ.ꝑ bal.ĩ repe. l.ij.ff.de iureiur. & latiſsimè vide ampliationes per Feli.in d.c. G.perpetuus.

e ¶ In cõtractibꝰ. Vide Bar.ĩ l.Lucij. ff.depoſiti.idẽ in d.l.ſi qs.Et qñ ꝓbaẽ inſtrm ſimulationis,vide ĩ l.ſi ex ꝓtio.ſi cer.pe.Ita Bal. contra ad Velleia. Et qñ inſtrm dicaẽ falsũ & qñ ſimulatũ, vide Bal.ĩ l.ſi ex cautione ĩ j.q.de nõ nu.pe.& ĩ l.multũ.ĩ j.col.j.ſi qs alteri,vel ſibi.vbi ſingu.vide de mõ ꝓbandi ſimulationẽ. & ꝙ ipe no.ĩ l.ij. de nõ nu.pec. Adde Bar.ĩ cõſi. inci.Pet.Nic.Paul.de Caſt.ĩ cõſ. cclxxviij. & cõſi.ccxxviij.cum ſeq.& cõſi.ccccxxxj. & ăteriori cõſi.an exceptio ſimulatiõis impediat executionẽ, ꝙ Pet.de Ancha.conſil. ccclvij.Angel.conſi. cclxxij. Bald. conſil. ccxviij.ij.lib. Alexã. cõſi.lxij.& cxix. & ſeq.ij.lib.Bald.conſil. cxlvj.v.lib.

✠ P. P A V. P.

e ¶ In cõtractibꝰ. Circa hãc legẽ inquantũ loquit de ſimulatiõe mariti ad vxorẽ : qđ ſ ſorore:& de qbuſdã cõiecturis, vide pau. cõſi.lvj.& Bar.conſi. lxvj.vol. iij.in j.dub.

✠ POMATES.

f ¶ Qñ vnũ. Et no.ꝙ cũ plures ſint ſpecies ſimulationis,vt colligi põt ex dictis Bar. hic ꝙ volẽs probare contractũ ſimulatũ, ad hoc vt poſsit obtinere,debet probare modum,& ſpeciẽ ſimulationis.

1 ſolẽniter iurauerit,h.d.No.†ꝙ ſcriptura ſemel in iudicio ꝓducta.& copiata in actis facit plenã fidem licet authẽticũ nõ reperiat:niſi de falſo redarguatur.No.ſecundũ caſum,quod quãdo aliquis † producit inſtrumentũ ſolẽniter publicatũ,nõ cogitur

2 ad exhibendũ protocollũ [a] vel oſtẽdendũ, niſi aliquis velit redarguere de falſo,ex inſpectione protocolli.No.iij.†ꝙ non ſufficit,ꝙ quis dicat ſe paratum redarguere de

3 falſo:ſed eſt neceſſe ꝙ ſe inſcribat ad pœnã taliõis,anteq̃ aduerſarius cogatur ad exhibẽdũ vel ad exhibitionem eorũ quæ exhibere nõ tenetur.quod no.maximè ꝓ his, quæ petunt ſibi fieri copiã inſtrumenti,cũ die & cõſule,cũ intendãt redarguere illud de falſo:vt no.in l.j.§.editiões. ff. de eden. vt non debeat fieri exhibitio niſi prius inſcriptionis pagina præceſſerit. qđ not.Gl. tangit hic quædam alia,de quibus non curo,quæ per voſmetipſos videbitis.

Additio.

Vmquidam. Inſtrm cuius fides ſemel eſt approbata, nõ debet iterum produci niſi parte volẽte de falſo accuſare,ſed ſi ꝓducens ſe perdidiſſe iurauerit,excuſatur,& hoc vſq̃ ad ſnĩam locũ habet.h.d.No.ꝙ qñ inſtrm ſemel productũ in actis exemplat, ꝙ illud exemplũ

b in actis redactũ [b] facit fidẽ de cætero : licet originale nõ ꝓducatur.ꝙ intellige ſi fides eius approbata,vt hic,in prin.Intelligo autem fidẽ approbatã,ſi datus eſt terminus parti ad probandũ,& nil ſufficiẽter eſt ꝓbatũ.Secũdò no.ꝙ ei q̃ dicit ſe velle accuſare de falſo,debet exhiberi inſtrm:dũmodo iuret,& ſe inſcribat prius quã exhibeatur:vt hic.ꝙ multũ no.vt ſi ille, cõtra quẽ producitur inſtrumentũ,petat ſibi ꝓtocollum exhiberi,vel ſibi fieri inſtrumenti copiam cũ die & cõſule quia intendit redarguere de falſo protocollũ vel ex die & cõſule:ꝙ nõ debeat fieri talis editio niſi prius iuret,& ſe inſcribat:vt hic dicitur.ſic intelligas ꝙ no.in l.j.§.editiones.ff.de edendo. No.ꝙ quidã intelligũt hic, ꝙ inſcriptio & accuſatio fiat cõtra notariũ ſcribentẽ vt j. dicã. Ex quo habes ꝙ ſi volo accuſare notarium,poſſum petere inſtrm ab alio q̃ ab ipſo notario:quia inſtrm nõ poteſt bene redargui,niſi videatur.Item not.†quod perditum eſſe inſtrumentũ probatur per iura

4 mentum: [c] & ſic caſus probatur per iuramentũ.quod eſt notandũ. ſtatim aliqualiter dicã.No.ex hac.l. † practicã ſolennẽ.ꝙ

5 ſi volo dicere nullũ, vel falſum inſtrumẽtum ſententiã vel præceptum quod tu habes contra me,fortè in mei contumaciam, poſſum petere à iudice ꝙ faciat exhiberi,ſi quidẽ dicas te nõ habere,nec vis producere,nec ſufficientes rationes allegas quare nõ producas,de cætero producere nõ poteris.Caſus eſt hic in §.quod ſi prędictum. Inno.ponit,licet nil alleget,in c.G.perpetuus. [d] extra eo.vide text.iſtũ.Item †no.qđ

6 licet non producta chartula non faciat fidem hoc eſt intelligendum cõtra eum,qui iam petijt eam ſibi exhiberi,& exhibita nõ eſt,ſed cõtra alios remanet in ſuo robore:vt hic,& d.§.quod ſi prædictũ. Vltimò nota ꝙ petitio exhibitionis chartulæ,nõ poteſt fieri, niſi vſq̃ ad ſnĩam.Opp.ꝙ nõ debeat iterũ iurare.l.ij.de iura.cal. Dicũt quidã ꝙ hic corrigit. Tu dic ꝙ hic loquit de alio iuramento.

7 Secundò op.& videt ꝙ† qui vult dicere falſum, nõ habet neceſſe ſe inſcribere:ſed poſsit de falſo excipiẽdo cognoſci : vt l. damus.& l.ꝑbemus.j.de fal.Sol.Dicũt quidã, hic loquitur qñ mortuus eſt principalis delinquens,falſum cõmittens : donec eĩ ille viuit,nõ põt de falſo cognoſci:niſi prius ille accuſet criminaliter:vt hic.gl.tñ cõtradicit.ad leges in cõtrariũ allegatas nõ reſpondet:& ideo diſtingue multũ notabiliter ſecundùm Iac.de Are.& Cy.hic,qui recitat eũ multũ ſolẽniter:Aut quis vult dicere falſum contra ipſum criminoſum: & põt ciuiliter, vel criminaliter agẽdo,vel excipiẽdo,prout vult : vt d.l.damꝰ. & l.ſi.Aut cõtra aliũ,tñ redundaret in ꝑiudiciũ criminoſi.& tunc aut criminoſus principalis viuit:& nõ poteſt de hoc principaliter ciuiliter cognoſci,niſi prius criminoſus accuſet, & conuincat:vt hic.Aut eſt mortuus principalis criminoſus : & tũc ſecus:vt l.j.j.vbi cauſæ fiſcales.quæ ꝓbat hãc diſtinctionẽ : vi-

8 de gl.iſtam,& eam no.Oppo.ꝙ caſus aliter †debet ꝓbari quã per iuramentũ:vt l.ſi creditor.infrà,de pigno.actio.Solu.Glo. notabiliter dicit.Quandoq̃ allegat quis caſum circa id,ad qđ non erat obligatus:tunc ſufficit iuramentũ:vt hic. Quandoq̃ allegat circa id,ad quod erat obligatus:tunc non ſufficit iuramentum:vt lege contraria.not.glo. Vltimò ad finem opp.infrà,ſi ex falſis inſtrumentis.l.j.& ij. Solutio. Quidam dicũt ꝙ hic in prima cauſa de falſo diſcuſſum fuerat : & iſta eſt vera in ſe:& ei aliqualiter applaudit litera,quæ dicit in prin.fides] ap-

9 probata. Vel dicas †quòd ſemper poſt ſententiam poteſt ſententia irritari prætextu falſorum inſtrumentorum, ſi aliquis eſt paratus probare illa inſtrumẽta falſa:ſed illud, quod in hac lege eſt dictum,ꝙ pars debet iurare,& ſimilia,illud non habet locum,niſi vſq̃ ad ſententiam.Non ſunt hic alia.Barto.

Plus valere quod agitur,quàm quod ſimulate concipitur. *Rubrica.*

1 *¶ Quando agitur unum,& aliud per errorem ſcribitur,prævalet quod agitur.*
2 *Quando ſcribitur per fallaciam aliud,quàm agatur,prævalet quod agitur.*
3 *Si unum agatur,& aliud ſimulatè de partium voluntate ſcribitur,quod prævaleat.*
4 *Inſtrumento quando poſsit per partes contradici.*
5 *Contra præſumptionem iuris,& de iure,admittitur probatio, ex voluntate utriuſq; partis,& etiam per partis confeſsionem. nu.6.*
7 *Contractum fuiſſe fictitium,quomodo probabitur.*

LEX I.

e IN contractibus. [e] Glo.allegat quaſdam concordãtias.

1 ex quibus percepi talẽ doctrinã in hac materia. breuiter dicit. Qñ q̃ agitur †vnũ,& aliud ſcribitur ꝙ errorẽ:tũc ſine dubio prævalet quod agitur:vt l.ſi quis in fundi vocabulo.de lega.j.& l.

2 qui quartã.e.ti.& l.quoties.de hæ.inſti.j.de te.l.errore.† Qñ q̃

f vnũ [f] agit,& aliud ſcribit ꝙ fallaciã vnius partis : & tũc idẽ qđ

3 plus valet qđ agit:vt j.e.l.ſi. Qñ q̃ †vnũ agit.& aliud ſcribit ſimulatè,de partiũ volũtate:& tũc aut illud,qđ in veritate agit, nullius eſt momẽti,& nõ valet quod agitur, nec qđ ſimulatur: ſed obſtat exceptio.§.de cõdi.ob turp.cau.l.j.& l.ſi ſub ſpecie. §.de poſtu. Aut illud quod in veritate agitur,erat aliquod in effectu:& tunc aut illud quod ſcribitur,fit per modum habilem,ad tranferendum vnam obligationem in aliam : & valet illud quod ſcribitur magis,quàm illud,quod in veritate fuit actum:vt ſuprà,ſi certum peta.l.ſi ex pretio.& l.ſi pro mutua. Aut non fit per modum contrahibilem ſiue habilem ad hoc: & tunc valet plus quod agitur,quàm quod ſimulatè concipitur : vt per totum hunc titulum.

Additio.

IN contractibus. Quia breuis eſt,nõ ſummatur : & ideo pro eius declaratione dic quando vnum agitur,& aliud ſcribitur per errorẽ,prævalet id,quod agitur ſine dubio vt l.ſi quis in fundi vocabulo.ff.de leg.j.infrà,de teſta.l.errore. ff.de hæredi. inſti.l.quoties.circa principium. Quandoq̃ vnũ agitur,& aliud ſcribitur ex dolo,ſeu fallacia partis:& tunc ratio illius qđ ſcribit,nihil valet:ſed illud quod agit,ſi actum eſt: vt j.e.l.ſi falſum.l.cũ precibus.§. de proba. Quãdoq̃ vnũ agit, & aliud ſcribitur de volũtate partium:& tũc valet illud quod

in veri

in veritate agit,nec illud qđ simulatè:vt l.j.ſ.de condi.ob turp. cau.de poſtul.l.ſi ſub ſpecie.Qñqꝫ illud quod in veritate agit, valere pōt:& tunc ſi quidē aliud ſcribatur per modū habilem, & ad transferendū vnū contractū in aliū:& tūc illud,qđ ſimulatur,prævalet,& euacuatur qđ in veritate fuit actū:vt ſ.ſi cer. pe.l.ſi ex p̄tio.& ff.ſi cer.pe.l.ſingularia.& iſto caſu opponi nō poſſet exceptio ſimulationis.Si verò nō fit per modū habilem ad transferendū vnum contractū in ſubſidiū alterius tūc id,qđ agit,prævalet.& loquit totus iſte titulus. Opp.j.arbitriū tute. l.fi.†Sol.Dicit gl.ibi ſpāle,vt dixi in l.in exercendis.ſ.ti.j.Ad- 4 uerte,q̄ tū eſt ad materiā d.l.in exercēdis.nō eſt verū,qđ ibi ſit ſpāle:quia inuentariū ita poſſet reprobari de falſo, ſicut aliud inſtr̄m,ſm oēs.Quantum ad materiā legis noſtræ dicas qđ ſi inſpicio verba teſtatoris itelligunt vt iacēt.fallit ibi;qa ibi ſcri ptura p̄ualet veritati:ſed hæc lex voluit aliud,ſcilicet qꝫ rei ve- ritas hæc eſt.Illud qđ actū eſt inter partes,prævalet ei,qđ dictū eſt:hoc colligitur ex tex.qui dicit in contractibus & in rubri- ca;tunc ad contrarium rñdeo.Quādoqꝫ inſtrumētū ſcribit de voluntate vnius partis tm̄;& contra eū tunc contradici nō po- a teſt,rōne ſimulationis[a]:vt lege cōtraria, niſi ex magna cauſa, & præcedēte proteſtatione:vt l.q in aliena.in fi.ff.de acqui.hæ re.Cōtra hoc opp.j.ad Velleia.l.antiquæ.vbi inſtr̄m agit inter duos,& tñ contradici nō poteſt gl.dicit fallit ibi.Pet.dicit, ibi loquit in inſtr̄o publico.hic tex.debet intelligi in inſtrumēto priuato.qđ non placet:qa de omni inſtrumento loquitur.Dic ergo qꝫ qñ aliquis confitetur inſtrumentū publicum ſcriptū de ſua voluntate,non poteſt venire cōtra,dicendo non eſſe verū quia ibi eſt ſcriptū:vt in contrario.ſed ſi vult dicere illud eſſe ſimulatè conceptū,de voluntate vtriuſqꝫ partis,poſſet probari 5 contrariū:nam contra†præſumptionē iuris & de iure admitti tur ꝓbatio ex volūtate vtriuſqꝫ partis:vt dixi in auc.ſed iā ne- 6 ceſſe.j.de do.ante nup.& gl.in corpore vnde ſumit:ſed † p̄ſum ptio,de qua loquit l.antiqua,eſt iuris,& de iure:ergo poſſet ꝓ- bari cōtrariū per cōfeſſionē partis præcedentē,vel ſubſequen- tem:nō curo.facit l.generaliter.de nō num.pec. & ideo poſſet fortè dici,ſi in inſtr̄o eſt ſcriptū de voluntate partium, qꝫ illam pecuniā habuit,& recepit:& etiā poſito qđ in veritate nō rece- perit:inſtr̄m nō poſſet dici falſum ſed fictitiū:non tñ dicat, no- tarius habuit,& recepit,in p̄ſentia mei notarij & teſtiū;quia illud fortè eſſet falſum.Opp.ff.de vſufr.leg.l.ſi alij.Solu. vt in gl.& tene ſolutionē Ro.glo.qꝫ ibi non conſtabat contrarium. Opp.de omnibus legibus,quæ dicunt,qꝫ res iudicata habetur pro veritate.Dicit gl.fallit in illis legib⁹.& vbi vis ſit in ſentē- tia:verū eſt,qꝫ ibi ſcriptura prævalet veritati:tñ non contradi- cit huic legi.Hæc em̄ lex loquit in cōtractibus:& idē putarem in ſententijs,ſi ſnia daret ficta:& hoc ageret inter partes,& iu- dicem, ſnia veritati non præiudicaret.ff.de app.l.ſi perluſorio. 7 Quæro qualiter ꝓbabitur iſta fictio.†Reſpōdeo ſi poſſet pro bari p teſtes adſcriptos,qui interfuerūt tpe cōtractus celebrati:hoc eſſet multū facile.Sed ſi tūc fuerūt adhibiti teſtes q ignō rabant id,qđ agebat inter partes:puto,qꝫ ſi ꝓbaret per teſtes,qꝫ in p̄ſationib⁹,hoc eſt,in tractatu habito de cōtractu fiēdo: hic in veritate agebat qđ eſſet pignus:puta ſi fieret inſtr̄m vēditio nis,corā alijs teſtibus abſq; longo interuallo,ꝓbaretur fictitiū per illos teſtes,qui interfuerūt in tractatu,licet nō in cōtractu. ff.de pac.l.itē quia.ſ.ſi.& de ver.ob.l.Titia.ſ.idem rñdit.Bart.

Additio.

LEX II.

ACta. Qñ ſimulatio adhibetur de perſona ad perſo- nam,prævalet veritas ſimulationi.h.d.Bar.

LEX III.

b VPtione. b Contractus emptionis, intelligi tur eſſe factus cauſa pignoris:ma- ximè quando apponitur pactum de retrouendēdo. Cy.hic tāgit.Dic vt extra,de pig.c.illo vos.de emp. & ven.ad noſtram.

Additio.

MPtione. In ſimulatione de cōtractu ad con- tractum,prævalet veritas.h.d.quæ ro ad quid eſt hoc vtile.Rñdeo:qa pignore ꝑcepto fructus extenuāt debitū:vt j.ti.ij.l.j.qđ in emptione non eſt,quærunt doctores,vtrū ex eo qđ in contractu emptio- nis,apponitur pactum de retrouēdendo, præſumatur contra- ctus pignoris.de hoc habemus duas decre a tales extra,de pig.c.illo vos.de emp.& vē. c.ad noſtram.dic vt ibi.Bar.

Additio.

SI falſum. Inſtrumentū etiā à ſubſcribente po teſt dici falſum.h.d.Facit l.iij.j.ſi quis alteri,vel ſibi.& iſta lex fa- cit ad quæſtionem de eo qui dedit notario exiſtenti ad banchum quandam ſcripturā, non vt eam mittat in quaterno: nunquid teneatur de falſo.& iſta lex tenet qꝫ ſic.& facit hæc l.ad id quod dixi in l.ſi quis obre c pſerit[c].ſ.de falſis.

De commodato. *Rubrica.*

LEX I.

EA quidem. Nota,qꝫ qñ qs ſu ſcipit periculū caſus fortui ti in ſe,tenetur.De quo ple nè dicemus in l.ſed & ſi qs ſ.q̄ſitum.ff.ſi qs cautio.&c.

Additio.

LEX II.

CVmeum. Opp.in exceptio ne,reus debet ꝓ- bare.l.ij.& l.in exceptionib⁹.ff.de ꝓba.ſed hic reus in excipiēdo dicit nō eſſe finitū tē ꝓpus:ergo ipſe debet ꝓbare. Huius timore gl.vacillat.Tu dic qꝫ q agit actione ex cōtractu,debet ꝓbare ſubſtātialia cōtra ctus:ſed q agit cōmodati,ad hoc vt probet cōmodatū,debet ꝓbare rem cōmodatā ad vſum,certo tpe limitatū:alias nō eſſet com modatum,ſed precariū: vt no.ff.eo.l.ſi qs in commodato.ſ. ſicut. ideo hoc caſu ne- gans commodatum,debet probare ea,quę commodato incumbunt.Bar.

Additio.

LEX III.

DE reſtituendis. Qui cōmo dat res cā pignoris,pōt agere cō modati,vt reſtituātur finito tpe pignoris.h.d.no.gl.quę hic eſt,quę tractat c materiā,qua actione debeat agi, qñ cōmo- datur res,vt pignoret,& pleni⁹ quā alibi.

PRætextu. Hæc eſt bona lex: ideo eā tene men- ti perpetuò,&c.

Additio.

1 *Res commodata, quando poßit retineri prætextu im- penſarum.* d

2 *Si actione commodati petitur quantitas, an poßit cum debito compenſari.*

d PRætextu. d Non eget ſummario.

1 Opp.& videtur qꝫ †poſſit re e tineri:vt l.in reb⁹ ſ.poſſunt. ff.eo.Sol.Ibi propter impen e las[e] retinetur:& iſtam materiam quando retentioni ſit locus, ponunt hic docto. & in lege.ſi non ſortem.ſ.ſi cētum.ff.de con- 2 dictio.indeb.dic vt ibi. 2 Quærit gl.†quid ſi in actione commodati petatur quanti- tas, vtrum poſsit cum debito compenſa- ri.Gloſſ.dicit quod ſic:ſiue actio commo- dati detur ad intereſſe,ſiue ab initio com- modata ſit quantitas:& ſic intellige l.fin. de compenſa. Vide gloſſ. iſtam, quæ tenet

¶ Ratione ſimulatio nis.Adde quādo con- tractus pōt dici ſimu latus per contrahētē & vide p Bar.in l.he lios.j.de hēs ū in frau. cre.& in l.ſicut.ſ. ſu per hiis cui.quib.mod. pig.vel hypo.per loā. & Alexā.de Imo.in l. nemo pōt.ff. de leg.j. & per eundē Imo. in c.ad notirā.de empt. & vendi.& in ea. cū cōtingat.de iureiu.& in dictis locis, etiam quando appoſitū fuiſ ſet iuramentum.

b ¶ Emptione. Vide q̄ dixi in l.fi.C.de pact. pigno.

P. P A V. P.

b ¶ Emptione.In iſta le ge eſt vna glo.ſingu laris qꝫ cōtractꝰ ſimu latus nō firmat̄ iuſo. Idē Bar.in l.ſi qs pro eo.de fide inſtru.Pa. in c.ad noſtrā.de emp. & vē.Bar.in cōſi.ſic. q̄ro dicit ſtatutū Bal. & Ang.in l.fi.qui ſta- tiſ.cog.& Bald.hic in l.j.j.de ope.lib.in rub. de iureiu.Ange.in l.j. de dote cau.non nu. Imo.ī l.nemo pōt. de leg.j.in c.cum contin gat. in xvj.charta.de iureiu.Pau.conſil.cc. lxxx.ī j.col.Si tū eſſet iuratū in inſtr̄o oia in eo contenta eſſe vera, & attēdere & obſer- uare,nō poſſet tūc di ci qꝫ ſit ſimulatū. Ita Alex.in d.l.nemo pōt in v.col.niſi pri⁹ pete ret limitatio à tali iu ramēto,vt ibi ipſe tra telligit vide eūdē cōſ. cxxxij.in ij.volu. & cōſ.xvij.in iij.vol. Et ꝓ declaratiōe gl.vēt cōcordā.per Iaſ.in l. cū ea.circa medium. C.de tranſac.vide & declara vt per eundē in l.ij.ad finem.ff. de iureiu.

¶ L.ſi quis obrepſe rit.Ad de Alexand.de Imo.ibi:& in cō.lxxv iiij.iij.volu.& Bar. in cōſi.cxix.inci.Tu der tinus.& eundē Alex. in cōſi.lxx.& in cōſi. lxvij.colum.ij.eo. vo lumi.

P. P A V. P.

¶ Prætextu. Circa iſtam legem finalem & circa materiā rete tionis, vide omnino Romanum fing.cix. & quæ ſcripſi j. ob chirog.pec.in l.j.

e ¶ Propter impēſas. Adde qꝫ quando con tra matritum,vel eius hæredes agitur pro reſtitutione dotis, nō poteſt fieri retentio prætextu expēſarum in re dotali factarū. lege.vnica. ſ. taceat. verſic.ſed nec ob im penſas infrà. de rei vxo.actio.& eſt ſpe ciale fauore dotis. ſe cundùm Angel. in l. prima. ff. ſolu.matri monio.

℞. POMATES.

a ¶ Qđ ex opis. Vide ale.cõsil.cxvij.i j.col. vo.iij.Imo.cõs. xvij. & ad hãc legem oino videas Alex.consil.j. vol.ij.

b ¶ Compẽsat sibi fructus. Adde ꝙ qñ mulier ageret hypothecaria, constante matrimonio viro ad inopiã vergẽte,& fructꝰ percipiat, ꝙ nõ tenebit cõpẽsare.& est in dote speciale contra Raph.in l.si cõstante. in prin.ff.sol.matr. Itẽ nõ extenuãt sortẽ fructus,qñ vir cõstante mrimonio ꝓcepit fructus ex re sibi pignorata ꝓ dote ꝓ socerũ. Casus est i ca.salubriter.& ibi Hos.et doc. extra,de vsur.& ꝓ eũ dẽ habes alias duas limitationes ad istum tex.& ad l.cred.seq.

c ¶ Creditor. Istas leges cũ materia limita no.vt ꝓ Bar.in l.diuortio.§.ob donationes.sol.ma.Pro qbus facit qđ habẽt in l.j. & ij.j.de pact. pig. Itẽ & secũdã regulã huius legis limita, nisi dñs dñiũ directũ i pignus accipiat ab habẽte vtile.Facit text. in c.j.extra,de feu. Et an idẽ iudicãdũ sit in emphyteuta, & vsurario.vide no.ꝓ Hos. in Sũma de vsu.§.in aliquo.versi.Itẽ fallit in no.casu,ca.j. extra, de vsur.in eo q rẽ suã ab aliquo accepit, cũ eã aliter recuparenõ potuerit. Itẽ fallit in marito recipiẽte rem aliquã in pignus pro dote.ca. salubriter.de vsur.Itẽ fallit in eo q in re pignorata laboranda gubernãdo labores,aut opas, adhibet : qa isto casu fructus cũ laboribꝰ cõpẽsant,secđm Host.in d.§.in aliquo.ver. iij. & Io.an.in ca.cõquestus. de vsur.vide de materia i c.ad nostrã de reb⁹ eccle.nõ alie. Itẽ põt limitari hæc lex,nisi iuratum esset de soluẽdo pecuniam creditori:nec i aliquo eũ molestare, ꝓ text. no.in ca.ad nostrã.de iureiu.& qđ no.Bart. in l.amplius.ff.rẽ rat. hab.& adde qđ not. Imol.in l.j.§.ꝓ seruũ. ff.de acq.pos.& materiã vide in c. ad nostrã de iureiu.& in ca. cõquestus.& i c.causam q.de pig.& in c. ex literis.de iureiurã. Quid autẽ in vẽditis societate, an fructus cõputent in sortẽ vide Bal.in hac l. & ad istã materiã vide quę hic dixi post Bald. Et qñ fructus extenuãt sortẽ vide no.q.Bald. in rub.C.de cõtrahẽ. emp.in xv.q.

ꝙ qñ pecunia debetur vt species, põt compẽsari.Cõtrarium notatur in l.cũ fundus. §.seruũ tuũ imprudens.ff.si cer.peta.& ibi dixi.Quatenus ad ꝓpositũ, dico ꝙ cõtraria glo.loquitur qñ illa species petebat rei vẽdicatione:hic qñ petebat actione psonali.Vltramõtani tenẽt simpliciter cõtra illã gl.Videbitis in d.l.fi.j.de cõpẽsationibus.

De pignoratitia actione. *Rubrica.*

Additio.

☞ *Fructus extenuant debitum.& nu.3.*

1 *Creditor compensat sibi fructus,quos percipere potuit.*

2 *Creditor an teneatur fructus conseruare,& uendere tempore caristiæ.*

LEX I.

a QVod ex operis. Reditus, qui percipiunt ex pignore,extenuãt debitum, & creditor tenet si pignus per eum deterioret.hoc dicit,cũ l.seq. No. ꝙ†fructus extenuant debitum. Secundò nota†ꝙ creditor compensat sibi[b] fructus quos percipere potuit. Opp.ad†primũ, ꝙ fructus non cõpensentur.de l.si conuenerit.ff.eo.Sol.Intelligũt doct.hic, quãdo fructus sunt consumpti : aliàs ipsi fructus essent pignori,sicut ipsum prædiũ, vt l.j.j. de pac.pigno. & l.quãuis.j.in quibus cau. pig.tací.contraha. Sed iuxta hoc moueo dubium, † vtrũ creditor teneatur fructus cõseruare, & vẽdere tẽpore caristiæ. Breuiter,quidã sunt fructus,qui debent vendi primo tpe:qa statim corrũpũtur : vt poma & similia:& illa cõseruari non debẽt:vt ff. vt in poss.leg.l.is cui.§.q legatorũ. Quidã sunt ꝙ conseruari possunt : & illi sunt cõseruandi:vt d.§.qui legatorũ.non tamẽ tenetur eos cõseruare vltra annũ:vt l.fi.§.pe. ff.de requi.reis.Intra annũ ergo alienet tẽpore cõpetenti,ad modũ diligẽtis patrisfamilias,& cũ intra annũ alienare teneatur: vt d.l.nõ est præsumendũ ꝙ ea seruauerit de anno in annum : & sic fecerit contra id quod lex vult.arg.ff.pro soc.l.merito.

LEX II.

c CReditor. [c] Nota text. ibi: quos percipere debuit:qa ꝓbare quod percepit est difficile:sed ꝓbare qđ percipere debuit, est facile : quia põt dici ꝙ cõi æstimatione potuisset tantũ locari, seu lucrari in anno.Tene mẽti : quia vtilia sunt.

Additio.

LEX III.

PActum. Licet creditor posset vẽdere pignus ex pacto, non prohibetur debitor agere cõtra eum,si malè vendidit.Bartol.

SI creditor. Quis debeat ꝓbare casus fortuitos.Glo.ponit hic:& etiã hoc ponit gloss.in l.si quis ex argentarijs.§.an nec heredi.ff.de eden.& ibi dicemus.

Additio.

1 ☞ *Creditor debet probare casu, manifestis probationibus rem perditam.& nu.4.*

2 *Culpam probat,qui illam allegat.& nu.4.& nu.6.*

3 *Res dicitur amissa,quando facta diligenti inquisitione,recuperari non potest.*

4 *Manifestæ probationes quæ dicantur.*

5 *Casus contingens circa personam probatur iuramento.*

c

SI creditor. Si pignꝰ pereat, absq; culpa creditoris,periculũ est debitoris.h.d.cum l.seq.& l.si nulla. & l.pignus. Nota ꝙ†creditor debet probare casum.l.rem perditam. No. ꝙ debet probare manifestis ꝓbationibus:& sic nõ starետur iuramento suo. Not. ꝙ probata amissione, debitor debet ꝓbare culpã : vt innuit tex.ibi:sed si culpæ reus deprehẽdatur:quasi dicat,creditor debet deprehendi reus culpæ à debitore:& sic debitor debet probare culpã,ꝙ qualiter intelligatur, dicam.j.quia in gl.dubitatur de hoc.Pro declaranda lege ista, sunt examinanda duo. Primò, quia hic dicitur, ꝙ creditor debet probare se perdidisse,qualiter,ꝓbabit hoc: & de hoc nihil in gl. Secũdò quis debet probare culpã amissione ꝓbata.In gl.sunt opi.finaliter dicit†ꝙ qui culpam dicit, illã probet.Ita tenet hic.& Insti.quib.mod. re contrahi.obli.in fi.sed in l.si quis ex argentarijs.§.fi.ff.de edẽ. videtur dicere, ꝙ ante omnia debet ille,qui agit,dolum probare, vel culpã:postea reus ꝓbare casum. Doct. circa hoc parum dicunt. Breuiter ante oĩa est sciendum,ꝙ res †amissa dicitur,quãdo adhibita diligẽti inquisitione recuperari non potest.Facit.ff.de peti. hære.l.deperditum. Nunc † ad ꝓpositum,quãdoq; rem amissam absq; culpa est causa defensionis: qñq; est causa actionis. Primo casu, aut ꝓbatur res nõ peruenisse ad manus eius,qui conuenitur:& tunc ipse probat rem amissam eo ipso,qđ adhibita diligenti inquisitione eã non reperit:& se non reperire dicit,nisi per aduersarium probetur eius dolus,vel culpa:vt l.cùm ita.§.species.de leg. ij.quod no.ff.de ꝓba.l.cum de lege,& j.de iure delib.l.fi.§.licẽtia danda. Quãdoq; apparet rem peruenisse ad manus eius,q cõuenitur:& tunc si dicit rem amissam,debet probare indubitãter:sed aduertẽdum est,ꝙ si ad illam rem restituendam tenebatur iuris obligatione, amissionem debet probare manifestis ꝓbationibus : dicã statim. Si verò tenebat iudicis officio,põt per iuramẽtum ꝓbare : vt s.de fi.instru.l.fi. Quæ autẽ sint istæ manifestæ ꝓbationes,dicam statim. Si verò rem amissam esse,est causa actionis alicuius,ille debet ꝓbare:vt l.si quis ex argẽtarijs.§.fi.ff.de edẽ. Quęro,quæ sunt†istę manifestæ ꝓbationes? Respondeo:quidam sunt casus fortuiti multũ patẽtes,vt mors,incursus hostium, & similia : & tũc nõ est dubium de ꝓbatione. Quidã sunt casus fortuiti, qui clandestinè occurrũt:vt sunt furta:& istis non est standũ simplici assertioni cõuenti:vt l.si nulla.j.e.sed debet ꝓbari aliꝭ præsumptionibꝰ:vt puta,quia reperit ostium fractũ.vel ꝙ famulus aufugit,& similibus.Ad hæc l.non oẽs.§.à barbaris.ff.de re mili. ꝓm doc.& hæc diceretur manifesta probatio. Manifestum est enim quod ex legitimis præsumptionibꝰ apparet:vt l.licet.ff. de leg.j.In eo quod dicit,euidẽs.& l.si quis locuplex.ff.de ma. teſtamẽto.†Quæro,quis probabit culpã. Veritas est ista : qdã sunt casus,qui regulariter non eueniunt sine culpa:vt furtũ:vt l.cũ duobus.§.dãna.& ibi no.ff.pro soc.Incẽdiũ : vt l.si vẽdita. ff.de per.& cõmo.rei ven.l.iij.de offi.præ.vig.Item fuga carcerati,& hoim,q custodiri debuerũt:vt l.si à bonæ fidei.ff. de rei ven.& in istis casibus nõ sufficit cõuentũ ꝓbare casum, nisi ꝓbet illũ sine sui culpa accidisse:vt l.si qs fundũ.§.Impator.ff.locati.Intellige eũ ibi abigeos clã subripuisse.& ff.de cust.reo.l. fi.j.e,l.pignus.& ibi statim dicã. Ratio,qa pũsumptio est contra eũ,q dictũ allegat.Quidã sunt casus,q regulr cõtigũt sine culpa,vt incursus hostium,& latronũ,impetus aquarum,& mors animalium,& similia:vt not.in l.cũ duobus.§.dãna.ff.pro soc. & pro-

℞. P. PAV. P.

¶ Creditor. Ad aposstillã præcedẽtem ibi. Itẽ fallit in eo, qui in re pignorata. Adde Com.cõsil.xix.incip. quidã nobilis vir. in vltimo dubio,dũ loquit de recipiente castrum pignori cũ pacto ꝙ fructus efficiãtur sui,& debeãt custodire castrũ quia si expẽsæ ascẽdant tantũ,quãtũ fructus,eos nõ cõputat in sortẽ,licet alias pactũ de lucrando fructus rei pignoratæ non valeat, vt ibi per eũ.Itẽ circa aposti.quã ponit hic Alex.s.in habẽte direct dñiũ & accipiente pignus ab habente vtile &c.vide Rom. singulari cccxxv. incip. creditor. Itẽ circa aliã limitationẽ, quã ponit etiã hic Alex.de sustinẽte magnos labores in re pignorata,Adde etiã Ro. singulari ccccclxix.inci. regula est. Item vide aliã similẽ decisionẽ de ꝓcuratore,q emit rem noie domini,& soluit ipse procurator pretiũ, & postea res fuit sibi tradita,quã tanto tpe possidet ꝙ fructus ascendunt ad quãtitatẽ pretij,ꝙ tenetur tradere rẽ dño sine aliquo ꝓtio. Habes in ru.ff.mand.Ad hoc bar.Quid autẽ si fructus extarent, & creditor vellet restituere,vide Ias.post alios in le. diuortio.§. ob do.col.ij.fo. matri.

& probatur.ff.de reg.iur.l.contractus.In istis sufficit cõuento ꝓbare casum:qui dicit culpã,illam ꝓbet:quia præsumptio est, ꝙ absq; culpa acciderit.Ita debet intelligi hic cũ gl.hic posita.
7 Prædicta vera,†qñ allegatur casus circa res.sed si allegaret casus circa personas,puta impedimentũ infirmitatis,vel alterius casus,propter quod dico me non posse venire,vel aliud facere: tunc dicit Gul.de Cu.considerata qualitate personæ,standum est iuramento suo:vt l.scire oportet.§.sufficit.de excusa.tut.j. de rep.& diuortijs.aut.hodie.Idem videtur tenere Spe. in tit. de app.§.nunc breuiter.ver.quid ergo.

Additio.

a QVæ fortuitis. a Creditor nõ tenetur de casu,nisi sit actum. Nota ꝙ casus fortuitus est ille,cui resisti non potest,vt hic,& l.contractus.de reg.iu.

Additio.

CReditor. Creditor tenetur de culpa adhibita in deteriorando rem pignoratam,& sum ptus recuperat.h.d.

PIgnus. No.hic maiorem,quem facit istæ text.in prin.& est in barbara.Itẽ not.quod dicit in horreis quibus alij solebant vti,pro istis qui deponunt pecuniam penes campsores,penes quos solet deponi per alios,vt excusentur.

Additio.

QIgnus. Nota regulã,ꝙ res perit ei,cuius est qui allegat rẽ amissam furto,debet ꝓbare,qđ culpa eius cesset:qđ apparet hic dũ dicit,in horreis, quibus alij solebãt publicè vti.Ratio est:quia casus in furto includit in se culpam regulariter.secus in aggressura latronum:vt §.e.l.quæ fortuitis.dixi in l.si creditor.§.c.

1 ☞Titulus pignoris,non est sufficiens ad præscriptionem.
2 Successor uniuersalis non potest præscribere,quod non poterat defunctus.
3 Actio pignoratitia non præscribitur longo tempore.
4 Probare obligationem,& rem traditam loco pignoris,ad quid sit utile.
5 Practica singularis in actione pignoratitia.
6 Si debitor agit rei uendicatione contra creditorem,an tunc possit referri quæstio dominij.

Additio.

NEque credito. Titulus pignoris nõ est sufficiẽs ad præscriptionẽ, & exceptio pig.excludit vẽdicãtẽ iure dominij.& solutio debiti excludit vendicãtem per hypothecã.h.d.
1 Nota ꝙ†titulus pignoris nõ est sufficiens ad præscriptionem.
2 Nota†ꝙ successores vniuersales non possunt præscribere illud,quod non poterat præscribere defunctus.Nota etiã ꝙ pi-
3 gnoratitia†actio nõ præscribitur longo tẽpore:quia est actio ꝑsonalis:& hoc pro prima parte.Quærit gl.qñ nascat pignoratitia,& qñ possit præscribi iuri offerẽdi.Dic vt in ea.Venio
4 ad ver.vnde intelligis.Quæro,ad qd est vtile†ꝓbare originẽ rei.Dicit gl.intellige hic originem.s.obligationẽ factam esse, & rem traditam esse loco pignoris.qđ sufficit ad hoc:quia qui semel possedit,præsumit̃ hodie possidere.no.vbi dixi in l.siue possidetis.§.de ꝓba.qa habuit causam ab actore.Istud dictum, licet sit verũ in se:tñ non congruit huic literæ:qa prẽsupponit tex.pro cõstanti,ꝙ aduersarius tenet rẽ:ergo aduersario tenẽte precario,si ꝓbarem originẽ rei,hoc est,rẽ obligatã:tñ confiteor debitũ:& sic creditor possidẽs nõ haberet necesse ꝓbare. cuius cõtrariũ subdit tex.Alij dicũt,ꝙ ꝓbare originẽ rei,sufficit ad hoc ꝙ creditor possidẽs nõ præscribat:quia habet scientiam alienæ rei.Certè hoc est etiã verũ in se:sed huic literæ nõ cõgruit,per rationẽ quam dixi.Alij,& ista opinio ponit̃ in gl. dicũt,ꝙ hic vendicatur res pignoratitia actione.Certè nec hoc placet:quia tunc non haberet necesse creditor ꝓbare debitũ. Vnde potes eã legere sic,scilicet originẽ rei:hoc est,cãm quare res ad te puenit iure dñij:& tũc hęc lex sine scrupulo procedit.
5 Vel si volumus sustinere gl.& habem⁹ vnũ†casum singularẽ, & no.vt debitor,vel eius hæres,agat pignoratitia,vel rei vẽdicatione dicẽs rẽ fuisse ipsi creditori obligatã:& traditã:nescit tñ pro quãta pecunia:sed paratus est soluere debitũ qđ ostenderit.Certè tunc creditor cogeret ad restitutionẽ rei. Principale enim,est qđ ꝓbem rem obligatã,& traditam,sed nõ pro quanto:quia testes non recordantur: & secũdũ
6 hoc est hic casus no.†Circa vltimam partẽ huius legis quæro,vtrũ si agatur,rei vendicatione cõtra creditorem, possit referre quæstionẽ dñij? Quidam ꝙ non.glo.ꝙ sic, & bene.Dic vt ff.cõmo.l.ita vt si fur. Vel pone casum,ꝙ dicebat aliquis se pignorasse fundũ,spe futuræ numerationis,quo casu debet creditor probare debitũ, hoc est, pecuniam numeratã:vt j.si pig.cõuen.nu. se.non fu.l.j.& j.de non nume.pecu.l.j.

Additio.

PIgnoris. Debitor repetit à creditore pignus ꝙ hanc actionẽ.Itẽ creditor non potest pignus occupare sua authoritate,absq; pacto vel iudice.h.d. Nota ꝙ ex pacto licet alicui rẽ debitoris capere sua authoritate:alʒ non:videbitis j.de pig.l.creditores. Opp. gl.de dam.infe.l.vtique.Solue vt in ea.

Additio.

b QVò minus. b Soluto debito repetit̃ pignus,non obstãte præscriptio b ne longi temporis.

De exercitoria, vel institoria actione. *Rubrica.*

Additio. LEX I.

SEruus. Si seruus contrahat in negotiatione permissa obligat dominum institoria:aliàs de peculio vel de in rem verso.Quæro,quomodo probabitur nullam rem mutuam esse acceptam? Dic vt in gl. & plenè in l.j.§.j.& §.non autem.& l.fi.ff.de exercitoria.

Additio.

SI mutuam. Prępositus ad vnum actum,obligat dominum vtili institoria. hoc dicit cum lege sequenti.

Quod cum eo,qui in aliena est potestate &c. *Rubrica.*

Additio.

1 ☞Pater consentiens contractui filij,quando in solidum obligetur.
2 Pater consentiens decurionatui filij,quando obligetur etiam priuato.
3 Ista nomina de peculio,de in rem uerso,quod iussu.& similia,non sunt nomina actionum,sed adiectiones.

LEX I.

CVm filius sa. Pater pro filio tutore nõ tenetur,nisi de peculio,vel de in rẽ verso:nisi cõsenserit,vel eũ decurionẽ creari permiserit.h.d.Opp.ff.de tu.l.si filius. Sol. dicit gl.no.Aut filius datur tutor in testamẽto:& pater non tenetur,nisi de peculio,siue cõsentiat,siue non:vt in l.Lucius Titius Caium Seium.ff.de admi.tuto.Aut datur à iudice:& pater non consentit,& non tenetur insolidum.d.l.si
1 filius.Nota ꝙ†licet pater consentiat contractui filij: non per hoc in solidum obligatur:vt ff.quod iussu.l.j.§.j. Breuiter istã materiam ego posui in l.si cùm dotẽ.§.transgrediamur.ff.sol. ma.Quãtùm ad propositum dic,quòd quidam sunt actus, vel contractus,qui pertinent ad nos:tunc consensus,seu voluntas nostra,inducit mandatum seu ratihabitionem:vt l.j.in prin.ff, man.& l.qui patitur.eo.titu.Si verò ad nos non pertinet,tunc siquidem ille,qui consentit poterat cogi consentire,& se obligare:cùm consentit,se obligat:vt l.si filius.de tute.& l.fi.de suspec.tut.l.si quis inter.§.impe.ff.de excu.tut.Aut non poterat cogi consentire,vel se obligare:& tunc cõsentiendo non obligatur.l.Lucius.ff.de admi.tut.ibi enim erat datus tutor in testamento:& ideo nõ cogebat̃ fideiubere:nec pater cogebatur se pro eo obligare.Idẽ si poterat cogi cõsentire tũc nõ obligatur:vt l.cùm non solùm.§.necessitate.C.de bo.quæ li. Oppo.
1 ☞& videtur ꝙ pater,qui cõsentit decurionatui, non obligetur

P. PAV. P. ¶ Quæ fortuitis. Circa hãc legẽ,quã Part. nõ legit,& generaliter qñ qs teneatur de casu fortuito, vide q̃ habes in Bertach. in verbo,casus. & circa istã legẽ quæ vult ꝙ res pereat dño, adde etiã ꝙ omne emolumentũ superueniens cedit dño,vide Paul. consil.ccxvij.ad finẽ. Item limita istam regulam qñ dño vtilitas spectaret:secus si vtilitas rei ad alium spectaret in totũ vel in parte,vide Iaso. in l.si pascẽda.in j. colũ. C.de pact.Itẽ limita nõ ꝓcedere vbi aliqs remaneret dñs ex aliquo iure spãli inducto in eius fauorẽ,vide Iaſ.in l.si pupillus per gl.ibi in vlti.colũ. si cer.pe.

POMATES. ¶ Quò minus. Nota facientẽ cõsueta fieri excusari à culpa. Et videas idẽ ecõtra, ꝙ qui nõ facit consueta fieri, incurrit culpã. ita Are.cõsil.xxxvij. col.ij.& vide Ale.consi.ciij.vol.ij.colũ.ij.& penul.

a ¶ Et p Cy.ii.ſi credi tor.ſ.ſi tutor vel cura tor. latè per Bar.poſt glo.in l.ſi pupilli.§.j. de nego.geſt.

priuatis,ſed ſolũ Reipublicæ:vt l.j.in fi.de ma.cõue.Sol.qñ pater non conſentit decu rionatui,obligaẽ Reipublicæ,& obligaẽ p officio qđ ipſi filio daẽ:dico ea actiõe, quæ oritur ex ipſo officio:& ex ea adminiſtra tione,vt hic.non ſi oriaẽ ex aliquo particu lari actu,vel delicto cõmiſſo in officio: vt

b ¶ Dños.vide Bar.& q̃ ibi dixi p eũ i l.Lu ci⁹ Titi⁹.ff.de fideiuſ.

3 lege contraria. Vltimò no.†ex hac l.q̃ iſta nomina de peculio, de in rem verſo,quod iuſſu,& ſimilia,non ſunt nomina actio num,ſed ſunt adiectiones.quod apparet hic dũ dicit,tutelę vel negotiorum:&c.Facit ff.de pec.l.iij.§.cui congruit.in prin. & l.ſi filius.in fi.de in rem verſo.de exerci.l.ſi tamen plures.§.fin. & de inſti.l.cuicunque.§.non tamen.Bar.

Additio.

LEX II.

3 quia exceptio † compenſationis hodie maximè reſpicit ipſam actionem:vt l.fin.j.eo.& Inſtit.de actio.§.in bonæ fidei. Vnde oportet q actio iſta tranſeat ad alium cũ onere ſuo.Ratio Dyni eſt:†quia exceptio compenſationis eſt in rẽ, quod apparet:
4 quia fideiuſſori competit,vt hic videtur nota.coniuncta.l. exceptiones.ff.de except. Igitur proſequitur actionem quocũq vadat.& ita ſemel conſultum fuit Bononiæ per do. Iaco. But. & multos alios aduocatos. Non obſtat ratio præcedens: quia licet quis non teneatur quem defendere, tamen patitur compenſationem.Nec eſt verum,quòd ſemper fiat reconuentio ad finem compenſationis;imò fit ad alios fines: vt dicam in auth. & conſequenter.j.de ſenten. Vnde ſi quis vult opponere exceptionem compenſationis per modum reconuentionis, debet audiri.Bartol us.

Additio noua.

QVoniam liberum. Petenti pecuniam obĳcitur compẽſatio de debito pòſt contracto.hoc dicit.

Additio noua.

NUicem. Sicut ſolutio,ita compenſatio pignoratitiam actionem inducit.hoc dicit.

Additio noua.

SI tutores. In ſubſidium conuenti poteſt obĳci cõpenſatio pupilli.hoc dicit.

Additio noua.

SI velut. Vbi compenſatio non tenuit, pacti debiti integra petitio permanet.hoc dicit.

Compen

COmpensationes.[a] Debiti liquidi ad liquidū pōt obijci cōpē-
a satio: si requirit altiorē indaginē, debet in alio iudicio reseruari: excepta causa depositi, & inuasionis possessionum. h.d. No. tex. ibi; reseruent. Pro istis refutationibus quæ quotidie fiunt in iudicijs, modò veniret tractāda mab teria de compensationibus, sed tempus non patitur[b].

Additio noua.

1 ☞ *Compensatio de quibus rebus opponatur.*
2 *Debitum officio iudicis, quòd possit deduci in compensationem.*
3 *Fideiussor quòd accedat debito officio iudicis.*
4 *Debitum quando dicatur requirere altiorem indaginem. & nu. 8. an sit arbitrium.*
5 *Compensatio de debito non liquido ad debitū, per confessionem partis in iudicio quando opponatur.*
6 *Compensatio ad debitum liquidum per testes, uel instrumenta, ad debitum non liquidum quando fieri possit.*
7 *Compensatio quòd opponatur contra executionem, & quando.*
8 *Hodie constat, hodie agatur: qualiter intelligatur.*
9 *Compensatio quòd non habeat locum in deposito.*
10 *Reconuentio quòd non habeat locum, quando agitur actione depositi.*
11 *Compensatio an habeat locum, ubi prohibetur reconuentio.*
12 *Reconuentio, quòd non habet locum in causa spolij, nisi super simili spoliatione.*
13 *Actio præiudicialis tollit aliam, ut super ea non procedatur, si intentatur ante, quàm sit conclusum in causa.*

COmpensationes. In omnibus actiōibus vbi hincinde quātitas debeť, cōpensatio potest obijci debiti liquidi ad liqdū. fallit in actione depositi, & in causa spoliationis. h.d. Primò ponit dictū. Secūdò limitat illud. Tertiò ponit practicā. Quartò ponit duas exceptiōes. Secūda ibi: ita tamē. Tertia ibi: hoc itaq;. Quarta ibi: excepta. † Quæro primò. de quib⁹ debitis possit obijci cōpēsatio. Gl. j. declarat illud optimè. Primò enim oportet q̄ hincinde quātitas debeatur, vel genus: ita q̄ in suo genere functionē recipiant. Ita videtur sentire glo. in prin. & in fi. Item oportet q̄ debitū, de quo opponitur cōpensatio, sit debitum ciuiliter & naturaliter. & q̄ nulla obstet exceptio: vt ff. eo. l. quæcunq;. vel sit debitū naturaliter tantū. is, cui ius ciuile non contradicat: vt dixi l. ex causa. ś. eo. idem si esset debitum ciuiliter tantum, cui nulla obstaret exceptio. aliàs secus; vt l. iij. §. j. ff. de cōsti. pec. Facit quod dixi vobis ś. tit. j. l. pe. Circa hoc dubitatur de isto textu, qui dicit de actione in rē: ergo videtur q̄ licet hincinde non debeatur quātitas, potest obijci compensatio. Dicit glos. ego credo q̄ si per actionem in rem peteretur quantitas vt species, non posset obijci compensatio: vt l. si creditor. §. j. ff. de pecu. & quod hic dicitur, intellige quā do deuenitur ad æstimationem, propter fructus, vel quia res perempta, vel propter aliud interesse. Circa hoc quod glos. dicit, q̄ quādo pecunia petitur vt species, non potest obijci compensatio: videtur notari contrarium in l. fina. ś. commo. & l. si creditor. §. j. quam gl. allegat, nil facit: nam ideo ibi non potest compensari, quia nō est liquidum: nescitur enim quatenus vires peculij patiātur. Sed si esset liquidum: tunc secus, secūdum vltramōtanos. Dixi in l. fi. ś. cōmo. plenius in l. cum fundus. §.
2 j. si cer. peta. Secundò no. ex hac glo. † q̄ eius, quod debetur officio iudicis potest obijci compensatio. quod patet, quando de debito specie peruenitur ad æstimationē, per iudicis officium Glo. tua notabiliter dicit, q̄ hoc facit, q̄ debitū ex officio iudicis potest nouari: vt l. & vno. ff. de accep. in §. j. & Institu. quib. mod. tol. obliga. §. præterea. Item tali debito officio iudicis potest accedere fideiussor: vt l. cùm qs. §. si quis pro reo. ff. de solu. & l. centū Capuæ. ff. de eo quod certo loc. & ff. locati. l. quæro.
3 Extra gloss. quæro, † quando ex vnā parte debeatur quantitas simpliciter, ex alia debeatur quantitas vel species alternatiuè: vtrum possit obijci compensatio. Breuiter textus habet quòd sic, non simpliciter. Solu. sed quòd altera pars cogitur eligere, quod vellet dare: & si elegerit dare quantitatem, tunc admittetur compensatio: vt infrà si maior factus. l. prima. ff. eod. si debeas. facit. ff. de furtis. l. si seruus. §. primo. & ibi plenè dixi. Quæro, dicitur hic, ipso iure. quomodo intelligitur hoc, dic vt in l. si constat suprà eodem. Quæro, dicitur hic quod potest obijci compensatio de debito. quod non requirit altio-
4 rem indaginem: † quando dicitur altiorem indaginem requirere? Quidam dicunt, si non potest probari intra duos menses: vt l. aufertur. §. qui compensationem. ff. de iure fisci. Alij dicunt hoc esse arbitrio iudicis relinquendum: vt hic videtur textus de hoc: & glo. & docto. videntur in
5 hoc residere. † Dic tu breuiter, q̄nq; debitum, cōtra quod opponit cōpensatio, est li
c quidū per cōfessionē partis in iudicio[c] factā; & tūc pōt ei obijci cōpensatio: de alio debito, etiā nō liquido: & debet pars æquanimiter sustinere, donec liquidet cùm eū à ,pbatione releuauerit: vt l. eū qui. in prin. de iureiur. Hoc notabiliter dicit gl. ij. parua hic, & in l. nemo ex his. de reg. iur. ī prima glos. magna. Quādoq; debitum primū
6 est liquidum † per probationē, vt puta per testes, vel instrumēta: tūc si opponatur cōpēsatio de debito nō liquido: hic est aduertendum, q̄ compēsare est soluere: vt l. inuicem. ś. e. & l. amplius. rem ratam habe. aut ergo illi debitori conuicto daretur aliquis terminus ad soluēdū: & intra illū terminū potest liquidare cōpēsationē quā obijcit. Ita loquitur l. aufertur. §. qui cōpēsationē. ff. de iure fisci, vbi admittit liquidatio, intra duos mēses: quia tantū tempus sibi daretur ad soluēdū: vt l. debitoribus. ff. de re iudi. & l. in fraudem. §. fiscalibus. ff. de iure fisci. Sed vbi ad soluendū nullū tempus daretur: tunc nullo modo cōpēsatio admitteretur, quę requirat aliqualem indaginē: & quāuis protestetur q̄ interim in causa nulla fiat nouitas cōtra eū, talis protestatio nō releuat: quia si sibi nō daretur dilatio vlla ad soluēdum: multò minus ad liquidandū
7 debitum. † Sed contra hoc videtur ś. eo. l. ex causa. in fi. vbi cōtra executionem obijcit cōpensatio. Sol. Dicas q̄ in executione est adhibēda aliqualis causę cognitio: vt l. à diuo Pio. §. in vēditione. ff. de re iudi. & ideo si intra illud tēpus intra quod expediretur illa causæ cognitio, vellet opponere cōpensationem, & debitū liquidare, audiretur. d. l. ex causa. Et illud est quod dicit
8 † hodie constat, hodie agatur: hoc est, intra tātū tēpus, intra quātū tu ,pbabis illud modicū q̄ habes ,pbare in executiōe: intra tm opponā exceptionē meā: vt l. si is à quo. in prin. ff. vt in pos. leg. Itē obijcit de isto tex. quia videtur hoc reponere in arbitrio iudicis. Ad hoc rñdeo, & dico, q̄ qñ exceptio cōpensationis opponit ante sniam: tūc nō habet locū regula p̄cedēs, si daret tibi terminus ad soluēdū vl' nō: sed est in arbitrio iudicis, vt vel eā admittat, vel eā reseruet. ad hoc vt snia sup prima cā non impediat. b
Ita loquit hic. Fateor tñ q̄ si aliquid restat de cognitiōe super causa, & pars offerat se liquidaturā cōpēsationē intra illud tēpus, & illa cognitio expediret, iudex debet eam audire: alʼs grauaret eū: p ea q̄ dixi. Ex p̄dictis habes tria: qñq; obijcit cōpēsatio post snīam, & post expeditam omnē cognitio-

a ¶ Compensationes. Et adde Bar. in l. compensatio. ff. eo. & no. in l. bona fides. ff. depositi. nota hanc l. quia compensatio debet opponi per modum exceptionis: secus si per modum conuentionis. l. cùm Papinianus. & in authen. ibi posita infra de senten. Et de ratione huius legis in fine. per Bartolum in l. cùm his. in fine. de condictione indebiti.

P. PAV. P.

a ¶ Compensationes. Ad faciendam compensationem de non liquido ad liquidū, vide per Cepol. cautela xcvij. Quare autem dicatur requirere altiorem indaginem, vide Alex. consi. cccclxxviij. in versi. vj. in iij. volu. Panor. consi. xxj. in vlti. colū. Ias. in §. in bonę fidei. post alios Institu. de actio. in penu. charta. Alex. cōsi. cccclxxxxij. in cōsi. lxj. in iij. volu. & idem Alexand. consi. xciij in iij. vol. qui cōcludit cū Bar. in d. §. compensationem. in l. aufertur. de iure fisci. prout etiam tenet in d. cōsilio lxj. q̄ debeat attēdi tempus, quod daretur ad soluendum. & an intra illud tempus possit liquidari: & licet esset arbitrarium, deberet iudex ita arbitrari. Istud tū mordet Felin. in c. suborta. in ij. col. extra, de re iud. & Barba. in ca. ij. de deposito. dicit esse arbitrariū. Et dicit istā esse cōem Ias. in d. §. in bonę fidei. vide aliquid per Felin. in ca. cum Ioannes. de fide instru. circa prin. vbi loquitur qñ ponitur cōpensatio in executione sententiæ q̄ debet liquidari posse intra breue tempus. Et aliqd per Ias. in l. cū fundus. §. seruum. in x. colum. ff. si cert. pet. Quomodo de liquido ad non liquidum possit fieri compensatio. & quando pecunia debeť vt species & qñ vnus est liquidus ex cōfessiōe partis. Item adde qđ ibi opponit compēsatio debiti naturalis tantùm pōt opponi etiā si requireret altiorem indaginē. vide Bart. singulariter in extraua gan. ad reprimendum. in verbo, summarie. col. vlti. Abb. in ca. ij. col. pen. de depos. Bal. hic in iij. qō. & Salic. in vij. oppo.

b ¶ Patitur. vide Bald. in l. penul. j. depositi.

c ¶ Per confessionem partis in iudicio. Ads de Cyn. hic, & Pan. in c. fi. colum. penul. extra depos. & hoc idem sequitur domi. meus domi. Frā. Pet. in l. cum fundus. §. seruum tuum. ff. si certū peta. & datur cautela reo: vt quando aliquid habere prætendit ab actore: q̄ confiteatur debitum, & obijciat compensationem eius crediti, etiam non liquidi: quia præcedet compensatio. & hanc eandem cautelam ponit etiam Cepo. Vero. in caute. suis nume. lxxxiij. incipit. tu scis quod vulgariter. & adde q̄ hanc decisionem Bar. hic alleg. & sequitur domi. Ias. in §. in bonæ fidei. colum. xv. institu. de actio. & ibi sequitur dicta Bar. in hac dist.

a ¶ Recõuentio. Et q̃ ille qui reconuenit non dicatur compenſare, adde Bal. in l. cum papinianus. j. de ſenten. ℣ P. P A V. P.

b ¶ Si interrogatione. Circa materiam vſurarũ, quid importent centeſimæ vſuræ, & ſimiliter beſſes, ſemiſſes & trientes, vide q̃no Soci. in repeti. l. iij. §. itẽ ſi reipublicæ. ff. ad leg. Falcid. Item not. circa iſtam materiã q̃ de hora ad horam promiſſa eſt vſura ſecundũ Ro. ſing. cclxyiij. incip. an extra allega. xiiij. quæſt. iij. c. ab illo. Item an proxeneta cõtractus vſurarũ teneat̃ ad reſtitutionẽ vſurarũ, vide Rom. ſingu. cclxxiij. inci. ſui interrogatus. Item an vſuræ de iure authẽticorũ ſint prohibitæ, vide Panor. in c. cùm ſit generale. in viij. colũ. de foro cõpet. Et de materia q̃ cõtractus cenſeatur vſurarius, vide in Bertach. in verbo, cõtractus vſurarius; & quod ibi addidi in verbo, vſura. Item q̃ vſuræ ſint hodie permiſſæ q̃ pro inſtrumẽto promittitur aliquod factũ vide Iaſ. in l. petens. in vj. colũ. in fin. & ſeq. C. de pactis. etiam ſi illud factũ nõ æquiualeret in totũ vſuris, vt p. eũ.

c ¶ Oppo. Inſtitu. de fideiuſ. Adde Barto. & doc. in l. ſciendũ. ff. de verb. obli. vide omnino Alexã. in ij. charta, & not. Barto. ibi, q̃ ſi notarius dicitur peritus literarum, & mercator imperitus. Adde Bar. in auth. ſed nouo iure. §. ſi cer. pet.

d ¶ Teſtes. Quod dicitur hic de teſtib. adde gloſ. not. & quod ibi Barto. in l. quod ſi neq; potes. de teſta. tut. & ſa. quid ſi teſtis dicat vidi talẽ præſcripſiſſe, de quo Bald. in l. iij. §. de teſtib. concludit dictũ teſtis non valere, dixerit Bart. quicquid voluerit in tractatu de teſte. Ad qđ tu vide Imo. in c. cùm cauſam. de teſtibus. ℣ P. P A V. P.

e ¶ Teſtimonium. Sequitur domi. Fran. de Aret. conſil. xxxvij. in ij. colũ. Vide Anchar. cõſ. cccxxxj. in vl. col.

f ¶ Dixi plenè. Vide quod notat Bald. in l. ſi ex pretio. ſuprà ſi certum petatur. vbi voluit q̃ intelligitur ſemper ſolennis ſtipulatio non pactum nudũ. & adde quod notat Bar. in l. lecta. ſi cert. peta. & quæ ibi dixi. & limita vt dixi poſt Bart. per l. j. cũ gloſ. & ibi Cynus & Bal. j. de dote promiſ.

nem ſuper executione. quandoq; opponit̃ compenſatio poſt ſententiã; quandoq; ante ſentẽtiam, vt ex prædictis patet. Veniamus ad quartã partẽ huius legis, ſ. ad verſi cul. excepta. vbi ponunt̃ duę exceptiones.
9 Prima eſt † q̃ fallit in depoſito. cõtra. ſ. cõmo. l. fi. Sol. Dicit gl. ibi nõ loquit̃ de compẽſatione, ſed de retẽtione. quaſi dicat ibi, hincinde nõ debebat̃ res, quæ res cõpenſari poſſet: hic ſic. Cõtra hoc oppo. ei, qui dicit ſe ſpoliatũ, nõ poteſt obiici cõpenſatio: vt j. proxi. Sed q̃n denegat̃ reſtitutio debiti ſpoliat̃ creditor: ergo eodẽ modo nõ poterit obiici cõpẽſatio. Sol. Credo q̃ ſi ageret̃ cõdictione ex l. ſi quis cõductio. j. loc. non poſſet opponi cõpẽſatio agẽti de cõmodato, ſicut nec agẽti de depoſito: quia quælibet cõtinet ſpoliationẽ. Sed ſi ageret̃ pſonali: tũc actio depoſiti eſt priuilegiata. qđ nõ eſt in actiõe cõmodati, vt hic. Quæro, vtrũ, hoc ſit verũ, ſiue agatur depoſiti directa, ſiue contraria. Hic ſunt opin. videbitis j. depoſiti. l. fi. vbi hoc declarat̃. Itẽ ex hac
10 lege dicũt doc. q̃ † q̃n agitur depoſiti, non eſt locus recõuẽtiõni, per hanc l. Ita tenet Spe. in materia recõuentionis. & ego dicã in auth. & cõſequẽter. j. de ſen. aliàs quomodo & q̃n iudex. Et aduerte, vt intelligas: licet illa regula nõ ſit vera, † q̃ vbicũq; recõ
11 uentio [a] prohibeat̃, ibi prohibetur cõpenſatio: vt dixi ſ. e. l. neq;. regula cõtraria tamẽ eſt vera, q̃ vbicũq; prohibetur cõpenſatio q̃n debitum eſt hincinde cõpenſabile: tũc prohibetur recõuentio. tũc vide rationẽ: quia debitũ liquidũ non impedit exactionem alterius debiti liquidi, vel nõ liquidi, vel multò magis debitũ nõ liquidũ, quod nõ proponeret̃ per modũ recõuẽtionis: deficit primũ iudiciũ. Et aduerte illud qđ dico, q̃ nõ eſt locus recõuẽtioni: intellige vt ſic procedat̃ in vtraq; cauſa pariter, & non ſententiat̃ priùs in vna cauſa quã in alia, ſecundũ neceſſitatẽ recõuẽtionis: vt vidiſtis in l. neq;. ſ. eo. Secus ſi vellẽ aliquẽ recõuenire, ita q̃ per meum proceſſum nõ impediretur primum; hoc non reperitur prohibitum; cur ergo non permiſſum? Barto.

Additio noua.

Poſſeſsionem. Hic dicitur, quòd ſpoliato non põt obiici cõpẽſatio. quod intelligit gl. de ſpoliato quocũq; modo. Et ex hoc dicunt Ca
12 nonitæ, † q̃ ſpoliatus nõ poteſt recõueniri, niſi ſuper ſimili ſpoliatiõe. hoc eſt etiam quod dicit̃, q̃ ſpoliat̃ ante omnia reſtituẽdus eſt: vt j. ad leg. Iuli. de vi. l. ſi quis ad ſe fundũ. hoc eſt, nõ poteſt alia actione iterũ reconueniri, ſecundũ Canoniſtas. licet gl. in l. ſi quis ad ſe fundũ. aliter intelligat. Vltimò no. ex iſto † tex. in ver. ſatis enim q̃ illud quod dicit̃, propoſita vna actiõe præiudiciali, debere ſileri ſuper alia: verũ eſt, ſi proponat̃ ante quàm ſit in cauſa concluſum. & hoc eſt, quod dicitur q̃ prius debet cognoſci, & pronũciari ſuper poſſeſſorio, quã ſuper petitorio: vt l. incerti. j. de interdi. c. Et intelligendũ eſt, ſi poſſeſſoriũ fuerit propoſitum ante, quã probationes fuerint factę in petitorio. Ita dicũt Canoniſtę extra de reſcrip. in c. ſuper literis. de cauſa poſſeſsio. & propriet. c. paſtoralis. vbi ipſi habent caſum, quod tenet menti. Vltimò gloſ. hic ponit caſus, in quibus non poteſt obiici compenſatio, vide eam & ſigna. Bartolus.

De vſuris. *Rubrica.*

1 ☞ *Verbum, promitto, prolatum à teſte, non intelligitur per ſtipulationem, niſi probetur interrogationem præceſſiſſe: ſecus per ſcripturam. & ibi rationem vide nume. 7. & nu. 15.*
2 *Teſtis debet deponere, & reddere rationem per ſenſum corporeum.*
3 *Stipulatio eſt quid iuris.*
4 *Teſtis dicens quem promiſiſſe per ſtipulationem, indicat, & non teſtificatur.*
5 *Solennitatem alleganti incumbit onus probandi.*
6 *Solennitas quando præſumatur quòd interuenerit, & nu. 8.*
7 *Ratio quare ſolennitas intrinſeca præſumatur, ſed extrinſeca non.*
10 *Ex inſtrumento uenditionis, in quo continetur quòd Titius uendidit fundum, ſed non dicitur de pretio, quòd agi non poſſit.*
Inſtrumentum uenditionis repertum in protocollis notarij ſine pretio, non poteſt publicari.
11 *Teſtes nunquid præſumantur rogati, remißiuè.*
12 *Notarius præſumitur rogatus.*
13 *Inſtrumentum ſcriptum à notario, ſed non publicatum coram teſtibus, non præſumitur inſtrumentum.*
14 *Sententia, ſi dicit, uiſo libello: & an præſumatur pro proceſſu. quòd non.*
16 *Verbum, rectè, denotat iuſtitiam: ſed ritè, ordinem.*

LEX I.

b Si interrogatione. b Hic eſt bonus caſus, quando ſtipulatio probatur per teſtes, debet probari, interrogationem præceſsiſſe, & reſponſionem ſecutam eſſe. hoc dicit. Oppo. Inſti. de fideiuſſo. c §. fin. ff. de
c verb. obli. l. ſciendum. j. de contrahen. ſtip. l. j. Sol. Aut verbum promiſsionis, profertur in inſtrumẽto, vel alia ſcriptura: & in-
1 telligitur ſolẽniter cum ſtipulatione: vt in cõtrario. Aut † profertur à teſte: tũc nõ intelligitur per ſtipulationẽ, niſi expreſsè probetur interrogationem præceſsiſſe, & reſpõſionem eſſe ſecutam. Ita loquitur hæc lex, & ita intelligit gl. licet Hugo cõtra glo. Quæ eſt ratio huius? Dicunt noſtri doct. Moder. q̃ ratio eſt: quia illi, qui cõficiunt inſtrumenta, ſunt periti. & nõ eſt veriſimile q̃ faceret notarius publicum inſtrumentum ſine ſtipulatione, quæ præſumptio ceſſat in teſtibus. Iſta ratio diſplicet mihi. nã pone q̃ fit ſcriptura priuata ab homine imperito, vt à quodã mercatore: & tamẽ ſi ibi dicitur: promiſit: intelligit per ſtipulationem: vt l. j. j. de contrahen. & commit. ſtipul. Vel
d pone, teſtes [d], qui deponũt, eſſe aduocatos: certè nõ reperimus q̃ propter hoc debeat præſumi ſtipulatio. Rationem ergo vo-
2 bis do aliam, vt aliàs dixi. Teſtis debet † deponere, & reddere rationẽ per ſenſum corporeũ. Dixi vobis in l. ſolam. ſ. de teſti.
3 & l. teſtiũ. eo. ti. Modò ſtipulatio † eſt quid iuris: quia eſt verborum obligatio, quæ reſultat ex interrogatione, & reſpõſione. Si ergo teſtis diceret expreſsè, promiſit in inſtrumẽto per ſtipulationem, nõ cõcluderet dictũ eius: quia ſtipulatio nõ videtur, neq; auditur, ſed intelligitur. Vnde teſtis debet dicere, promiſit præcedente interrogatione tali: & tũc iudex ex hoc colligit ſtipulationem. non enim pertinet ad teſtes iudicare, an ſit
4 ſtipulatio vel nõ. nam hoc ad iudicem ſpectat. Et ideo † quando teſtis dicit, per ſtipulationem: iudicat, non teſtificatur: ſed ad iudicandum non eſt adhibitus: ideo nõ valeret eius teſtimo-
e nium [e]. Sed in inſtrumento eſt aliud: qa cùm conficiatur de cõſenſu partium, poteſt notarius illud, quod eſt geſtum, ſcribere per quæcunq; verba, vt ſibi videtur, quæ hoc importent: vt di-
f xi plenè [f] in l. ſciendum. ff. de verb. oblig.

Additio noua.

Si interrogatione. Ex ſtipulatione rectè facta poſſunt vſurę peti, dũ
5 modo aliàs probetur. hoc dicit. Nota quòd † qui ſolennitatem allegat, eã probare debet. Simile in l. quæcunq;. §. fi. ff. de publi. Contra hoc opponitur, & videtur q̃ ſolennitas præſumatur: vt inſti. de fideiuſſo. §. fi. & ff. de verbo. obli. l. ſciendũ.
6 Sol. Dicit gl. Quandoq; † præſumũtur omnia ſolenniter acta, vt in eõtrarijs. Quandoq; non, vt hic. Iſta eſt truffa. Vnde glo. tranſiuit ad aliam ſolutionem, & facit differentiã inter inſtrumenta, & teſtes: vt primo caſu præſumat̃ ſolẽnitas: ſecũdo nõ. Sed cõtra prædictam ſolutionem oppo. de l. in exercendis. §. de fide inſtr. Timore huius, dicit Hugolinus in cõtraria opiniõe q̃ idẽ ſit in teſtibus, & inſtrumẽtis. Et aſsignat rationem per l.

quoties.

quoties.ff.de reb.dub. Hanc opinionem tenet Pet. & Cy. hic,
7 hoc addito † ꝙ hæc sit vera, vbi testes interrogãtur de causa sui dicti, & certam & bonã causam reddant: vt puta, si deponant super stipulatione: & interrogati de causa scientiæ respondeãt se audiuisse interrogationem præcedere, & responsionẽ sequi. Certè domini, ista opinio nõ videtur vera. Nã secundùm hoc nulla esset præsumptio, sed recta probatio. Vnde plus placet opinio Mart. de fano, qui cõcordat vtranq; opinionẽ per hunc modum, quòd aut testis dicit aliquam fuisse stipulationem: & tunc præsumitur solennitas, eo ꝙ verbum stipulatio, ex significatione ipsius, de necessitate includit solẽnitatem, id est interrogationẽ præcedere, & responsionem sequi. Aut testis deponit aliquẽ promisisse [a]: & tũc aut testis est iurisperitus: & sub
a hoc verbo promissio, à tali teste prolata, cõtinetur stipulatio: sicut si proferretur à notario in instrumẽto, propter idẽtitatem rationis: & ita intelligit opi. Io. hic positam. Si verò non est iurisperitus, videtur testis deponere de nuda promissione. Nam verbum promitto, posset adaptari ad stipulationem, & nudam
8 promissionem: vt in l. sciendum. §. dictum. ff. de ædi. edi. † Sed contra prædicta opp. ff. de pact. l. iuris gentium. §. quod fere. solu. In instrumentis præsumitur, vt ś. dixi, probari tamen potest contrarium, vt ibi probatur. Sed tamen contra prædicta opp. de l. quæcunq;. in fi. de publi. Solu. Ibi loquitur de solennitate extrinseca, vt no. per Dy. in l. sciendum. ff. de verbo. obli. Item opp. & videtur ꝙ in instrumentis non præsumatur solennitas: vt ś. de edendo. aut, si quis in aliquo. Solu. Ibi loquitur de solẽnitate, quæ respicit ipsum principale in specie. Sed contra prędicta omnia opp. & videtur ꝙ etiam intrinseca solennitas nullo modo præsumatur: vt insti. de cõtrahen. emptio. §. pretium. Sol. Debetis scire ꝙ est quædam solennitas formalis. quæ dat esse rei: vt puta in stipulatione interrogatio, & respõsio: in emptione & venditione cõsensus: & de hoc ś. dixi. Quædam est solennitas materialis: & de hac loquitur cõtrarium. Vnde pro declaratione horũ, si quæras nunquid solennitas præsumatur. Gl. dicit, aut loquimur de solẽnitate formali, aut materiali. & primo casu aut loquimur de intrinseca, aut de extrinseca. Si de intrinseca; aut de ea, quã significatio verbi includit de necessitate: & ista semper præsumitur. d. l. sciendũ. de verb. obl. & d. §. fi. insti. de fideius. Aut de ea, quam significatio verbi nõ includit: & tũc recurritur ad glo. nostrã, quæ distinguit inter instrumenta & testes. Si verò loquimur de extrinseca; & tunc dic ꝙ hæc non præsumitur; vt l. quæcunq;. §. fi. de publi. Vel dic ꝙ si loquimur in instrumento; aut fuit possibile illam tũc interuenisse in instrumẽto solennitatem; & tũc præsumitur. Ita intelligitur aut. si quis in aliquo. ś. de edẽ. Si verò quærimus de solennitate materiali; dic ꝙ nũquam præsumitur. Ita loquitur d. §. pretiũ. Et est ratio huius: quia solennitas materialis, puta pretium in emptione, nõ est vniformis: ideo nõ præsumitur; sed so
9 lennitas formalis semp est vniformis: ideo præsumitur. † Quę ro, quæ est ratio ꝙ intrinseca præsumitur, extrinseca non, secũdùm distinctionem, quam ś. dixi. Respõdeo: quia solẽnitas extrinseca denotat factum, & ad positionẽ vnius facti, non sequitur aliud: quia non probat hoc esse, & c. l. non hoc C. vnde leg. l. neq; natales. ś. de proba. sed solẽnitas intrinseca denotat ius: & ideo ponendo vnum factum, bene potest sequi cõclusio, ꝙ ibi fuit solennitas iuris, nisi probet abesse: vt in l. ab ea parte. ff. de proba. Ex prædictis potes arguere ad multas qõnes. Primò po
10 ne † ꝙ cõtinetur in instrumẽto, ꝙ Titius vẽdidit tibi fundũ: nõ dicit de pretio aliquid. Põt ne agere ex illo instrumẽto? Certe nõ: quia pretiũ nõ præsumitur, cũ sit solẽnitas materialis, & nõ sit vniformis. Eodẽ modo, si in ꝓtocollo tabellionis reperiret instrumẽtum vẽditionis, nõ faciẽs mẽtionẽ de pretio; illud in
11 strumẽtũ nõ põt publicari. † Itẽ potes arguere ad qõnem vulgarẽ, nũqd testes præsumant rogati. Dic vt not. per Dy. in d. l.
12 sciẽdũ. de ver. ob. & ibi dixi. † Sed quid de notario? Glo. est in aut. de tabellio. §. j. co. iiij. quę determinat ꝙ præsumat rogat[9]:
13 vt inst. de inuti. stip. §. si scriptũ. Sed iuxta prędicta quęro: † pone, notarius rogat[9] scripsit, sed nõ legit instrumẽtũ coram testib. præsumeret ne illud instrumẽtũ. Dico ꝙ nõ: vt l. fideic. §. j. ff. de
14 le. ij. Itẽ potes † arguere ad aliud. Dicit iudex in smia: nos talis viso libello exce. li. cõte. sacramẽto calũnię, talẽ ꝓferim[9] sniam. nec apparet de ꝓcessu, nũqd præsumat processus rectè factus.

Decretistę cõmuniter tenẽt ꝙ nõ: vt in ca. quoniã cõtra falsam. de ꝓbat. Dic vt ibi. & vide Cy. in l. emãcipatiõe. ś. de fide. instr.
15 † Sed iuxta p̃dicta quæro: dicit gl. ꝙ in instrumẽtis pręsumitur solẽnitas, & dicit de publicis. quæro qd de priuatis: nũquid verbũ promissio, cõtinebit stipulationẽ. Tex. cũ glo. videtur dicere ꝙ sic, j. de cõtrahẽ. & cõmit. stipu. l. j. vide qd̃ not. in l. tutor. §. ab Aulo. ff. eo. Iuxta prædicta quæro: qa tex. hic dicit rectè facta: qualiter intelligat rectè facta. Glo. dicit ꝙ debet intelligi, vt innuat vsuras licitas esse deductas in stipulatione, secundũ formam. l. eos. j. eod. Ex hac
16 † gl. habes notare ꝙ verbũ rectè, [b] denotat
b iustitiã: sed ritè, ordinẽ iuris: vt l. ij. ff. de inoffi. testa. sed quæro, quid velit dicere iure optimo. Dic vt in glo. fi. Bar.

LEX II.

c Suras. [c] Emptor, q̃ percipit fructus rei emptæ, tenetur ad vsuras pretij, etiã deposití non legitimè. h. d. Iste vsuræ sunt etiã licitę de iure Canonico: quia magis tanquam interesse petuntur, quã quasi vsura. Ita tenet hic gl. & j. de act. emp. l. curabit. vbi glo. hoc etiam tenet &c.

Additio noua.

1 ☞ *Emptor deponẽdo pretiũ, quãdo teneatur ad usuras.*
2 *Vsuræ an possint peti de iure Canonico per uenditorem, propter pretium non solutum.*

Suras. Emptor, cui res est tradita, pretium non solũes tenetur ad vsuras ex tẽpore traditionis: contra imò videt ꝙ à tẽpore cõtractus: qa ex illo tẽpore põt fructus percipere: vt in l. fructus. de acti. emp. Sol. Dicit gl. & bene, ꝙ vẽditor nõ potest
d opponere hoc emptori, cũ rẽ nõ tradidit, [d] secundũ regulã, quã habetis in l. cũ in fundo. §. j. ff. de iure do. Itẽ opp. dicit hic † ꝙ licet emptor deposuerit pecuniã, ꝙ tenet ad vsuras cõtra imo videt liberatus: vt l. acceptã. j. eo. Gl. dat tres sol. Breuiter illa videt vera, ꝙ hic nõ dr̃ liberatus: qa pretiũ nõ obtulit vẽditori, licet illud deposuerit. dicã ĩ d. l. acceptã. Itẽ pro declaratione huius l. q̃
2 ro, † nunqd vsuræ possint peti isto casu de iure Canonico. Gl. dicit ꝙ sic. Simile in l. curabit j. de ac. emp. & in l. sociũ q in eo. ff. ꝓ socio. & in l. j. ś. de sum. tri. & fide catho.

Et alius casus est, in quo vsuræ sunt licitæ. l. insulã. §. vsuras. ff. sol. mat. & no. in c. salubriter. extra, de vsuris. ꝙ bene no. Bart.

LEX III.

e Vamuis. [e] Vsuræ non debẽtur ciuiliter nisi ex stipulatione: ex pacto nudo debẽtur naturaliter. hoc dicit.

Additio noua.

1 ☞ *Vsuræ quando ex nudo pacto solui possint.*
2 *Pactum nudum incontinenti appositum, quod non pariat actionem.*
3 *Vsuræ in contractibus bonæ fidei ueniunt ex mora: & ideo sine pacto debentur.*
4 *Vsuræ solutæ quando imputentur in sortem.*

Vamuis. Vsuræ ex nudo pacto non possunt peti: & solutæ nõ repetuntur, nec in
1 sortem imputantur hoc dicit. Opponi. † videtur q̃ etiam ex nudo pacto possint peti: vt in l. frumenti. j. eo. Sol. differentia est, vtrũ mutetur pecunia numerata strictè sumpto vocabulo, vt hic: an alia quantitas, vt in cõtrario. Sed contra hanc solu. oppo. & videtur ꝙ etiã ex nudo pacto in pecunia numerata debeãtur vsuræ, vt in l. etiã. ff. eo. Sol. speciale ibi ĩ ciuitate. Itẽ opp. de l. periculi. ff. de nautico fœnore. So. ibi speciale; & rationẽ specialitatis dic vt ibi. Itẽ oppo. & videtur q̃ debeat distingui vtrũ pactũ sit incõtinenti appositũ an nõ

a ¶ Aliquẽ promisisse. Adde, & vide circa hoc eundẽ Bar & docto. in d. l. fciẽdũ. et vltra ibi dicta adde qđ dicit Pau. de Cast. in cõsil. cccxxx. in ij. pte cõsiliorũ antiquorũ Papiæ impressorũ incip. in cã Syluestri. col. iij. vbi ꝙ verbũ, promitto, in teste, importat per stipulationem, quãdo ille, contra quem deponunt, fuit circa alia conuictus de mendacio.

b ¶ Verbũ rectè. Adde de hoc. & dic, vt per eundẽ Bart. in l. lecta. & ibi docto. ff. fl cer. petatur.

c ¶ Vsuras. Adde glo. & Bald. in l. cũ alleg. in pe. col. j. eo. & Cy. in aut. ad hæc j. e. ĩ iij. col. & ibi Bal. j. eo. & ideo isto casu qñ petũtur vt interesse, petunt etiã corã iudice seculari prout quodlibet aliud interesse, secundũ Lapũ alleg. iv. ꝙ ad ea ĉ. no. Par. in l. Titia. solutat. & in l. omni innouatione. de sacro fin. eccle. adde dũ Bal. limitat hic dictũ Innoc. Roma. consi. xcj.

d ¶ Cũ rẽ nõ tradidit. Adde de hoc vt hic p Pau. de Cast. & Sali. & per eũdẽ Pau. in l. curabit. j. de act. emp. et latè qñ emptor ob rẽ nõ traditã, vel vẽditor ob pretiũ nõ solutũ, possit agere ad vsuras: vide latè do. meũ do. Soc in consi. cix. quasi per totũ & latè eũdẽ in suo cõsil. clxxvj. per totum.

P. PAV. P.

e ¶ Quãuis. Istud ꝙ pactũ nudũ vsurarium nõ vestiat coherẽtia cõtract[9] stricti iuris sit similis contractui bonæ fidei: Gl. singu. in l. Titius in verbo, debiti. ff. de ꝓscri. vb. Ro. sing. ccccxlvij. incip. tu habes.

POMATES.

a ¶ Præcedẽtib⁹. Vide iſtã l.in hoc alleg. per Ro.cõſi.clv. & cccxlix.in ij. colũ. vbi dicit etiã per iſtã legem & ſimiles, q̃ ſubſequẽs diſpoſitio ex intellectu, non inducit repetitionẽ eorũ quæ in prima dicta ſunt.

b ¶ In cauſis publicis. Sed aliter intelligit iſtum text. Bart. in l. præſes.ſ.de tranſact.

vt primò poſsint peti vſurę: ſecundò non: vt in l.ĩ bonę fidei.ſ.de pac.l.lecta.ff.ſi cer. pet.l.iuris gẽtiũ.§.quinimo.ff.de pac.Sol. Dicit gloſ.& bene, q̃ ſpeciale eſt in vſuris earum. Dico† q̃ pactum nudũ non pariat 2 actionem,etiã incontinenti appoſitum.& idem in preſentia.hic eſt tex.cum glo.in l. ſeruus ea lege.ff.de ſer.expor. Item oppo. & videtur q̃ etiam ſine pacto poſsint peti vſuræ:vt in l.Publia.in fi.ff.depoſi.& mãdati.l.qui negotia.Sol. †Contraria loquũ 3 tur in cõtractibus bonæ fidei,in quib⁹ veniũt vſuræ ſine pacto ex mora: vnde vſuræ quandoq̃ debentur ex mora propter morã:quandoq̃ ex ſtipulatione propter ſtipulationẽ:quandoq̃ ex ſtipulatione propter morã.De quo dic vt no.in l.lecta.per glo.& doct.ff. ſi certa. 4 peta.Item opp.† & dicitur q̃ vſuræ ſolutæ non imputantur in ſortem.contra de l.in his.§.pe.ff.de ſol.Solu.Quandoq̃ vſuræ ſoluũtur tanquam vſuræ:& hoc exprimitur à debitore ſoluẽte:& loquit lex noſtra.Quandoq̃ ſimpliciter ſoluuntur:& habet locũ lex cõtraria:quia imputantur in ſortẽ.Itẽ opp.j.eo.l.ſi vſuras.Sol.Ibi vſuræ debentur etiã ciuiliter.Vel dic vt ibi no.

PEr retentionem. Hæc eſt bona lex. Pignora poſſunt retineri pro vſuris naturaliter tãtùm debitis.Item quæ dicta ſunt in præcedẽtibus[a],& in ſequẽtibus factis ex interuallo repetita intelliguntur.h.d. Tene menti.Et de hoc vide in l.Titia.§.idem reſpondi.de verbo.oblig.&c.

Additio noua.

1 ☞ *Dicta in præcedentibus,propter odium non cenſentur repetita in ſequentibus:& quando cenſeantur repetita.nume.3.*

2 *Stante ſtatuto quòd contra magnates ad executionem pœnarum poteſtas procedat capiendo perſonaliter,domos diſcooperiendo,uſque ad quartum gradum:quòd tales conſortes non tenentur ad membri mutilationem.*

4 *Clauſula,quando ponitur in medio plũrium capitulorum,trahitur ad omnia, ſi nõ eſt ratio.quòd magis ad unum quam ad aliud.*

PEr retentionem. Pignus poteſt retineri pro vſuris, etiam nudo pacto debitis. Item obligatio pignoris non videtur repetita in ſequenti promiſsione vſurarum.h.d.Primò ponit vnum dictum in genere.Secundò infert ad ſpeciem. 1 ſecunda ibi:ſi enim. Nota† q̃ dicta in præcedentibus, propter odiũ non intelliguntur repetita in ſequentibus.contra hoc oppo.iſte §.pe.inſti.ad leg.Aquil.& l.Titia.§.idẽ reſpõdi.de verbo.obli.& ff.de pac.l.itẽ quia.in fi.glo.dat duas ſolutiones:dic vt in prima.Notabilior ſolutio eſt, q̃ repe.de præcedẽtib⁹ pro- 2 pter odium eſt euitãda. †Et poteſt valere ad quæſtionẽ. pone, ſtatuto cauetur q̃ cõtra magnates ad executionẽ pœnarũ poteſtas teneat procedere perſonaliter capiendo, domos diſcooperiendo: & in defectũ ad membri mutilationem,ſi ſibi videtur: poſtea ſequitur in ſtatuto, q̃ ad ſolutionem pœnarũ dictarum poſſunt cogi conſortes, vſq̃ ad quartũ gradum. nunquid contra conſortes non ſoluentes poſsit procedi ad membri mutilationem? Certè nõ;& repetitio dictæ clauſulæ nõ debet fieri propter odium euitandum,vt nõ conueniatur ex facto alterius.Aliam ſolutionẽ dat glo.ſcilicet q̃ iura contraria loquuntur quando ſequentia ſequuntur incõtinenti;ſecus ſi ex interuallo,vt hic.Item opp.de l.talis ſcriptura.ff.de leg.j. Dic vt ibi ex verbis teſtatoris comprehẽditur teſtatorem habuiſſe reſpectum tam ad præcedentia,quàm ad ſequentia:& ideo habet locum repe.vel quod ibi etiã incontinenti ſequentia fuerunt appoſita.Sed contra primam ſolutionem opp. de l.licet.de leg.j. Sol.Ibi ex coniectura apparet cõtrarium teſtatorem voluiſſe. Item opp.de l.iij.§.item ſi ipſe.ff.ſi cui plus quàm per l.fal.Sol. 3 †Quando ſequentia ſunt per ſe omnino ſeparata à præcedẽtibus; & de præcedentibus ad ſequentia nõ fit repetitio.ſecus ſi nõ eſſent omnino ſeparata.& ita habẽt locum quæ ſ.dixi. Pro quorum declaratione collige vnum verbũ, q̃ quandoq̃ præcedentia & ſequẽtia habẽt ſe vt omnino ſeparata; & nõ fit repetitio,vt modò dixi.& probatur in d.§.itẽ ſi ipſe. Quãdoq̃ non ſunt omnino ſeparata:& tunc aut ſi repetitio fieret, ampliaret odiũ:& tunc aut ſequentia ſunt appoſita ex interuallo,& non fit repetitio,ſecundũ ſecundam ſolutionẽ hic poſitam:ſi incontinenti tunc regulariter repetitio præcedentiũ fit in ſeq.vt d.l. talis ſcriptura.& d.l.itẽ quia.in fi. Fallit vbi repetitio vitiat actum.d.l.Titia.§.itẽ reſpondi.ff.de ver.obli.Fallit vbi apparet voluiſſe teſtatorẽ aliter,vel legiſlatorem.d.l.licet.de leg.j. Sed contra prædicta oppo.de l.qui concubinam. §. cùm in teſtamẽto.ff.de leg.iij.Solu.Quandoq̃ quæritur,nunquid præcedẽtia intelligantur repetita in ſequentibus: & habent locum ſuprà dicta.Quandoq̃ quæritur vtrum ſequentia trahantur ad præcedentia:& tunc aut præcedẽtia poſſunt valere ſine repetitione ſequentium:& tunc non fit repetitio.Ita loquitur l. qui cõcubinam.§.cùm in teſtamento.ff.de lega.iij. Vel poſſes dicere 4 †quòd vbi clauſula ponitur in medio inter plura capitula: & tunc trahitur ad omnia, ſi non eſt ratio quare trahatur ad vnũ magis quã ad aliud.ar.l.& ſi pepercerit.§.ante hęredis.ff.de li. & poſthu.& arg.l.j.de libe. præte. Si verò clauſula apponatur in fi.ſi poteſt referri ad omnia ſine repugnantia,ad omnia refertur.aliàs ad proxima tantùm:vt in l.ſi idẽ cũ eo.ff. de iuriſ.omn. iudic.in fine.Dic vt ibi per Iaco.But. Oppo.j.etiam ob chirographariam pe.l.j.Solue vt in glo.

1 ☞ *Adminiſtrator ciuitatis,quòd expreſsè non poſsit remittere uſuras:ſed tacitè ſic, recipiendo minores.*

2 *Adminiſtrator ciuitatis quando poſsit præiudicare ciuitati.*

Conſilium ciuitatis quòd habeat illam poteſtatem,quam habet totus populus.

3 *Conſilium ciuitatis æquiparatur ordini decurionum.*

4 *Poteſtas uel Capitaneus ciuitatis quam poteſtatem habeant,*

ADuerſus. Ex perceptione minorum vſurarum, inducitur tacitum pactum de non petendis maioribus, etiam in cauſis publicis[b]. hoc dicit.Nota ex hac l.cum glo.Primò,quod dixi in ſum- 1 mario. Secundò, † q̃ licet adminiſtratores ciuitatis nõ poſsint facere expreſsè pactum de non petendis vſuris:tamen hoc poſſunt facere recipiendo tacitè minores,&c.

Additio noua.

ADuerſus. Creditor minores vſuras recipiendo, quàm quæ fuerunt promiſſæ, præiudicat ſibi.quod eſt verum,etiam in adminiſtratore ciuitatis creditore.hoc dicit.& idem in l.quãuis.j.eod. Opp.& videtur q̃ ſicut debitor ſoluendo maiores,ſibi nõ præiudicat:ita creditor recipiendo minores ſibi non videtur præiudicare:vt in l.creditor.§.fi.de ſolu.Dicit gloſ.alia eſt ratio in debitore,fauore liberationis:vt l. Arrianus.de actio. & oblig. Item oppo.contra ſecundum dictum:& videtur q̃ adminiſtrator ciuitatis non poſsit præiudicare ciuitati minus recipiẽdo: vt l.Imperatores.ff.de pact.Gloſ.dat quatuor, ſeu quinq̃ ſolutiones.Doc.cõmuniter approbant primã,quæ probatur per §. ſi verò liberi.in auẽ.vt cùm de app.cog. col.viij. Nam idem eſt in adminiſtratore eccleſiæ:vt ibi patet.Item opp.de l.præſes.ſ. de tranſact.Solue vt ſ.proxi. Item opp.& videtur q̃ nullo modo adminiſtrator poſsit præiudicare ciuitati: vt in l. prohibere.§.planè.ff.quod vi aut clam. Vos debetis ſcire † q̃ ciuitates 2 cõmuniter habẽt plures adminiſtratores,quãdoq̃ habẽt ancianos,vel priores:& tunc quã balliam habeãt iſti:& nunquid facti eorũ præiudicet ciuitati? Dic vt in l.itẽ magiſtri.ff.de pact. & quod no.in l.aliud.§.refertur.ff.de regu.iur. Quãdoq̃ ciuitas habet cõſilia:& tunc q̃ conſiliũ habet illam balliã,quã habet totus populus:quia eius vice conſiliũ repreſentat:vt no.in rub.j.quæ ſit lon.cõſ.in medio magnæ gl.Et aduertatis,† quia 3 conſiliũ ciuitatis æquiparatur ordini decurionũ & conſiliarij decurionibus:vt no.in rub.de decu.lib.x.& quod no.in l.nulli.ff.quod cuiuſq̃ vni.no. Quã autem balliã habeat ordo decurionũ:dic vt no.j.de decr.decu.in rubri.lib.x.Quãdoq̃ ciuitas habet† Poteſtatẽ vel Capitaneũ; & tunc quã poteſtatẽ habeãt 4 iſti:dic vt in d.l.prohibere.§. planè. quod vi aut clam. & de his adminiſtratoribus loquitur contrarium. Item opp.& videtur q̃ lex iſta ſit ſuperflua.per l.quamuis.j.eo.Dic vt ibi not.Bart.

SIcreditrici. A tempore obſignationis,& depoſitionis non currunt vſuræ.h.d.

Additio.

1 ☞ *Depoſitum,quando impediat curſum uſurarum.*

2 *Offerens,conſignans,& deponens,an liberetur ipſo iure.*

SIcreditrici. Oblatio,conſignatio, & depoſitio rectè factæ impediũt curſum vſurarum† etiã quę ceperunt currere.h.d.Opp.dicit hic, q̃ ſi 1 obtuli-

obtulit pecuniã,non currunt vsuræ.contra.j.e.l.acceptũ. in fi. Sol.Dicit gl.quandoq; quis offert debitum,& deponit, & depositũ durat:& loquitur hæc lex.Quãdoq; debitor recipit debitum depositum:& tunc tale depositum nihil releuat. Item opp.de l.si per te.j.e.Dic vt ibi no.& videbitis j.e.l.acceptam.

2 Pro declaratione legis quęritur† vtrum offerens,consignans, & deponens,liberetur ipso iure? Gl.tenet quòd liberatur ipso iure.Dicam in l.acceptam.j.eo.Bar.

CReditor. Ex diuturna præstatione non inducitur vsurarum obligatio.h.d.

Additio.

1 ☞ *Diuturna solutio,& longum tempus,quando inducat ius.*

2 *Præsumptio l.cum de in rem uerso.ff.de usur.an habeat locum,quando debitor soluit pro pluribus annis.*

CReditor. Diuturna solutio nõ inducit obligationem.h.d.Opp.de l.cum de in rem verso.ff.e.Sol.Ibi assignabatur causa sufficiẽs, licet non ꝓbaretur:quia allegabatur promissio: hic sola longa præstatio.Item opp.de l.j.j.de fideic.Solue vt in glo.Itẽ opp.de l.cum fidem.s.de non nu.pecu.Solu.Ibi erat debitum quod soluebatur:licet non obstaret exceptio.Item opp.& vi-

3 detur,† ꝙ diuturna solutio,& longũ tempus inducat ius: vt l. si quis diuturno.ff.si ser.ven.Sol.Ibi loquitur in iure ciuili,sci licet ſeruitutis,quæ seruitus tempore acquiritur.& vtrũ cum titulo vel sine:dic vt ꝙ Dy.in c.malæ fidei pos.de reg.iur.in vj. no.per doct.in l.j.s.de ser.& aqua.hic loquit in iure personali, puta in obligatione,quæ solo tẽpore non quæritur: quia tempus nõ est modus.&c.vt l.obligationũ ferè.§.placet.ff.de act.

2 & obli.Quæro:† vos vidistis hic,ꝙ longa præstatio simul cum causa,licet causa non ꝓbetur,facit præsumi obligationẽ.quid si debitor præstitit vno anno pro pluribus annis, habetne locum hæc præsumptio? Docto.communiter dicunt quod non. Nã vbi fit sæpius solutio,vt puta singulis annis est maior præsumptio contra debitorem soluentem: quasi potuerit melius deliberare,quàm quando soluit vna vice: vt s.ad Velleia.l.si mulier.Bar.

QVamuis. Ista lex idem dicit, quod lex aduersus. s.eo.ti.

SI per te. Sola oblatio impedit cursum vsurarum, quæ currere non inceperunt.h.d.

Additio.

1 ☞ *Vsuræ,quòd non currant,si non reperitur cui soluatur capitale.idem in pœna.*

SI per te. Sola oblatio impedit cursum vsurarũ, quæ nondũ cœperunt currere.h.d.Opp.& videtur quod etiam impediatur cursus vsurarum cœptarum:vt in l.si creditrici.s.eo.& l.acceptã. j.e.Solue vt in gl.& nota eam.Quæro:pone quod debeo dare decem creditori:vel aliquid aliud sub pœna;creditor moritur: non remanent hæredes:nunquid cõmittatur pœna,& currant

1 vsuræ:cùm † non reperiatur aliquis cui soluatur.Dic vt in glo. & nota.Item aduerte quod illud,quod dicitur hic in vsura, idẽ in pœna:vt l.qui sine vsuris.ff.de nego.gest.& hic in glo.super verbo,maioris.& facit l.ad diem.sub pœna pecunia promissa. ff.de ver.ob.& l.fi.ff.de nau.fœno. Bar.

MVsuræ. Quod dicitur,vsuras nõ debere excedere duplum,intelligitur de vsuris vnius anni.

Additio.

CRumenti. Quæro qd cõtinetur appellatione frumẽti? Dic vt in l.frugẽ.ff.de verb.sig.Opp.de l.quãuis.s.e.Sol.hic speciale.Itẽ opp.de l. iuris gentium.§.quinimo.ff.de pact.Dic vt in glo.ex qua nota quod duo specialia cõcurrunt,circa idem, cõtrarium no.in l.j.de do.promis.C.Ad hoc cõtrarium potest responderi, quod per ea.quæ gl.no.hic,ꝙ hic detur condictio ex lege. Vel fortè melius:quia habet locum condictio triticaria,quæ est generalis:vt ff.de tritic.l.j.in fi.Bar.

Additio.

CXprædijs. Fructus percepti à creditore,post oblationem extenuant debitum, hoc dicit. Opponit.& videtur quod per oblationem, & depositionem sit liberatus ipso iure:& nõ sit necessaria exoneratio debiti:vt nota.de j. si creditrici.& j.e.l.acceptam.Dic vt in gl. & tene secundam solutionem.

CIN bonæ fidei. Post latã sententiam de sorte,nõ potest agi per se de vsuris officio iudicis debitis.n.d.

Additio.

1 ☞ *Vsuræ quòd ueniant in actione ex testamento.*

2 *Actio ex testamento,licet sit stricti iuris:tamen sapit naturam bonæ fidei.*

CIN bonæ fidei. In bonę fidei a iudicijs veniũt vsuræ ex mora. Itẽ lata sententia,iudicis officiũ circa vsuras expirat.h.d. Opp.& videt ꝙ etiam in stricti iuris iudicijs veniant vsu-

1 ræ ex mora.Certum est enim † ꝙ actio ex testamẽto est stricti iuris,vel aliàs incerta: vt l.in actionibus.ff.de in li.iurã. Vnde opp.de l.ij.& quasi per totũ.j.de vsur.rei iudi.& l.fi.vbi veniunt vsuræ ex mora. Sol.

2 quamuis † sit stricti iuris:tamen sapit naturam bonæ fidei:vt in l.si seruus legatus.§. cum quid aliàs, quod tamen.ff.de leg.j.& ideo est idẽ quod in bonæ fidei.arg.l.in minorum.s.quib.cau.in inte.reiti.non est necs.Item opp.de l.j.s.de iud.Dic vt ibi per gl.& doct.& de materia huius l.dic vt in l. iij.depositi.& ibi dicetur.

CIn ea pactione. Si habitatio loco vsurarum conceditur, nõ inspicitur quantum res locari potuerit nisi per creditorem locata fuerit.h.d.

1 ☞ *Habitatio si cedatur creditori loco usurarum,non dicitur usura illicita: licet habitatio posit ualere plus quam usura legitima.*

2 *Reditus uineæ annuus,an licitè retineatur,licet plus ualeat,quam sibi constiterit.*

CIN ea pactione. Non dicitur illicita † vsura,si creditori cedatur habitatio loco vsurarum:quantuncunque habi-

1 tationis præstatio posset valere plus quàm ascendat vsura legitima.h.d.Hæc lex inducitur † in argu.vtrum aliquis licitè, & cum bona conscięntia possit pro vita sua tenere vnum reditum vnius vineæ:quantuncunque reditus valeat plus quàm ille sibi constiterit,potest argui ex hac lege quòd sit licitum.

2 CVm allegas. [a] Quãdo pœna adiecta solutioni quantitatis,non põt legitimũ modũ vsurarũ excedere.h.d. De hoc habes in l.Iulianus.§.idem Papinianus respondit.ff.de act.emp. Et vide hoc de vsuris.c.conquestus.& de iureiu.c.debitores.& dicam tibi anno sequenti in l.rogasti.ff.si cer.pe.&c.

Additio.

1 ☞ *Pœna adiecta facto,quando uideatur adiecta in fraudem usurarum.*

2 *Factum,quòd non possit apponi solutioni per modum pœnæ.*

3 *Pœna adiecta solutioni quantitatis,quando uideatur adiecta in fraudem usurarum.*

4 *Interesse qualiter hic consideretur.*

5 *Cautela aliqua,an inducatur,uel induci possit,contra præsumptionem huius legis.*

6 *Stante statuto,quòd si debitor,qui mutuum recepit,non restituat quantitatem mutuatam annum,teneatur restituere,& duplum,quòd illud duplum non possit exigi.*

7 *Argumentum de pacto ad statutum,quòd ualeat.*

CVm allegas. Pœna adiecta solutioni quantitatis,videt esse adiecta in fraudẽ vsurarum:& non potest legitimum modum excedere.h.d. Opp.de l.qui semisses.§.fi.ff.eo.Sol.Dicũt quidam ꝙ hæc lex disting uitur per illam.Ista sol.videt cõtra tex.huius legis,quæ distinguitur per illam.Ista sol.videt cõtra tex.huius legis,quæ loquitur indistinctè:vnde glo.secundùm Ioan.intelligit hanc loquitur indistinctè:vnde glo.secundùm Ioan.intelligit hanc legem,siue creditor fuerit solitus fœnerari,siue nõ. Nõ obstat legem,siue creditor fuerit solitus fœnerari,siue nõ. Nõ obstat cõtrariũ;qa loquitur in vsuris,quæ ꝓpter negligentiã petũtur cõtrariũ;qa loquitur in vsuris,quæ ꝓpter negligentiã petũtur

A

[a] Cum allegas. Vide Bal.in l.qui stipulatio ista.§.alteri.ff.de verb.obli.& quod dicit Bart.in l.cũ filius stipulatorem.ff.& ꝙ no. Canon.in c.illo vos. de pigno.& in ca. ad audientiã.de emptio. & vẽ.& ꝙ dixi post Bar.in l.cũ oportuit.de condi.& demonstra. & ad istã gl cum hic no.vide Angel.in q. sua, Astẽsis miles.an valeat cõpositio cũ diœcesano originis.

☙ P. PAV. P.

CCũ allegas. Vide circa hãc legẽ et ꝙ nõ habeat locũ in pœna apposita in trãsactione casu quo nõ tenent promissa.C.de con.l. clxxix.ancꝙ ien.facta fuit quædã tractatio. in ij.col.i pri.Itẽ in mate. teri,vide Bal.in Aut.in §.cõea põ.vbi clare ta lattum. de a. con. Alexãder adducit l. singulatio ff.de § teri in iij.& v.col.ff. de verb.obli.Et quid de pœna apposita in laudo seu sententia casu quo intra certũ tps vna pars no daret alteri,vide Bart.in l.v. §. fin.in n.col.& ibide verb.obligo.Et vide quæ dicit Socin.in l. iiij.§.Cato.i vj.chartã in j.col.dicit certam esse an petatur pœna quæ a condẽnato non soluitur licet consueuerit in laudo taxari pœna cõuentionis petẽs fieri exigi.Item dicit ibi Bart.vide Barbat.l.tẽ cõs.xlv.volu.iij. vbi etiã qd in foro cõtentioso, qñ est adiecta quantitati vel facto.

a ¶ Sed quæro. De veritate huius cautelæ, vide latè per eundem Bar. & ibi Alex. in apoſti. in d. l. cũ ſeruus. ff. de condi. & demon. & adde aliã cautelã. qua mediante, pœna adiecta quãtitati poteſt peti, & non cenſetur adiecta in fraudẽ vſurarũ, videlicet vt adijciatur ſors in perſonam tertij, & pœna appoſita in perſona propria: vt puta, promittis dare Titio, x. hinc ad Paſcha: & ſi non dederis, ꝓmittis mihi. xx. nomine pœnæ. Ita probat tex. iũctis not. ibi per eundẽ Bart. in l. qui res. §. qui ſtipulatur. ff. de ſolu. & ibi ſequitur Ang. & ſequitur. Io. de Imol. & Raph. in d. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verbo. oblig. & no. in d. l. ſed & ſi quis. §. fi. ff. ſi qs cau. licet Bart. hic contra. ſed primã tenet Iaſ. Inſtit. de act. §. omnes col. vij.

✱ Deutero. xxiij. a Matthei. xix. a.

b ¶ Hoc tñ eſt verum Adde eũdem Bart. in d. §. ſanè. & latè in l. in criminali. j. de iuriſdi. om. iudic. Et adde ꝙ qñ lex vtitur verbo præteriti temporis, veniret ad interpretationem legis veteris, q̃ ſimilẽ pœnã imponeret, ſed nõ ipſo iure: tũc tale verbum modificaretur à lege veteri: & ſic non imponeretur ipſo iure. Ita Aret. in ca. nullus. col. j. de foro compe. ꝙ dicit perpetuò notandũ. Ex quo habes aliã limitationẽ ad Bart. hic, & in d. §. œconomus. aliàs, ſanè. Et adde ꝓ quæ verba imponatur pœna ipſo iure, ꝓ eũdẽ Aret. in c. ſi diligẽti. col. iij. de foro compe. & per Barb. in conſi. xij. col. x. in j. vol.

2 *Legatum factum filijs spurijs, per quos reuocetur.*
3 *Dispositio huius legis, q habeat locum in quocũq; spurio.*

LEX I.

SEnatores. Viri dignitate positi, si ex vilissimis mulieribus filios legitimos habere voluerint, sunt infames: & quod eis vel eorum alteri titulo
2 donationis [a], vel emptionis tradiderunt, per personas legitimas tractatur: quibus cessantibus venit fiscus. quæ res per eorum quæstores poterit indagari. hoc dicit. Diuide in duas partes principales. Primò punit personas. Secundò dat remedium fraudes. Secunda ibi, ipsas etiam. Item prima subdiuidit in tres: quia primò punit patrem. Secũdò filios. Tertiò vxorẽ. Secũda ibi: ita vt quicquid. Tertia ibi sed si vxori. Itẽ secunda subdiuiditur in alias tres: quia primò dat remediũ contra occultantẽ res. Secundò contra fraudẽ adhibitam in contractu. Tertiò cõtra negligẽtiã personarũ. Secũda ibi: siue itaque. Tertia ibi: q si existant. Per istam legem in versic. siue itaq̃ [b] per ipsum, & c. † do. Iac. de Bel. in quadam disputatione reprehendit glo. quæ est in l. qui testamentum. ff. de proba. quę videtur permittere patri vendere filio spurio. hic videtur text. in contrarium. Item per hoc quod dicit, eo ipso q res patris reperitur apud istum filium spuriũ, præsumitur ista emptio facta in fraudẽ, et per interpositam personã. Facit ad hoc. j. e. l. iij. vers. & quod de subeunda. Item nota ex fi. [c] huius l. † q qñ relinquit filijs spurijs, admittunt ad revocandũ [d] certæ personæ hac lege nominatæ: quibus cessantibus venit fiscus: vt hic dr. † Et licet hæc lex loquat̃ ꝓpriè in filijs spurijs natis ab hominib⁹ positis in dignitate: tñ Azo i summa huius ti. & gl. in l. hæreditas. j. de his q. vt indig. intelligit hãc l. etiã i quolibet spurio. Quã opi. nõ sequor: imò indistinctè dico, q illud qđ palã relinquit spurio, ad hæredes scriptos reuertit: vt l. Lucius. §. in testamento. de leg. j. circa fi. titu. Et istam materiam de spurijs, plenè examinaui. ff. de his qui. vt indig. l. fin. & l. hæreditas. j. eo. ti. & c.

LEX II.

MAtre. [e] Si pater naturalis, habet matrem, & legitimos liberos: naturalibus vt indignis, & eorum matri, vsq; ad vnciam relinquat, vel matri semiunciã: & qđ vltra relinquit, prędictis legitimis reseruatur. h. d. Hic habes aut. nunc soli. & c.

e

Natus in uilla, uel uico, sortitur originem ex illa ciuitate, cui uilla uel uicus subest.
2 *Patria. & ciuitas idem important.*
3 *Repudiatio præsumitur fraudulenta, quando bona postea reperiuntur penes incapacem.*

LEX III.

ISi quis. Si pater suos naturales curiæ ꝓpriæ ciuitatis tradiderit: vel si sit nat⁹ ex Regijs vrbibus alicui ciuitati, q̃ prouinciæ caput obtineat: põt eos in solidũ instituere: qui dictã cõditionẽ nõ poterat recusare, si bona paterna reperti fuerit possidere: idẽ si naturalẽ filiam curiali tra-
1 diderit. h. d. No. † q qui oriũt ex villa [f], vel
f vico sortit̃ originẽ ex illa ciuitate, cui villa, vel vicus ille subest: vt in glo. de epis. & cle. l. nulli. §. qđ si in vico. ff. ad muni. l. qui
2 ex vico. Secundò nota † q patria, & ciuitas idẽ important, ibi: qđ si alterutrã regalium ciuitatũ patriã, & c. Ad quod facit ff. de le. ij. l. vxorẽ. §. legauerat. & dixi plenè in l. ij.
3 de ver. sig. Tertiò nota † q præsumitur repudiatio fraudulẽta ex hoc: qa bona repudiata postea quis incapax repertus est possidere: de hoc in l. j. & ij. infrà de repu. hær. & ibi per Cy. & ff. de acquí. hçre. l. si is qui bonis. Facit ad illud quod dixi ĩ lege post cõtractum. de dona. Vltimò gl. signat hic quædam argu. contraria, & nõ soluit, vide eam ibi, arg. contra. de ope. publ. l. fin. Sol. Quando vtrunque potest pariter fieri est laudabilius fouere antiquos, vt ibi: sed si vnũ tantũ põt facere, laudatur vnum sicut aliud; vt hic. Sequit̃ in gl. arg. cõtra. de decur. l. nullus. sed hic per se mulier non põt seruire curię. sufficit ergo q nubat curiali.

QVoniã. Naturalis curiæ deputat⁹, si onus agnoscit, bona patris repudiare nõ põt. h. d.

IIui Constantini. Cùm lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat, & ex hoc sumitur exemplum ff. de leg. l. cum lex, & c.

IVbemus. Hac lege pmittit̃ naturalib⁹, quolibet titulo dari, & reliqui: & possunt per sequẽs matrimonium, & per adoptionem legitimari. h. d.

LEgem. Per hanc l. declarat̃ qđ præcedẽs lex nõ habet locũ in natis ex coitu reprobato: & habet effectum vsq; ad diem præsentis, s. ab hinc in antea nõ licet naturales legitimari per adoptionem, vel arrogationem. h. d.

IVmanitatis. Naturales matres legitimis liberis non extantibus ex voluntate expressa, iuter viuos vel vltima voluntate, vsque ad sex vncias succedere possunt ab intestato in nihilo.

g IIcet patri. [g] Ista aut. hodie continet qd iuris hodie disponatur in relinquẽdo filijs naturalib⁹. Not.

Pau. consi. ccxxvij. in ij. columna. Item de materia vide Bart consi. ccv. & sequen. Vide Abb. in consilio ccv. in ij. volumine. Nunquid autem pater possit donare filio naturali: vide consi. xlij. & consi. xcviij. Item quòd pater naturalis non teneatur dotare filiam, vide Bald. in capitu. j. §. donare. qual. olim feud. pot. alien. Item quòd spurij non possint præscribere, vide Bal. in c. naturalis. an vltri. col. fi de feu

do fuer: controuer. Et ibi etiam q̃ lex duodecim tabularum nihil diſponit circa naturalem vel ſpurium, vide Alexandr. conſilio cccxlj. ad fi. Nunquid autem ſpurius dicatur indignus vel incapax, vide Barto. in l. j. C. de debito. lib. x. Qui autem dicantur ſpurij, vide ē. in rub. iſtius titu. ad Bar. Item nunquid pater naturalis ita ſuccedit filio naturali ſicut econtrario, vide in Bertach. in verſicu. pater naturalis.

Itē q̃ nō poſsit relinqui filio ſpurio, niſi alig doro alimētis. & quaſdam cōiecturas ad interpretādum & cognoſcēdū fuiſſe inſtitutū, accōmodatā fidē tacitā de reſtituē do ſpurio cui non potuit relinqui fiſco, an veniētib⁹ ab inteſtato. & de cautelis ad faciēdū q̃ non applicent aliis, vide Iaſ. in l. j. ad finē C. de hære dib⁹. inſti. An aūt valeat ſtatutū quod petit ſpurios, vide Aret. in l. iij. ff. de teſta. poſt Bar. & alios. An autē poſsit relinqui ſpurio ſub cōditione ſi legitimabit, vide Aret in l. ſi filius fami. ff. de teſta. Itē qūo poſsit relinqui ſpurijs, vide omnino ad Bar. in l. ff. ff. de his q̃b. vt indig.

a ¶ Cōmunium. Vide Bal. hic, & quæ dixi poſt cū. & Bald. in l. cum adoptiuis. C. de adoptio.

b ¶ Ea verò. Et de hac legitimatione vide q̃ dixi j l. proxi. Et quaſ liter hæc legitimatio fiat, vide Angel. in §. fi. in aut. quib. mo. na. effi. ſui. & ibi ponit omnes modos legitimandi. & oēs modi no. per gl. in c. p tuas. q̃ filij ſint legi. Alexā.

c ¶ Cūm quis. Limita ſingulr niſi deſponſatio fieret in articulo mortis: quia videret facta in fraudem aliorū, et nō valeret, vide Fel. in c. in præſentia. in xv. col. extra de p̃b. ubi alle. Angel. in aut. ſeq. vide Alex. in l. ij qs poſthumos. in prin. ff. de li. & poſth. vt hic in apoſtil.

d ¶ Legitimantur. An & qū p ſequens matrimoniū ſit legitimatio requiranē inſtrumenta dotalia, vide etiam q̃ hic dixi poſt Bal. & not. q̃ ita ſpurius legitimat̃ per ingreſſū monaſterij, ſicut p oblationē curię dictū eſt Bal. ſing. in l. j. C. de ſacroſanctis eccleſ. Adde q̃ Bald. cōſi. cccxxxj. lib. vide tur tenere q̃ non requrātur dotalia inſtrumenta per c. tanta. & Ang. conſi. xxviij.

e ¶ Nup legē. Et vide hic Cy. an exiſtens in articulo mortis poſſit contrahere matrimoniū & tenet q̃ ſic quo ad legitimādum filios: ſi autem filios non haberet, non teneret matrimonium. Pro quo videtur tex. in l. Iulianus. Alexan. Adde Ang. conſi. alle. Bal. conſi. ccxxviij iij lib.

¶ Et adde Bald. in capi. naturales. ſi de feu. fue. contro. vbi dicit quòd ſi quis accepit concubinam in vxorem in articulo mortis ſciens ſe euadere non poſſe. tenet matrimonium. Nam hic eſt bonum prolis ex eo; quia legitimatur: qui legitimatus habetur loco poſthumi, vt in regula ſine culpa. in mercū. in vj. Adde Bartol. & Imol. in l. cum tale. §. Mœuius. de condict. & demonſtra. per Bald. & Imol. in l. ſi quis poſthumos. in fin. princi. de lib. & poſthu. & Bal. in rubr. C. de priui. do. in ij. col. in ver. conſueuit quæri: de fideic. Imo. in l. Gallus. in prin. in vlt. col. de lib. & poſthu. per Io. and. in c. in tanta. qui fi. ſint legiti.

Hunc tex. ibi: hi ergo & parentibus parem præſtant pietatem, &c. q̃ ſicut ipſe pater tenetur alere filium, ita filius patrem: vt dicit hic Azo in ſumma. & in authen. vnde hæc ſumitur &c.

a COmmunium. Filio legitimato per oblationem curiæ ſuccedūt liberi eius ſalua quarta p̃portiōe curiæ. Si verò facti curiales, & nati poſt oblationē, oīno curiales ſunt. h. d.

Si verò. Oblatus curiæ ſi ſine liberis deceſſerit, ſuccedit mater ſua in tertia, in reliqua curia, matre nō ſubſiſtēte curia in paternis: in reliquo cognati ſuccedunt. Sed ſi cognatus curiæ ſe offerat omnia paterna occupat, vel ad ea matrē facit admitti. hoc dicit.

b Ea verò. b Huius legis ſtatuta habēt locum in his qui poſt hanc legem deceſſerunt.

Et quoniam. Etiam exiſtentibus legitimis, pōt quis naturalem curiæ deputare: dummodo nō ampli⁹ ei, quā vni legitimo relinquat. h. d.

c VMquis. c Per ſequēs matrimonium cum concubina factum naturales legitimātur d: & poſtea cum legitimè natis pariter admittuntur. hoc dicit. Tene menti q̃ ad hoc vt nati ex concubina per ſequens matrimonium legitimētur, videtur velle iſta lex q̃ requirant̃ inſtrumenta dotalia aliàs bene teneret matrimonium, ſed non fieret legitimatio liberorum. Ita tenet gl. Inſtit. de nup. §. fi. Cano. dicunt cōtrarium quod dotalia inſtrumenta non exigūtur, ſed ſufficit quòd matrimonium contrahatur, vt extra qui filij ſint legi. capitulo tanta.

e NVper legē. c Per ſequēs matrimoniū liberi nati ex cōcubīa legitimātur: etiā ſi alij poſtea procreent̃. & tp̃s natiuitatis. vel cōceptiōis inſpicit̃: p ut filio vtilius repit̃. h. d. iſta bōa lex. Alex.

f SI quis liberos. f Hanc aut. allegaui tibi in l. Gallus. §. forſitan. ff. de lib. & poſth. Nūq̃d legitimatio poſsit fieri per procuratorem, hic vide caſus q̃ ſic. quod no. perpetuò.

g ¶ Item ſi quis ſine. g

g TEm ſi quis ſine. Not. hunc modū legitimādi idē ſi ſint legitimi, vt tenet Iaco. de bel. in cor. vnde ſumit̃. Tu dic contrariū q̃ h legitimatio exiſtētibus legitimis h non p̃deſt niſi duobus caſibus. ſ. quando fit per oblationem curiæ, & per matrimoniū, vt in authen. quibus modis natura. effi. ſui. §. generaliter aliàs regulariter.

i VIdā. i Appellatio filij ſub certa q̃litate non porrigitur ad nepotes, in quib⁹ illa qualitas non reperitur. h. d. Gl. format vnā q. & vide eā. & vide reſpōſionem in fi. do. Rof. diſputauit hanc q. & tenuit cōtra. Spe. ponit in ti. de ſuc. ab inteſ. Ego determinaui iſtā q. ſecūdum determinationē gl. in l. Gallus. §. quid ſi is. de libe. & poſth. & fui anno in caſtro Gualdi. &c.

g ¶ Item ſi quis ſine. Circa materiā huius aut. vide de oino Bar. in xj. qō. incip. habens filiū naturalē. Itē q̃ non procedat in matre, tenet Ange. hic Cremo. ſingu. clxij. Item de intellectu huius aut. vide Ang. in l. ſæpe. in xxj. colū. aliàs xv. ff. de reiu. vide oīno Mod. in l. neq̃ profeſsio. C. de teſta. latè Pau. de Ca. in conſil. lxxxv. vide Ange. conſi. xvij. inci. Comes Brandufius. circa fin. vide latè Cepo. cautela clxx. vide Iaſ. latiſsimè duobus modis in l. tale pactū. §. fi. in iij. colum. ff. de pact. & de canonico nō pōt locum habere hæc aut. ſecūdū Bart. in dicto conſil. cxvij. ad finem.

¶ POMATES. g

¶ Itē ſi quis ſine. Ad iſtam aut. vide Bald. in l. ij. colū. ij. verſi. nono. opp. in quib⁹ res. Vide Inno. in c. innotuit. de elect. & quæ requirātur ad hoc vt p̃cedat diſpoſitio huius authē. vide domi. Franciſ. Cur. in l. neq̃ profeſsio. j. de teſta. & vide Alexand. conſil. pe. col. j. vo. v. & Bar. conſi. lxx. & Alexan. conſi. xciiij. col. iij. volumi. j.

¶ Legitimis. Vide Bal. in auth. præterea ē. eo.

¶ Cuidā. Iſta lex hodie manet incorrecta vt in auth. q̃ h. mo. na. effi. ſui §. de nepotib. vide tamen ibi gl. & Dy. in trac. de ſucceſ. ab inteſtato. & plenius per Matheſi. in ſuo tracta. de ſucc. ab inteſtato.

¶ P. P A V. P. g

¶ Cuidā. De materia huiꝰ ſingularis legis, vide latè Alex. conſi. cccxlj. vbi etiā ponit q̃d in nepote & filio deportato & hæretico & ibi etiā dicit q̃ frater ſpurius poteſt ſuccedere fratri etiam

De teſtamentaria tutela. Rubri.

1 ☞ *Actio protutelæ quod concurrat cum actione negotiorum geſtorum utili.*
2 *Tutela eſt quadruplex.*
3 *An una tutela poſsit cum alia concurrere, & cum qua.*
4 *Ratio quare tutela teſtamentaria concurrit cum datiua, & non cum legitima.*
5 *Si aliquis ex tutoribus teſtamentarijs, uel legitimis remouetur, an ſit locus datiuo, uel ſequenti legitimo.*
6 *Quando eccleſia uacat in curia, Papa confert, & nō Epiſcopus.*
7 *Tutor ſub cōditiōe quare detur à teſtatore. et nō à iudice.*
8 *Exiſtentia ſui hæredis confirmat teſtamentum, quantum ad dationem tutelæ.*

LEX I.

VEm dicis. Breuiter dicit. Tutor nō legitimè datꝰ, ſi nō adminiſtrat nō tenet: ſi verò adminiſtrat tenetur actione nego. geſt. h. d. Habetis hic duas gl. Vna eſt gl. antiqua ſup ver. ſpōte quæ īcipit ſciēs ſe nō teneri. Alia eſt gl. noua ſup prin. l. quæ inci. pōt quæri hic iſtę gl. dicūt multa, & intro gl. antiquā. Et op. & vī† q̃ teneat̃ gerēs actione p̃tutelæ, vt ff. de eo q̃ pro tu. l. j. §. deinde aliàs pe. dicit gl. hic ſciebat ſe nō teneri ſibi putabat ſe tutorē. Alij vt Cy. dicūt q̃ actio p̃tutelę cōcurrit cum vtili neg. ge. quā opi. tenent Mod. licet gl. hic dicat cōtra. p l. de pecori. §. ad l. Aq. & l. ſi cū exce. §. eū. ff. q̃ met. cā. l. q̃ bōa. §. ſi qs opꝰ. de dā. infe. Quæro quotuplex eſt tutela. dicit gl. † q̃ triplex & ita p̃ ordinē hic ponūtur tituli. Poſſes addere tutelā anomalā, de qua videbitis ī aut. mīi & auiæ. j. qī muli. † Quęro vtrū tutela vna i poſsit cū alia concurrere? Dicit gl. q̃ teſtamētaria & datiua poſſunt ſimul concurrere, legitima nunq̃ cū teſtamētaria, neq̃ legitia cū datiua. Et vide gl. certè imò qñq̃ legitima pōt cōcurrere cū datiua eadē ratione

h ¶ Actio protutelæ. h

ex diſpoſitione patris. Et ibi etiam ad finem ponit quod tales naturales & ſpurij non poſsint præſcribere. Nunquid autem iſta lex dicens nepotem legitimum ex filio naturali poſſe inſtitui, habeat locum in nepote ex filio ſpurio, vide Bartol. concludentem quod ſic, in conſilio cxv. & quod non ſuccedant ab inteſtato nepotes legitimi ex filio ſpurio, etiam matri, vide Alexand. conſilio clxxiij. volumi. v.

tione

4 tione qua teſtamẽtaria. Facit ff.de leg.tu.l.iij.§.ĩri põt.† Quæro quæ eſt ratio quare teſtamẽtaria cõcurrit cũ datiua, & non cũ legitima. Rñ.tutelæ deferũtur ſm quod hæreditas, vt inſti. de legi.agna.ſuc.& ff.de le.tu.l.j. Sed donec eſt locꝰ ſucceſsioni teſtamẽtariæ,ceſſat legitima,vt l.q̃diu.de acq.hær.de re.iu. l.q̃diu.& cõia.de ſuc.l.anteq̃. Sed ſucceſsio datiua, vt ita loquar,põt cõcurrere cũ teſtamentaria:nã prætor dat bonorum poſ.ſecundũ tab.pendẽte cõditione inſtitutiõis,vt l.ij. §.ſi ſub
5 conditione.ff.de bo.ſecundũ tab.† Quæro qñ aliqs ex teſta-
a mẽtarijs;vel legitimis remouetur [a],vel excuſat, vtrũ ſit locus datiuo,vel ſequẽti legitimo.glo.diſtinguit ſic:aut remouetur morte aut remouet tanq̃ ſuſpectus.dic vt in glo. Quæro q̃ eſt
b rõ [b] huiꝰ gl.q̃ circa fi.ſui dicit q̃ qñ excuſat vl remouet vt ſuſpectus,remanẽt reliquiæ.Dicit gl.ſecus qñ decidit. vide gloſ. Iſtam rationẽ cõmuniter tenent oẽs doct.& Dyn.ſequit in l.ſi quis ſub cõditione.ff.e. Quæ rõ mihi nõ placet: quia nihil eſt dicere:quæ eñ reliquiæ remanent,ſi aliqs eſt remotus, vel excuſatus,cũ omnino ſm cõmunẽ conſenſum deſinat eſſe tutor: non video. Ratio ergo eſt iſta, qñ aliquis remouetur iudice hoc agente vel cogitante principaliter vt eũ remoueat,ſuccedet datiuus:quia iudex videt eũ remouere,vt aliũ ipſe det,ſed
c qñ remouetur morte [c] vel alio caſu,iudice hoc non agente, vel cogitante vt eum remoueret,ſuccedit legitimꝰ.Illud dicit tex. in l.ſi quis ſub conditione.ff.eo.Et ſimile obſeruãt Canoniſtę,
6 †quando eccleſia vacat in curia,nõ ſuccedit in collatione eps qui eſt legitimus,ſed remanet apud Papam.qa vacabat in curia,ſed quãdo aliter vacat,ſuccedit epiſcopus. Venio ad gl.no
7 uam.†Quærit glo.quare tutor à iudice nõ poteſt dari ſub cõditione à teſtatore ſic.Glo.ponit plures rationes.Iſta eſt vera: quia quando teſtator dat ſub cõditione,remanet iudex q̃ põt prouidere pupillo conditione pẽdente.Sed ſi iudex daret ſub cõditione non eſſet alius qui prouideret.vnde lex vult qđ ipſe iudex prouideat incontinenti.Secũdò format gl.vnã quęſtionem ex qua reſultat indiſſolubile.Tutor eſt datus filio in teſtamẽto,vtrum facto inuentario ante aditam hæreditatem poſsit adminiſtrare? Et oſtenditur q̃ non:quia videt perplexitas, vt
8 in gl.Glo.dat duo remedia contra hanc perplexitatem.Dic vt in ea.Veritas eſt iſta:†quia exiſtentia ſui hæredis confirmat teſtamentũ,quantum ad dationem tutelæ: ideo quia pupillo eſt vtile quod habeat tutorẽ:& dixi tibi in l.j.ſ.ſi vt ſe ab hær.abſti.Quærit gl.an tutor datus in teſtamẽto ſi cõfirmet dicatur teſtamentarius vel datiuus,& an datus in teſtamento minus perfecto valeat inter liberos? dicam j.tit.j.l.ij.

LEX II.

ET ſi à patre. In his quæ eodẽ tẽpore cõfirmant ſi poſſunt ſimul cõcurrere cõpoſitionis ordo nõ inſpicitur.Tene mẽti hãc l.perpetuò:qa hoc anno habui de facto.Opp.faciẽdo ſm ,pcuratorem reuoca
d tur [d] primus,vt ſi quis cũ ,pcu.§.fi.de procu. Solue vt in gl.hic no.licet diuerſo tpe dent:eodẽ tñ tpe confirmant,ibi ſtatim cũ dat,recipit ſuã cõfirmationẽ.qđ facit ad q.de duobus ſtatutis contrarijs in eodẽ volumine repertis,eodem tempore confirmatis.De quo hic p Cy.& ego in l.oẽs populi.de iuſti.& iure.

LEX III.

SI tutores. Licet vnus ex pupillis ad ætatem adultam per uenerit,alterius tutela nõ finitur.hoc dicit.

De confirmando tutore. *Rubrica.*

LEX I.

TEſtamento. Tutor datus à matre non habet neceſſe ſe excuſare,niſi confirmetur.hoc dicit.

1 ☞ *Diſpoſitio huius l.quod nõ corrigatur per §.ex imperfecto.in l.hac cõſultiſſima.*
2 *Tutor teſtamentarius confirmatus,an ſit datiuus,vel teſtamentarius.*

LEX II.

NEque per epiſtolam. Tutor non poteſt dari à patre in voluntate imperfecta:ſed datus debet legitimè cõfirmari.h.d. In hac l. veniũt quærenda
1 duo.†Primò an hæc lex ſit correcta p l. hac cõſultiſſima.§.ex imperfecto.j.de teſta. Glo.hic videtur velle q̃ ſic;quam vide.Idem videt tenere glo.ſ.titu.j. l.j. in gl.noua quã vide.Gl.etiã tangit in d.§.ex imperfecto.& ff.eo.l.q à patre. Iſtã opi.teneo q̃ nõ valeat datio:quia priuilegiũ datũ filijs nõ debet retorqueri in alteriꝰ prę-
2 iudiciũ,vt Limpuberi. de admi.tut. Sed ſi teſtamentũ eſſet nullũ, nõ valeret tutoris datio.Hocverũ,niſi teſtim eſſet nullum ex cauſa p̃teritiõis:qa tũc indubitãtervaleret datio tutelæ,p auf.ex cauſa.de lib.præt.& in corpore vnde ſumit, vbi expreſsè dici-
e tur †Secũdo quero [e], an ille vel iſte ſit confirmatus tutor ſit datiuꝰ vel teſtamẽtariꝰ. Gloſ.dicit eũ datiuũ:& ſecundũ hoc dicit legitimũ pręferẽdũ,vide gl.Dy.ponit iſtã q.in l.ij.ff.eo.Et dicit eũ eſſe datiuũ,ſed habere vires teſtamẽtarij. Marti. Silimanus diſputauit iſtã q. & determinauit eũ eſſe teſtamẽtariũ. & pręferẽdũ legitimo & datiuo.Et ratio magis vera quã facit,fuit ex ordine titulorũ:qa primò Impator ſeu Iuriſcõſultus præmittit de teſtamẽtaria tutela:& poſtea de cõfirmãdo tutore q̃ præcedit legitimos, poſtea de legitimis tutoribus,q̃ p̃cedũt datiuũ: & poſtea de datiuo.

LEX III.

SI vt proponis. Anteq̃ tutor inutiliter datus cõfirmetur, ſi alius detur à iudice valet. hoc dicit.

f **NAturalibus.** [f] Pater nõ poteſt dare tutorem filijs naturalibus,ſed datus à iudice confirmabitur.h.d.

De legitima tutela. *Rubrica.*

LEX I.

g **DAuunculos.** [g] Ad euidentiã huius tituli, debes ſic ſcire q̃ tutela legitima defertur per eum modum per quem defertur hæreditas. Poſtea ſcias q̃ de iure agnati præferebant cognatis in hæreditate: ita etiam erat in tutela. Ita lex eſt hodie correcta:quia hæreditas hodie pariter defertur agnatis & cognatis:ita tutela pariter;ideo omnes admittuntur exiſtẽtes in eodem gradu.& vide authen.ſicut.

LEX II.

COnſtitutione. Hic facit mentionẽ de quadam lege antiqua, quã non habemus.Nam quædã lex erat quæ dicebat q̃ deferebatur agnatis,& alijs,ſed tutela fœminarum alijs.

1 ☞ *Frater emancipatus tutor fratris legitimi in poteſtate retenti eſt legitimus, ſed frater in poteſtate tutor fratris emancipati eſt fiduciarius.*
2 *Tutela legitima quotuplex.*

FRater. Hęc bona lex breuiter dicit.Sicut frater emancipatus ad hæreditatẽ fratris vocatur;ita ad tutelam legitimã.h.d.Aduerte: quia facit multũ ſcire de materia tutelæ legitimæ..Opp.Inſtit.
h de fidu.tute. [h] per totũ ti.vbi appellatur tutor fiduciariꝰ nõ le-
1 gitimus.Sol.gl.†q̃ frater emãcipatꝰ eſt legitimus tutor fratris in poteſtate retẽti,vt hic.Sed frater in poteſtate retẽtus erit fiduciarius tutor fratris emãcipati,vt l.cõtra.& vide gl. ſed quę eſt ratio diuerſitatis.Gl.non reddit,quinimo nõ põt reddi: &
2 ideo nõ eſt bona ſolu. †Aduerte ergo quædam eſt tutela legitima ex verbis,& ex mẽte legis xij.tab.vt illa quæ defert inter agnatos:& de hac loquit tit.de legi.agna.ſucceſ.Inſti. Quædã eſt tutela ex mẽte legis xij.tab.nõ verbis, vt illa quę defert patrono:nã de tutela nihil in lege xij.tab.erat cautũ,ſed de hæreditate ſic.Sed de mẽte legis eſt q̃ deferat tutela ſecundũ q̃ defert hereditas;ergo &c.Et de hac loquit ti.Inſti.de legi.patro. tute. Quędã eſt tutela legitima quæ nõ eſt ex mẽte, nec ex verbis legis xij.tab.ſed ex extẽſione propter idẽtitatẽ rationis, vt tutela parentũ,de qua loquitur ti.Inſti.de legi.paren.tute. Nã per legem duodecim tabul.non fuit dictum,neq̃ de tutela ne-

Itẽ an auus mortuo filio naturali, ſi deſponſet concubinã legitimentur quo ad ipſum auum nepotes prius nati ex filio, vide nota. Alex in l.gallus.§.ſi eius.col.vlt.de libe.& poſthu.

a ¶ Remouetur. Et vide plenè in l. ſub conditione.ff.eo.

b ¶ Eſt ratio. Sed Bald. hic tenet contra Bar.

c ¶ Morte. Vide Angel. conſi.xcvij.

d ¶ Reuocatur. Adde quod not.in l.ſi hæreditas.§. in tutelis. ff.e. & in l.ſi.ff.eo.

e ¶ Secũdo quæro. Ad de Gul.Bald.in rubr. ff.de eo p̃ quẽ fac. erit & adde gl. & Bal. in l.ij.ff.de teſt.tu. Alex. & vide tu Alex.in cõſi.cxl. col.ij.in j. volu. vbi dicit opin.Barto. hic cõmunem.Stra.

f ¶ Naturalibꝰ. Et hãc l.no.Bal.ĩ l.ſi. in prin. ſ.fami.ercif.

g ¶ Ad auunculos. Adde Bar.in l.j.ff.eod.& in l.ſi.in fi.ĩ.eod.

h ¶ De fidu.tute. Adde Bartol.in l.ij. §.ſi parens.ff.eo.

Prima Bartoli ſuper Codice.

a ¶ Perfectæ. Sed qd ſi tatutũ dicat q̃ ad tutelã nõ admittatur minor annorũ xxv. & aliud ſtatutũ dicat q̃ legitima ætas xvij. annorũ an minor xxv. poterit eſſe tutor? vide Bald. con. 1. c. q. hic.

b ¶ Procuratoris. Vide C. qui pe. tuto. & in l. ſi plures. alias ſi procurator. in j. colũ. de conſtitut. & vide in l. denicq. §. ſi tutor. ff. mand.

c ¶ Ego intelligo. Cõtrariũ tenet Barto. in l. j. ff. ea. princip. ff. e. & ibi lice vt no. Bar. in l. quid ergo. §. j. ff. de his qui no infa. Et vide gl. q̃ ponit his, cui applicet hæreditas excluſa matre, quã not. Bald. in l. j. §. ſi aduer. ven. & vide ad iſtam glo. Bal. quia not. ſequit cũ limitatione in l. præcibus. C. de impu. & aliis ſubiti. & iſtã gl. not. Bal. p ſingulari.

✠ P. P A V. P.

d ¶ Putarẽ. Idem tenet An. cõſi. cij. incipiẽ. in Dei no. entia quæſtio haberet principaliter duo pũcta Licet cõtrarium teneat idẽm. cõſ. xx. incip. xxxvij. incip. quidã puer. Adde quæ dicit Bar. latè in l. q. ff. qui pet tuto. vel curat.

¶ An dicta Bart. hic ſint vera, Archi. con. xvij. Pet. de Anc. cõ. ciij. Bal. cõſi. xcij. j. li.

e ¶ Hic duas. per Spe. in tit. de tut. §. gñaliter. ver. item aũt not.

f ¶ Originis. Vide Bal. in d. l. pupillo & Bar. in l. ij. de excu. tuto.

✠ P. P A V. P.

g ¶ De tutoribus. Vide de iſtis curator. b? q̃ ſcripſi in Bertach. in verſi. curator regi. vbi habes de qualitatibus quas hre debẽt & cũ licet alijs tutoribꝰ nõ teneant pẽſture alimẽta & victus de bonis pupilli niſi vt ſcripſi. Et an poſsit dari tutor regi vel principi. & finita tutela ſit poſtea curator, vide Cõ. in repe. c grandi. in pen. & vl. col. de ſupplen. neg. præla. in vj.

✠ P. P A V. P.

h ¶ Curator. Vide ſuper hoc an poſsit eſſe tutor ad litẽ, in reperto. in ver. maritꝰ.

h ¶ Curator. Adde q̃ licet maritꝰ nõ poſsit eſſe curator gñalis vxoris: põt tñ eſſe curator ad lites, ſcdm Bal. & Sal. in l. j. ſ. de pcu. alleg. Odof. hic & dixi in l. maritus. ſ. de pcu. & no. Bart. in l. ſi qs cũ pcuratorio. §. fi. ff. de procu. & Bal. hic: & in l. j. in fi. de excu. tuto.

que de hrditate q̃ pater filio ſuccedat. Vñ mẽs ſua non fuit de eo q̃ nõ cogitauit, neq̃ directo, neq̃ per conſequentiam, ſed quia per ſenatuſconſultũ Tertullianũ inducit qd pater ſuccedebat filio: ideo patri defert tutela legitima ex ſenatuſcõſulto, nõ ex lege xij. tab. ſed ex rõne eius extenſa per Iuriſconſultum. Ita loquitur ff. e. l. j. ij. & iij. q̃ ponũt iſtos tres modos. Quædam eſt tutela quæ nõ defertur ratione ſucceſsionis legitimæ, ſed propter confidentiam perſonarum, quam habet lex: vt q̃ frater erat tutor fratris emãcipati, anteq̃ eſſet facta lex, quæ vocat eos inuicem ad ſucceſsionẽ. Et iſta vocatur fiduciaria tutela, q̃ datur propter fiduciã quam habet de perſona: nõ reſpectu ſucceſsionis. Ita loquitur titu. Inſti. de fidu. tute. Sed poſtq̃ fuit facta, lex quæ vocat eos inuicẽ ad ſucceſsionem illa cadẽ tutela olim dicebat fiduciaria, hodie dicitur legitima, per hãc legem. Eodem modo dico de tutela, quæ defertur cognatis, vt ila dicatur legitima per auf. de hęre. ab inteſta. §. ex his poſita in l. j. ſ. eo. &c.

NEmo neque. Qui non eſt perfectæ [a] ætatis, non poteſt alterius tutor eſſe, ſeu curator exiſtere. h. d. Vide gl. ſup verbo, teneri: & vtrũ minor accipiendo dotẽ poſsit obligare bona ſua ſine decreto iudicis. Gl. tãgit in ſimili in l. itẽ quia. ff. de pactis. & ibi per Guliel. Ego pleniſsimè dico, in repetit. quam feci de l. ſi conſtante. ff. ſol. matri. vide ibi. &c.

Qui pe. tuto. vel curatores. *Rub.*

Viſo. ſ. de tutela teſtamẽtaria, & legitima vidẽdũ eſt de datiua, verũ qa videndũ eſt primò q̃ petãt: poſtea vbi: tertiò qs petat: ideo p̃mittit q̃ petãt tutores vel curatores.

L E X I.

ADmone adoleſcẽtẽ. Matres, & liberti. & amitæ, & etiã creditores, poſſunt pupillis poſtulare tutores. hoc d. totus iſte titulus.

☞ *Mater petit tutorem per procuratorem.*

Caſus eueniens in perſona procuratoris, excuſat dominum.

VMà matribus. Caſus ſuperueniens in pſona eius qui miſſus eſt ad tutores petẽdos, excuſat matrẽ. h. d. hic no. caſus. No. † qd mater poteſt petere tutorem filio per pcuratorem. Not. † quod caſus eueniens in perſona pcuratoris [b] excuſat dominũ. Dixi tibi in l. præſes. ff. de appel. & allegaui tibi iſtã l. & dic vt tibi dixi. &c.

NEpotibus. Vide glo. ſin. quam not. Vide dete domini. Ego intelligo [c] iſtã legem, ſi huic non poteſt imputari negligẽtia: nam ſi mater fuit negligẽs per annum, ita quòd certum erat, eam à ſucceſsione excluſam: ſi alius coniunctus fuerit negligens per alium annum: putarem d eum à ſucceſsione excludi. argumen. j. de legiti. hæredi. l. ſciant, coniuncta l. fin. qui admit. ad bo. poſſeſsio. poſ.

Vbi pe. tuto. vel curatores. *Rub.*

☞ *Domicilium quando poſsit pupillus conſtituere.*

1 *Domicilium duobus modis conſtituitur.*
3 *Quãdo pupillus habet facultates in duobus locis iudex uniuſcunque loci dabit tutorẽ.*
4 *Iudex originis quomodo det tutorem, qui præſit bonis quæ non ſunt in ſuo territorio.*

L E X vnica.

MAgiſtratus. Vbi quis ſortitur domicilium ratione originis, vel maioris ptis bonorũ, ibi põt ei tutor conſtitui. hoc dicit hęc lex notabilis valde. Inquantũ dicit de iudice loci originis, nõ habet dubiũ: inquantũ dicit de iudice loci, vbi habet facultates, eſt dubium. nã iudex nõ poteſt dare tutorem: niſi ei qui habet domiciliũ in loco ſuæ
1 iuriſdictionis, vt l. j. in fi. de tut. & cu. da. ab his. † Sed pupillꝰ vi deꝝ q̃ nõ poſsit habere domicilium: nã paternũ domiciliũ cõſtitutũ nõ habet, vt l. aſſumptio. circa fi. ff. ad munici. Ipſemet nõ poteſt cõſtituere ſine tutore: quia nõ põt ſe obligare: ergo vide
2 tur q̃ ei nõ poſsit dari tutor. † Sol. domicilium poteſt conſtitui duobus modis. Vno modo volũtate: & hoc modo nõ põt cõſtituere pupillꝰ: quia tũc cõtinet obligationẽ. Alio modo re ipſa, ſtando in loco vbi habet maiorẽ partem fortunarum ſuarum: hoc modo põt pupillus ſine tutore. Et hic eſt caſus notabilis in hac lege. Ratio poteſt eſſe: quia obligatiões quæ re ipſa cõtrahũtur cadunt in pupillo, ſicut in maiore, vt l. operis. de ope. no,
e nũ. de neg. geſt. l. iij. §. & ſi furioſi. Gl. quærit hic duas [e] queſtio
3 nes primo † quid ſi habet facultates in diuerſis locis. Dicit gl. iudex cuiuſq̃ loci dabit, vt l. pupillo. ff. de tut. & cur. da. ab his,
4 † Quæro vtrũ iudex originis [f] poſsit dare tutorẽ, q̃ præſit bo
f nis, quæ nõ ſunt in territorio ſuo. Azo q̃ ſic. Hug. cõtra. vt hic habes in gloſſ. quam vide. Dyn. ponit iſtam quæſtionem in l. j. de tu. & cu. da. ab his. Cy. ponit hic: & facit vnam lõgam filateriam. Glo. in l. nõ ſolùm. §. & qui in teſtamento. de excu. tu. videtur tenere opi. Hug. opi. Azo. eſt verior. Cùm enim tutor detur perſonæ ille qui habet iuriſdictionem in perſonã poteſt dare tutorem, cuius iuriſdictio ſe extẽdit ad omnes facultates, vt d. l. j. in fi. de tu. & cu. da. ab his. arg. ad hoc in l. ſi fideicommiſſum. §. tractatũ. de iudi. Hoc etiam probatur per hãc legẽ, ſi bene aduertatur. Nõ ob. ff. de pupillo. de tu. & cur. da. ab his. quia fateor q̃ poteſt dare tutorẽ de bonis quę ſunt in territorio ſuo: quia cùm ſit certæ vniuerſitatis bonorum, & alius dabit quo ad bona quæ ſunt in territorio alio. Sed ſi vnꝰ & idem vellet dare oĩbus bonis poſſet. Et eodem modo reſpõdeo ad l. iuriſperitos. §. cùm oriundus. de excu. tut. Et pro prædicta determinatione allegat Dy. l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eo.

g *De tutoribus [g] vel curatoribus illuſtriũ perſonarũ.* *Rub.*

L E X I.

ILluſtribus. Breuiter dicit: Illuſtribus datur tutor vel curator, in vrbe per præfectum & prætorem, & decem viros ſenatores, & eis decreto prętoris conceditur adminiſtratio in prouincijs verò nominantur à curialibus. hoc dicit in ſumma.

L E X II.

GEnerali. Hic phibet Imperator ne ille qui eſt curialis vel obligatus curiæ poſsit eſſe tutor illuſtrium perſonarum, & hoc vult. Non habetis hic alia &c.

Qui dare tutores vel curatores, & qui dari poſſunt. *Rub.*

L E X I.

VMtibi. Et de cuius ſtatu dubitatur, poteſt dari tutor, vel curator lite pendente. h. d.

L E X II.

h MAritus. Maritus non põt eſſe curator [h] vel tutor vxoris. h. d. Quærit glo. quæ eſt ratio. Reſpõdeo: quia ſi malè gereret propter affectionẽ, vxor ei remitteret. Ita dicit gl. hic, quæ eſt ratio quod poteſt eſſe pcurator, & non curator, vt l. maritus. ſ. de procurato. Reſpõdeo: quia curator habet maiorẽ poteſtatẽ quã pcurator. Præterea pcurator vel cõſtituitur à maiore, & ſic ab habẽte plenũ intellectum, vel cõſtituitur à minore: & cõſtituit cum authoritate tutoris vel curatoris vt l. neque ſupra, de procu.

Militiæ.

MIlitiæ. Qui militia occupatur,nõ potest esse tutor, seu curator.hoc dicit.

NEque à præside. Non potest quis dare tutorem eum qui suæ iurisdictioni nõ subest.h.d.No.hanc legem ꝙ oportet ꝙ ille qui datur tutor,& cui dat̃ sit de iurisdictiõe dantis,ratione originis vel domicilij.Casus est in l.j.de tut. & curato.da.ab his.Dixi tibi in l.vnica.ſ.titu.ij.

QVod dicis. Matre negligente alij coniuncti possunt tutores petere. h.d. Not. hanc l.& tene menti.quam faciam te notare in auẽ natri & auiæ.quam habebimus.j.titu.proximo.

IN seruili. Seruus non potest dari tutor neq; curator.hoc dicit.

QReditorem. Creditor nõ potest dari tutor debitori.h.d.Super hãc l.habes authen.minoris.quam legam tibi in sequenti lectura.

1 ☞ *Debitor uel creditor prohibetur à tutela.*
2 *Filius debitor uel creditor patris potest esse curator furiosi.*
3 *Frater an possit esse tutor fratris,cuius est debitor.*
4 *Inter fratres multoties est inuidia magna.*
5 *Creditor uel debitor in modica quantitate non prohibetur à tutela.*
6 *Quæ dicatur magna uel parua quantitas.*
7 *Possidens res minoris non potest esse tutor.*
8 *Dispositio huius authen.habet locum quando est contentio inter pupillum & tutorem super iure reali.*
9 *Habens res communes cum pupillo quando possit esse eius tutor.*
10 *Debitor naturaliter,quando possit esse curator.*
11 *Dispositio huius authen.an habeat locum in omni tutela etiam testamentaria.*
12 *Voluntas testatoris tollit omnem suspicionem fraudis.*
13 *Creditor pupilli ex testamento in quo est datus tutor potest esse tutor.*
14 *Creditor si uult amittere debitum,an possit esse tutor.*
15 *Debitor ex tutela,uel qui paratus est soluere debitum,an possit esse tutor.*
16 *Creditor sub conditione uel annuatim an possit esse tuto.*
17 *Si creditor uel debitor prohibetur esse tutor : an tunc sit locus datiuo,uel debeat deueniri ad legitimum.*

a MInoris. [a] Primò ponit vnum dictum trimembre in curatore constituendo. Secundò in iã constituto. Tertiò illud dictum declarat,& imponit pœnã. Quartò ponit aliud dictũ,seu statutũ; & pœnam imponit. Quintò prædicta extẽdit. Secũda ibi,nam & ante. Tertia ibi,hic aũt. Quarta ibi,sed & si actiõis cessiõe. Quinta ibi,in his habẽtibus. Summariũ nõ do vobis : qa in ista auẽ.

1 est summariũ bene quatuor cõlũnarũ. †No.ꝙ debitor vel cre-
b ditor [b] prohibetur à tutela vel cura. Opp.in auẽ. [c] vt sine ꝓhi-
c ma.debi.& cred.in prin.posita j.ti.j.auẽ.ad hæc.Sol.est specialei matre &auia.Ita dicit gl.tua.Iuxta istud anteq; intrem[9] gl. quæro quid in auo & patre.Glo.dicit idẽ,vt in d.auẽ.ad hæc.j.
2 tit.j.& videbitis. †Quæro,quid in filio:cũ possit filius dari curator patri furioso,vt l.is.de tut. & cur.datis ab his. videtur ꝙ ꝓhibeatur:quia non reperit̃ iure expressum:ergo &c.Præterea nõ videtur eadem ratio:qa maior est amor ascẽdẽtis ad descendentẽ q; ecõtra,vt l.isti quidẽ.quod met.cau.Cõtrariũ determinat Guli.de Cu.l.cũ in eo.ff.de pact.Nã cũ spes sit ꝙ bona patris deueniãt in filiũ secũdũ votũ patris,vt l.scripto.ff.vñ lib.videt̃ quasi administrator propriorũ bonorũ. Ad qđ facit de lib.& posth.l.in suis.j.pro hære.l.nihil.& qđ ibi no.propter qđ cessat omnis ratio suspicionis:ideo ꝓpter debitũ vel credi-
3 tum non remouebitur. †Secũdò quæro,quid in fratre. Videt̃ idẽ qđ in matre & auia:quia ad successionẽ pariter admittunt̃, vt j.ad Tertu.auẽ.defuncto.Et ergo eadẽ ratione ad tutelam. Contrarium determinat idẽ do.Gul.in d.l.cùm in eo.Primò p
4 rationem,quia nõ est tantus amor inter fratres, sicut †inter ascendentes & descendentes,imò inter eos est multoties inuidia magna:vt l.cũ oportet.§.j.de bo.quæ lib. & ea.l.§. finautẽ res.& l.cũ pater.§.euictis.de lega.ij.j.de col.l.illud.§.fi.Pro hoc inducit ipse tex.in l.iij.circa princ.ff.de leg.præstan.contra tabu.bono.pos.quæ l.facit optimè.Modo intro glo.per ordinẽ.
5 †Quæro primò [d] quid si est creditor in modica quãtitate. Di-
d cit glo.ꝙ non prohibetur esse tutor:arg.ff.de excu.tuto.l.non
5 tñ.in prin.de ven.inspi.l.ſ.in fi.cũ sim. †Sed quæro quæ dicatur quantitas parua vel magna.Gl.non dicit hic,sed in corpore vnde sumit̃,dicit hoc relinq arbitrio iudicãtis. Simile vidi-
f dum arbitrio iudicis,vt ſ.dixi. Venio ad sequen.gl. [f] dicit̃ hic,

stis in auẽ.nisi breuiores.j.de sen.ex breui. reci.& l.sed & si susceperit.§.j.de iud.& de iure do.l.q̃ro.& facit ff.de dolo.l.si oleũ.§. fi.cũ l.se.Et ista teneatis mẽti:quia ex his facio magnũ fundamentũ ad sequẽtia,vt j.vi
7 debitis. †Item quæro quid si aliquis possideat rem minoris.Videtur ꝙ nõ prohibetur:quia nõ est debitor vel creditor,vt insti.de actio.§.j.Contrarium determinat gl.
8 p hũc tex.ibi,antiqui res minoris. Ex †quo colligit̃ ꝙ quãdo est cõtentio sup iure realí inter tutorem & pupillũ,habet locũ ista
9 authen.& ita communiter tenetur † Quæ
e rit gl.quid si habet res cõmunes [e] cũ minore.non videt̃ prohiberi,vt j.de exc.tu. l. qđ res.Gl.tua determinat contra, per hãc authen.Sed glo.in d.l.quod res.tenet contra istam.Doc.cõmuniter approbant istã glo. quia ex cõmunione orit̃ quidã quasi contractus producens obligationem & actionẽ cõmuni diuidundo.& sic potest dici debitor & creditor. Aduertatis rogo vos:dicerẽ sic.Quædã est cõmunio in cõtrouersia:quia vnus asserit,alter negat cõmunio b nem: & tunc nõ potest esse tutor per hanc auẽ.Nam habent locũ omnes ratiões quæ fiunt in corpore,scilicet timor ne subtrahãtur instrumẽta:& quia hostis est minoris. Quandoq; est cõmunio sine cõtrouersia. & hic aduerte.Quandoq; est cõmunio tanta ꝙ inuicem sunt imputationes,& reputationes magnæ,vt si habent hæreditatẽ, vel maiorem partẽ bonorũ cõmunẽ: tũc idem c ꝙ prohibeat̃ à tutela & cura,per hanc auẽ. Quãdoq; habet cõmunẽ vnũ fundum tantum:tũc dico ꝙ nõ ꝓhibetur esse tutor vel curator,licet enim ex cõmunione oriatur d quidam quasi contractus:dico ꝙ ista obligatio est modicæ quantitatis,licet fundus e sit magnus.Teneor enim diuidere tecum istud sit modicum,quod patet:quia ex tẽpore præsumitur cõmunio,vt no.in l.pe.ſ. cõmuni diuid.& ibi dixi vobis.quod appa ret ad oculũ:quia istud teneri tecũ est diuidere quando cõmunio nõ est in cõtrouersia modicã æstimationẽ reciperet, possent tamen esse tot debita inuicẽ occasione cõmunionis illius fundi,propter expensas & fructus,& ꝓpter alia : quod tunc dicerem aliud inspiciendum,per arbitrium iudicis, vtrum dicta communio inducat magnum debitum, vel modicum, vt ſ.dixi: quia in modico debito non habet locum ista au-
10 thẽ. †Quæro quid si est debitum naturaliter tm̃ iter eos. Vt̃ ꝓhiberi:qa naturale debitũ inducit cõpẽsationẽ,vt l.ẽt.de cõpẽ. Et qa põt deduci,vt l.at q natura.de ne.gest.& impedit donatiões,vt l.hoc iure.§.pe.ff. de don.sed cõtra qđ nõ habet locũ ista auẽ.qa nõ dt̃ ꝓpriè creditor ff.de ver.sig.l.creditor.& hoc tenet gl.nec deducere poterit,vt ff.de peti.hęre.l.si qd possessor.§.sed & si.facit de admi.tut.l.fi. Doc.qdã determinãt cõtra.Nã possibile erit debitũ naturale solui,& sic ꝓpediret̃ repetitio,& induceret̃ cõpensatio.d.l.etiã. vnde subest timor,ne instrumẽta subtrahant̃.sicut in ciuili debito.ꝓ itorũ opi.iduco:qa ista auẽ.est fauorabilis iducta ĩ fauorẽ minorũ:ergo est extẽdẽda:et sic extẽdit̃ ad debitũ nãle tm̃,licet ĩpropriè sit debitũ.In cõtrariũ facit,qa debitũ nãle quãtũcũq; sit ĩ magna quãtitate,ꝓpter illã spẽ:qa poterit cõtigere ꝙ solueret̃,vel de eo cõpẽsatio opponet̃:dt̃ paruũ dbitũ:qa ꝓ modica quãtitate ista spes vẽderet̃:vñ tãq; sit debitũ modicũ, nõ habet locũ ista auẽ.qđ satis mihi placet.Hoc tm̃ totũ puto reliquẽ dum arbitrio iudicis,vt ſ.dixi. Venio ad sequen.gl. [f] dicit̃ hic,

✦ P. PAV. P.
2 ¶ Minoris. Dispositio huius auẽ.nõ habet locũ in curatore q; dat̃ hæreditati iacẽti,secũdũ Ro.sing.u. cxxxij ꝓ text.in l.debitor.ff de neg. gest. Itẽ de materia huius auẽ.vide Bart.consil. cxlij.Itẽ inquãtũ solet allegari glo.in ista auẽ.ꝙ de strictã significatiõe &c.vide Alexã. multa allegãtẽ consi.xxiij.in vl.col. in ij.vol.& cõsi.ccxl. in pri.& in fi.vbi dicit solũ ꝓcedere, vbi est eadẽ rõ.vide Ale. in l.filius familias.§. diui.in ꝓn.char. col. circa fi.de leg.j. Item ꝙ nõ habeat locũ in curatore ad litẽ, vide Sal.hic in fi.Pro quo vide quod dicit hic Bar.no.i l.ij.§. cõtra-
2 iũ.ff.de curat. bonis dãdo.& ibidẽ Ange.
b ¶ Debitor vel creditor hæreditarius. An prohibitus sit esse cutator hæreditarius. Dic ꝙ non.Text. est singu.in l.debitor. in prin.ff.de ne.gest.ibi non tñ erat creditor, sed ex cõtractu præcedenti inter viuos: & vide text.in l.ij.ff. de cura.bo.dan.
c ¶ Opp.in auẽ. Adde Bald.post Gul.in d.l. cũ in eo.ff.de pac.& ibi qd in filio naturali & spurio.
d ¶ Quæro primò.Adde Bal.in l.cũ in eo.ff.de pac.vide tñ Bal.hic.
e ¶ Res cõmunes. Per Bal.hic in fi. Alexan.
f ¶ Venio ad seq. glos. Ista auẽ.extendit̃ ad tutorẽ:facit ẽt qđ no. gl.& doc.j.eo. authẽ. matri & auiæ.limita nisi debitũ fuisset cõtractũ post testm̃: ar.l.libertus.§. largi[9]. & ibi no.ff. de an.le. & ita cõsuluit Bal.in cõsi.inci.secũdũ opi. gl & adde Bal.in l.j. de cõfir.tut.Et qđ in cõtinẽti cũ tutor desijt esse debitor, vel creditor,tutela reuertitur ad eũ.Ita not.dicit Bar.in l.si ipuberi.de tut.& cu.da. ab his.& Bald.in l.cũ in eo.ff.de pac.& Bald. hic,iuxta fi.in versic. vltimo, extra glosſ.

a ¶ Old. De ista materi vide Bart, in leg. post legatum, §. amittere. ff. de his quibus vt indig.

b ¶ Tutor. Bar. in l. pr̃, in prin. ff. de proc. & ibi p Bald, Adde qd̃ Ioã. and. in addit. ad Spe. in tit. de tu. §. fin. ver. item q̃ est tutor, dicit opin. Hug. strictissimã. & illã sequitur. An autẽ hæc authen. habeat locũ in debitore obligato reali sicut psonali, Bal. consulo cclviij. tenet quod non. inj li'b.

c ¶ Debitũ annuũ. Vide circa hoc oino Bald. in leg. inter stipulantem. § sacra. de verb. ob. in pe. colum.

d ¶ Vltimò, Facit qd̃ no. Bar, in ti. j. in auth. sacramentũ. Alexan,

e ¶ Cogitabitis. Adde Barto, in l. impuberi. ff. de tu. cu. da. ab his, Alexand.

f ¶ Si fororis. Limita p Bal. in l. j. ŝ. de testa. tut. Secus in tutore inutiliter dato, & confirmato. in l. inj. & ibi Bald. ŝ. de confir. tu. Alexand.

g ¶ Curatorẽ, Limita i curatore ad lites. qa ari litem cõtestatam fecit etiã alter adiungi põt, vt no. in l. qui cum procuratore, §. j. ff. de procu.

h ¶ Curator. Limita vt dixi ŝ. i l. curatorẽ.

i ¶ Matres. Et an lex ista §. sinautẽ tutela. in authẽ. de nupt. habeat locum in matre quæ non erat tutrix, sed simplr administratrix, vide Bald. in l. cum oportet. §. fin. ad fi. C. de bo. q̃ libe.

phibetur à cura: quid de tutela? Dicit glo, idem quia eadem ratio est, & colligitur ex corp. vnde sumitur. §. sed & si quis. ibi, sed cõiungi tutorem &c. & in auth. vt sine p hi. matr. debi. & credi. §. j. & hoc omnes tenent. † Quæro, an ista auth. habeat locum in 11 omni tutela? Dicũt quidã q̃ nõ habeat locum in testamẽtaria: quia eius fides est electa à testatore, vt instit. de satisd. tut. §. j. ff. de cura. furio. l. si furioso. in fi. de epis. au. l. de creatiõibus. Gl. determinat cõtra: quia eadẽ ratione nõ prohiberetur datus ex inquisitione: quia eius fides est approbata p iudicẽ. Nec obstat quod dicitur approbata fides: quia illud verũ quantũ ad satisdationem: nõ quantũ ad alia. Et hoc apparet: qa mater & auia tm̃ excipiunt: ergo nulli alteri tutela pmittit. Et ita tenet gl. & in corp. vñ sumit, & l. pater. in princ. ff. de pcu. Idẽ consuluit Dy. & dicit hoc colligi ex text. vnde sumit. §. & hæc dixim⁹. Sed certè idẽ tex. dicit tãtũ de his q̃ dãtur à lege: nõ aũt de his q̃ dant in testamẽto. Gul. de cu. in d. l. cũ in eo. ff. de pact. Cõtrariũ tenet p ratio nes quas ibi alle. & j. dicã. Do. Old. a in ista materia distinguit cui⁹ opi. mihi placet: & sic cõsulẽdo respõdit. Aut testator q̃ dedit talẽ tutorẽ sciebat ipsum esse creditorẽ vel debitorẽ; & tunc potest tutor, & nõ obstat ista auth. quia eius fides est electa per testatorem. Probatur per leg. tres tutores. §. fi. de admi. tu. de cõfir. tu. l. in cõfirmãdo. † Præterea voluntas testatoris tollit omnẽ suspicionem fraudis, vt l. quia autem. in prin. ff. si quis omis. cau. test. Hoc probatur ŝ. de interdi. mat. l. si patris & ibi est op. tex. de ri. nup. l. si quis tutor, Præterea, mater & auia possunt esse tutrices, non obstante qd̃ sint creditrices vel debitrices, vt dictum est, sed testamẽtarij preferuntur matri & auiæ: qa lex magis cõfidit de eis: vt in auth. matri & auiæ. j. ti. j. ergo &c, Istę sunt ratiões Gul. quãtum est in isto membro. Nec obstat q̃ gl. dicit quod eadem ratione posset etiam esse datus ex inquisitione: quia credo q̃ si iudex de hoc inquierit, an esset debitor vel creditor, q̃ valeret datio: qa an sit tale debitũ quod eũ à tutela remoueat stat in arbitrio iudicis: secũdum qd̃ dictum est etiam scdm opi. gl. Si verò testator ignorauit ipsum esse creditorem vel debitorem: tunc est vera opi. gl. quia nõ potest videri approbasse fidem eius, quã talem ignorabat. ar. l. mater. ff. de inof. test. & hãc puto verã. Facit j. de re mi. l. sicut certi. & l. ũ cùm vel in vtero. & ff. de test. tut. l. si qs ita. §. 13 pe. † Ex prædictis apparet q̃ si aliqs est creditor pupilli, ex testamẽto, in quo dat⁹ est tutor; puta quia aliquid est sibi relictũ q̃ ppter hoc nõ prohibetur à tutela vel cura. Ita intelligo istã materiam. Venio ad aliam gl. dicitur hic à quo omnino prohi 14 bet. † Quæro an ipso iure non possit esse tutor, b an verò possit esse si vult amittere debitum. Gl. hic ponit opi. quam vide, De hoc fuerunt opi. inter Azo. & Hug. quas recitat gl. in l. ppter litem. ff. de excu. tut. l. pater. in prin. ff. de procu. gl. firmat opi. Hug. f. quod non possit esse tutor, perdendo debitum. do. Richar. disputauit istam q. & determinauit secũdum quod videtur determinare ista gl. videlicet aut constat ab initio quod sit debitor vel creditor; & ipso iure remouetur. Aut non constat; & tunc admittitur ad tutelam, sed perdit debitum. Et hoc probatur ex corpore vnde sumitur ista auth. ibi, si verò tacuerit &c. vbi dicit q̃ debitum perdit. & nullam aliam pœnam imponit, sed interpretatione legum pœnæ sunt moliẽdæ. vt l. si præses. & l. interpretatione. ff. de pœnis. ergo &c. Preterea in ipso pũcto quo tacet, pdit debitũ: ergo tanquã nõ creditor põt esse tutor. Ita dicebat ipse. quod satis placet. Venio ad aliam gloss. 15 Quæro, † qd si efficitur creditor vel debitor ex tutela. Dic vt in gl. & bene. Quæro, quid si ab initio paratus est soluere. vel 16 debitum remittere. Dic vt in glo. & bene. † quid si erat debitũ c annuum, c vel debitum sub cõditione. Dicit glo. prohibetur à tutela vel cura: quia ratio eadem est scilicet timor, ne subtrahãtur instrumenta: tamen in debito annuo nõ admittit totũ debitum, sed pro eo tempore quo tutela durat. Quidam dicãt q̃ imò amittit p toto tempore, sicut in debito conditionali. Mihi videtur dicendum q̃ debitum annuum, seu cõditionale æstimatur, secundum quod illa species vendi potest, vt l. in quantitate. §. magna. ad l. falc. Facit ad treb. l. j. §. si hęres. Et ideo si æstimatio illius debiti cõditionalis esset modica, non repelleret eũ ab administratiõe: quia in debito modico nõ habet locum ista auth. secus si æstimatio esset magna. Eodem modo intelligo de eo q̃ habet hypothecata bona minoris, vt debeãt æstimari quãtum est deterior cõditio propter illam hypothecam, vt d. l. j. §. si hæres. ad Trebel. vt sic videamus vtrum sit quantitas magna vel parua. Quęro quid si post tutelã suscipiat cessionẽ, Dic vt d in gl. & in corpore vnde sumit. Vltimò d extra glo. quæro vnã quæstionem, dicitur hic, quòd quis prohibetur esse tutor: quia 17 debitor vel creditor. Quæro † vtrum deueniatur ad sequentẽ legitimum, vel ad datiuum. Nõ insisto. Breuiter credo sic dicẽdum: Aut debitũ nõ cõstat apertè: & sic iste habuit necesse in iudicio debitum allegare: & tũc quia in modico desinit esse tutor, locus est sequenti datiuo. vt l. si quis sub cõditiõe. de testa. tutel. Dixi in l. j. ŝ. de testa. tut. Aut erat debitũ manifestũ: puta communio bonorum vel aliud debitum; tunc si quidem certũ esse illud debitum nõ finiri durante pupillari ætate: vt puta qa erat debitum annuum & perpetuum: & deueniret ad sequẽtẽ legitimum: quia istius primi spes omnino deficit: argu. de legi. tut. leg. j. §. penul. & leg. non solum. §. si libertus. de excu. tu. & de tute. & ra. distra. l. si tutor. §. j. Si verò debitum illud põt dissolui intra pupillarẽ ętatem: q̃ tũc locus erit datiuo: & debito dissoluto cessabit ille datiuus. & reassumet ille legitimus, argu. dictorum iurium ŝ. proximè allegatorum. & est expressum in l. his q̃ de tut. & cur. dat. ab his. Quæro vtrũ ppter debitũ pa e tris pbibeat filiꝰ esse tutor, vel ecõuerso. De hoc cogitabitis. e

f **SI fororis.** f Habenti tutorem legitimum, alius dari non potest. h. d. in summario.

g **VRatorem,** g Habenti curatorem non potest alius dari; nisi causa cognita, vel prio re remoto.

NVniuersis. Minor sine curatore generali ad lites non habet legitimam personam in iudicio. hoc dicit.

h **VRator.** h Generalis curator non debet à lite desistere. propter specialem curatorem datum ad litem. hoc dicit.

NE magistratuum. Colonus Principis, vel alius priuilegiatus tutor dari non potest. h. d.

Quando mulier tutelæ officio fungi potest. *Rubrica.*

L E X I.

VTelam. Mulier iure communi tutrix esse non potest. h. d. in summario.

L E X II.

i **MAtres.** i Si matres tutelas filiorũ impetrãt à principe, debent iurare se ad secundas nuptias non venire: & si contra fecerint, bona matrum pupillis obligantur: & testamentarius; & legitimus matrem præcedit. h. d. Ista lex corrigitur per auth. matri & auię in multis: quam legam tibi in sequenti lectione.

L E X III.

SI pater. Mulier potest petere tutelam filiorũ suorum naturalium, si pater testamento eius non dedit. h. d. &c.

1 ☞ *Renunciatio Velleiani quæ fit per matrem tutricem, qu id operetur.*
2 *Factum in iudicio parte absente, an prosit alijs.*
3 *Dispositio huius authen. an habeat locum in matre, & auia naturali tantùm.*
4 *Pater quando præferatur in tutela, & quando mater.*
5 *Quando auus præferatur, & quando auia.*
6 *Si mater & auus concurrunt in tutela, quis præferatur.*

7 *Mater quòd poſsit eſſe curatrix filiorum.*
8 *Mater & auia non coguntur tutelam ſuſcipere.*
9 *Tutela quæ defertur matri, quòd ſit legitima.*
10 *Mater ſi eſt data in teſtamento tutrix, ꝙ ſit teſtamentaria.*
11 *Tutela ꝙ uitietur ſi mater non renunciauit ſecundis nuptijs & Velleiano.*
12 *Si renunciauit Velleiano ſecundis nuptijs, & omni alij auxilio, quid operetur.*
13 *Mulier tutrix ſecundum diſpoſitionem huius authen. poteſt capi & carcerari.*
14 *Si nõ eſt renunciatum ſecũdis nuptijs, nec Velleiano, ſed generaliter omni beneficio, an ualeat.*
15 *Tutela ꝙ uitietur ſi generaliter non obligauit omnia bona ſua &c.*
16 *Si mater & extraneus ſint dati tutores in teſtamento, an mater erit tutrix.*
17 *Mater ſi datur tutrix in teſtamento nõ confirmatur, ſed coram indice agnoſcit tutelam & renunciat.*
18 *Si fuit datus tutor à iudice matre ignorante, an teneat datio.*

l ¶ Ex imperfecto. Adde videndum Alexan. consi. cxxvj. alias xxj. in ij. colū. ad fi. vol. iij. & consi. cxlvj. eo. volu. & consil. cv. in ij. col. volu. iij. & in iij. col. an ꝓba. & Panor. consi. xj. col. ij. in l. dubio, volu. j. & Felin. in c. in præsentia. col. ix. de ꝓba. & Barb. consi. xix. colū. vj. & leq. vol. j. & cōsi. xxxij. col. ij. & seq. vol. eo. & Roma. consi. clxxix. col. v. & se. & Alean. l. ex facto. §. si quis rogatus. col. xvij. ff. ad Trebel. Et circa hoc quæro an legata alīs relicta in testamento, quod est validū inter liberos sint valida. Iste text. facit quod nō. In contrarium tamen facit qđ consuluit Alexā. consilio suo xlj. eo. ij. vol. j. & vide ad istū tex. etiā Ang. in l. milites. ſ. de test. mili. & Alex. consi. xc. col. ij. volu. ij. & pulchre, & late Alex. ca. etiam xcvj. volu. ij. Pau. de Castr. consi. clvj. vbi tangit hoc de legatis factis alīs in testamento quod valet iure specialitatis inter liberos, an valeant, & an ex tali testamento detur bono. possi. secundum tabu. vide Alexand. in l. j. circa finem. &, in ij. col. & in j. colum. ſ. de bono. poss. secundum tabu. vbi videtur inclinare ꝙ sic. & ibi eam tenet Corne. alleg. §. sunt autem. Institu. de bono. possi. vbi generaliter videtur dari secundum tabu. omnibus iure scriptis: ergo & c. & mouetur alīs fundamentis, vt ibi per eum. Vide etiam quæ scripsit ad Barto. in l. fideicommissa. §. quoties. in fin. ff. de lega. iij. Secundo aduerte tex. in l. prima. iuncta gloss. ff. de bono. possi. ex testamen. mili. vbi ex testamento, licet imperfecto datur secundum tabu. ergo idem in casu nostro. Sed hic argumenta cessant, quoties filij non essent scripti, sed nuncupati: quia est approbatum a iure ciuili: certè & superueniens casus debet extendi ad casum nostrum, ex quo etiam forma huiusmodi testamenti, & similium, est approbata a iure ciuili, & tantum hic operatur numerus testium requisitus, quantum ibi septem: ergo & c. Et pro hoc videtur facere glos. in l. sed cum patrono. §. fin. in fine gloss. ff. de bonorum possessio. An autem iste text. haberet locum in filio legitimato, vide Bald. in cap. de causis. colum. penulti. in fi. de offic. delega. & vide Ias. in d. l. secunda colum. ij. Et an habeat locum in filijs naturalibus tam in testamento patris, quam matris, vide Areti. in §. item furioſi. colum. ij. & se. Institu. eodem. & in l. qui testamento. ff. eodem. Et an iste text. habeat locum quando præcessisset aliud testamentum, maximè a cæco factum cum clausula derogatoria, vide Soci. consilio. clxij. col. ij.

l ✠ P. PAV. P. ¶ Ex imperfecto. Iste textus procederet etiam in filijs legitimatis, vide Ias. in l. ij. de vulga. & pupil. Item quod etiam si non apparet de rogatu notarij, valeat, tenet Cardina. in consilio cxxxij. in ij. colum. An autem in testamento impuberis sufficerent testes fœminæ, vide Barba. in capitu. relatum. el j. colum. xxj de testamen. Item an dispositio huius §. procedat in patre naturali, vide Bald. singulariter decidentem quod sic in l. parentes. ff. de in ius vocan. quam fortè legit cum præcedenti. & Bald. in l. humanitas. C. de natur. lib. & Alexand. hic, & Areti. de quo habes ad Barto. in l. fin. C. famil. ercisc. de tutore dato in testamento imperfecto, vide Alexand. consilio cxl. Quod etiam in testamento patris inter liberos requiratur titulus institutionis, vide Alexand. consilio ccccxlix. in pen. col. declara hoc vt per Alexand. consil. clxxvij. vol. v. col. ij. quem omnino

vide. Item iſtum tex. dũ loquitur de admiſsione extraneæ perſonæ, limitæ vt per Alexan. conſi. ccccexciij. in iij. colum. Item nota quod in ſubſtitutionibus admiſsio vnius perſonæ faciat vt ſubſtitutus non excludatur, alias fuiſſet excluſus, vi de domi. Franciſ. in conſi. liij. in penul. colum. Item an in teſtamento patris inter liberos ſint omiſſæ omnes ſolennitates iuris ciuilis, & ſeruetur merum ius gentiũ, vide Roma. conſilio clxxix. in ij. & iiij. col. & ibi etiam in v. colũ. dicit diſpoſitio nẽ huius §. procedere in matre. Et quid in patre adimetur. Et in vj. colũ. ſignanter dicit diſpoſitio nẽ huius §. non procedere, niſi pater omnibus æqualiter prouideat, de quo per eũdẽ cõſi. ccclxxxv. Iuẽ illud, quod dicitur de admiſsione extraneæ perſonæ, limitanis adeſſent quinq; teſtes, q; ſufficerent ad probandum legatum, vide ſingulariter Pau. de ca. conſil. cxlvij. circa princip. Circa tamẽ illud, qđ dicit Roma. ſ. q; debeat diſpoſitio eſſe æqualis inter liberos: alias non procederet iſte §. contrarium ſentit expreſſe Com. conſil. cxiij. in j. col. in verſi. pro parte affirmatiua ibi, nec prorſus eſt eadem ratio, dum allegat iſtum §. ex imperfecto & ſi. ſ. fami. ercis. vide moder. hic, & Decium conſil. cv. colum. vlti. vbi etiam ponit qđ iſta regula non procedat exiſtente nullo teſtamento ex prætermitione alicuius ſolennitatis. Et q; iſte §. habeat locũ in legitimato, vide Bald. in c. de cauſis. in pe. colũ. extra, de offic. delega. Item an teſtamentũ inter liberos dicatur ad pias cauſas adeo vt gaudeat piæ cauſæ, vide do. Anto. diſputantem & cõcludentem q; non, niſi reſpectu legitimæ conſil. xxv. in j. & ij. colum. prope finem, quomodo intelligatur illud, Qui vult eccleſiam inſtituere, & filium exhæredare quærat alium pro cõſilio quam Auguſtinum. Et quantum ad legitimam q; ſunt magis priuilegiati liberi, quàm pia cauſa, circa iſta vide q̃ habes poſt Bart. in l. ſi quis ad declinandã. ad ſi. ſ. de epiſ. & cle. Itẽ q; inter liberos non valeat teſtamentum nutu conditum, licet valeat ad pias cauſas, vide Iaſo. in l. licet. col. ij. C. de procura. Et q; non valeat etiam inter liberos, niſi probetur voluntas ſeu ſcriptura, ſaltem per duos teſtes idoneos: & q; non valeat, ſi ſcriptura non habeat diem, vide Panor. conſilio xcviij. volu. ij. vide late Barba. conſil. lviij. volumine iiij. Quomodo valeat teſtamentum imperfectum ratione ſolennitatis vel voluntatis inter liberos, & quid ſi non ſit lectum, vide ad Barto. in l. ſi is qui. ff. de teſta. & in l. fideicommiſ. §. quoties de leg. iij. An autem diſpoſitio huius §. & authen. ſeq. locum habeat, vbi eſſet inſtitutus filius ex filia, ſtante cõi vſu loquendi, q; appellatione liberorum vel filiorum non comprehendatur filius ex filia, vi de Barba. q; non, conſi. lxxxviij. col. ij. & ſeq. vol. iiij.

1 h. d. Teſtm̃t imperfectũ rõne ſolennitatis valet quo ad liberos tantũ [a], h. d., Teneas bene menti hũc §. quòd imperfectũ teſtm̃ inter filios valeat. Facit de iu. deli. l. ſi ſuus. Opp. ff. de cõfir. tu. l. qui à patre. Solu. dicũt quidã hãc ſcripturã teſtamenti imperfecti eſſe codicillũ, nõ teſtamentum, Truffa eſt. glo. dicit, illa l. qui à patre, corrigitur per hanc l. & per l. inter omnes. ſ. fami. erciſc. Idem videtur gl. in l. ij. ſ. de confir. tut. Contrarium videtur tenere gloſ. ſ. de teſt. tutel. l. j. in gloſſ. magna. & illa eſt vera, q; illa lex non corrigatur. Nam tutor eſt extraneꝰ: & priuilegium filiorũ nõ debet redũdare in præiudicium tutorũ. vt l. impuberi. ff. de adminiſtra. tuto. Item op. de l. peto. §. mater. ff. de leg. ij. Solu. vera eſt illa quòd ibi teſtamentum erat imperfectum in oĩbus, præterq; quo ad dationẽ tutoris.

2 Quæro circa iſtã not. §. quid † ſi teſtm̃ alia ratione, quàm ex defectu ſolennitatis eſſet imperfectum, vt puta quia antequã cõpleuerit, ſuperuenit furor, vel mors, vt ſ. titu. j. l. furioſum. Rñd. tunc non valet [b] aliquo modo. Ita determinat glo. in l. ſi is q; teſtm̃. ff. eodẽ. Si ergo teſtator nominaſſet hæredes filios ſuos, tamen antequã teſtm̃ compleretur, ſuperuenit furor: certè tale teſtamentum non valebit: quia teſtamẽtũ deficit ratione voluntatis [c] imperfectæ, nõ ratione ſolennitatis omiſſæ. † Quæro, iſtud teſtm̃ imperfectum inter liberos qualiter debet probari. Rñ. duobus teſtibus, maribus vel fœminis [d], non curo, ſufficit hoc p̃ bari. Et no. j. proxi. auẽ. Facit. ſ. famil. erciſ. l. fi. probatur per rõnẽ. Cùm eñ ſolennitas iuris ciuilis, quantum eſt inter liberos, ſit remota, remanet in priſtino iure gentium, ſecundum q; in ore duorum, vel trium ſtat omne verbũ: nec diſtinguo marem à fœmina. Item debetis intelligere hanc materiã. Facit quod dixi de teſtamẽ. mili. l. milites.

1 *An probet inſtrumentum, in quo notarius poſuit x. pro decem & c. pro centum.*

e f QVod ſine. [e] Iſta authen. habet ſe ad §. [f] iſtum determinando, ſeu corrigendo eũ in teſtamento facto in ſcriptis. Quæro qualiter ſe habet iſta auẽ. ad §. ex imperfecto. Quidã dicunt q; iſtũ §. corrigit ex toto. Gloſſatores noſtri dicunt q; qñ teſtm̃ fit ſine ſcriptis, in nullo immutatur p̃ hanc auẽ. Sed qñ in ſcriptis immutatur; immutatur enim in duobus, quia requiritur teſtatoris ſubſcriptio, & põt legari extraneis. Quæro qũo iſta auẽ. ſe habet ad authen. ſi mõ. ſ. fa. erciſc. Gl. dicit & bene: q; cumilla

1 continuatur. † Quæro, qñ notarius facit aliqđ inſtrm̃, & in eo ponit p̃ cẽtum literã c. p̃ decem literã x. & ſimilia. hic q̃rit vtrũ iſtud inſtrm̃ p̃bet. Hic vĩ caſus q; nõ. Pro hoc etiã vĩ caſus in l. ſed cum patrono. §. fi. ff. de bono. poſ. Ad idẽ facit in ſecunda cõſtitutione ſ. ante fi. vbi dicitur q; iſti liberi debẽt ſcribi p̃ literam extenſam, nõ per ſigna. In contrariũ videt caſus in l. quoties. §. ij. ff. de hære. inſtit. Breuiter iſta eſt veritas. Quædam ſunt notæ inuſitatæ, & incognitæ [g] & per iſtas inſtrumentũ nõ probaret: vt d. l. ſed cũ patrono. §. fi. ff. de bono. poſ. Exẽplum videmus in notarijs, qui faciunt vnum ſignum, quod importat nomẽ ſuum: & hoc faciunt in vna litera alijs intermiſsis. Aliud exẽplũ in duabus literis ff. deſignatur digeſtum. Si verò eſt ſignũ conſuetum, vt pro cẽtũ ponatur vnũ .c. & ſimilia, dico tunc q; tale inſtrumentũ probaret, vt d. l. quoties. §. ij. de hære. inſti. Fallit in caſu iſtius auth. Itẽ fallit in libris iuris ciuilis, qui debent ſcribi per congeriem literarum non per ſigna: licet hodie nõ ſeruetur: vt in dicta conſtitutione ſ. de emen. Iuſti. Co. &c.

quando eſt ſcripta manu teſtatoris. in authen. q; ſine. ſ. eod. & ibi Bald. & Paul. de caſt. Qñ autem eſſet ſcripta alia manu, quàm teſtatoris. Bald. & Pau. vbi ſ. tenent cõtrarium. Dicit Alexan. poſſe ſaluari Bart. qñ per duos teſtes poſſet p̃bari, quòd eſſet ſcriptura teſtatoris, iunctis his quæ proximè ipſe eſt dicturus. Tu vide Bald. in terminis conſi. cccxvj. volu. ſeq. Barto. idem voluit Abb. conſi. clxvij. ij. libr. dũmodo contineat diem, & nomẽ principis. Ita dicit tenere Bald. in authen. q; ſine. & vide quod Bald conſi. lxx. ij. li. conſuluit, q; ſi teſtator aſſeret inter liberos, ſe certo modo teſtatum, qđ illa verba probant teſtamẽtum. an autẽ hæc lex habeat locum in liberis naturalibus. Specu. tenuit q; ſicut. de inſtit. edi. §. cõpendioſe. verſi. quid ſi pater. argu. l. naturali. de confirma. tut. Idem tenet Paul. de Caſtr. hic, quia ſatis rationabilis opin. & idẽ Pau. in l. fi. ſ. fami. erc. Ro. conſil. cxxix. ange. dicit q; oẽs do. Bon. no. cõſuluerunt cõtrariũ Bald. tenet quod in patre nõ habeat locum diſpoſitio huius legis, in matre ſic, niſi ſit illuſtris. Idem tenet Alexand. tũ vt refert Roma. in dicto cõſil. clxxix. Bald. an l. ſi qua illuſtris. ſ. ad Orfi. & in l. humanitatis. de natu. libe. & in l. fi. ſ. de cõfirma. tut. tenet qđ etiam habet locũ in liberis naturalibus ſimpliciter. An autẽ filius in minus ſolenni voluntate poſſit parentes inſtituere, Specul. q; non, eo §. ver. quid ſi filius. Et q; teſtamentum imperfectũ ratione voluntatis non valeat inter liberos, conſuluit Abb. conſil. cv. ij. lib. Vide tamen in quantũ dictũ fuit. ſ. q; hic §. habeat locum in liberis naturalibus, qđ voluit Specu. in tit. de ſtatu

mo. verſicu. ij. An autem valeat pupillaris ſubſtitutio in teſtõ imperfecto, vide Pau. de caſt. cõſi. cclij. & ibi tranſit cũ Bart. in ij. ff. de vulg. & pup. An autẽ mutus teſtari poſſit pater inter filios: Ange. tenuit q; non, ſi valet loqui: cõſilio cclvij. An autem teſtamentum primum ſolenne, in quo teſtator filiam vnam vniuerſalem hæredem inſtituit, & alteri fecit legatum, & in eo appoſuit clauſulam: quod ſi ſecundum faceret, voluit nullius eſſe momenti, & ſecundo facit teſtm̃, in quo filias prædictas æqualiter inſtituit, & probatur per quinq; teſtes quòd primum reuocauit. ſit primum reuocatum. Ro. conſuluit q; ſic, conſi. cccclxxxvj. vbi de hac materia. & per Bal. cõſi. cclxv. & cccxxij. ij. li. & cõſi. xxij. & cõſil. ccxlij. ij. volu. & conſi. lxx. & cxcvij. iiij. vo. per Old. conſi. cxix. per Alex. cõſi. clvj. ij. vol. & cõſi. cxxiij. j. volu. & cõſi. cxxv. ij. volum. & cõſi. lxxvj. iij. volu. q; Pau. de ca. conſilio clxxxix. & ccclij. Adde etiam ſecundum Pau. de Ca. cõſi. cciij. q; ſi teſtator infirmitate grauatus, vocatis teſtibus & notario, faciat ſcribere ſuam voluntatem, & de parte in partem notarius ſibi legat audientibus teſtibus vſq; ad hæredis inſtitutionem incluſiue, & ſic ponat annum, menſem, diem & actum, &c. & cum vellet relegere teſtator expirauit: & dicta ſcriptura non reperiatur in protocollis notarij, quod per teſtes probari poterit.

a ☙ P. P A V P. ¶ Ad liberos tm̃. Iſta diſpoſitio nõ procedit in casu teſtante non ſeruata ſolennitate, de qua in l. hac conſultiſsima. ſ. titu. j. Item non procedit vbi præceſsiſſet aliud teſtm̃ inter liberos, vide Com. conſil. cxij. incip. & ſi teſtõr.

b ☙ P. P A V. P. ¶ Non valet. Quid autem in pia cã, an valeat teſtm̃ imperfectum ratione voluntatis, vide Pau. conſi. cc j. circa fi. & cõſi. cccl xvij. Et an diſpoſitio huius §. habeat locum in pia cauſa, vide Panor. conſi. xj. in vlt. colum. & vide omnino in repetitione l. cum acutiſsimi. in xlvij. colũ. C. de fideicom. Item quòd valeat teſtm̃ inter liberos ſine recitatione cum tribus teſtibus, vide Pau. conſilio cccl xvij. & cccl j. in princ. Et ibi etiam ponit an in tali teſtamento poſsit fieri ſubſtitutio pupillaris, an verò requirantur quinque teſtes, prout in §. ſi quis autem. Et circa illud, q; dixi de imperfectione ratione voluntatis in pia cauſa, vide Barba. in repe. l. cum acutiſsimi. in iiij. colum.

c ¶ Ratione voluntatis. Adde quod facit ad quæſtio. quod ſi teſtator ſcripſit in ſchedula totam voluntatem ſuam, in qua filios inſtituit, fortè in diſparibus. Item extraneis fecit legata, deinde in capſam repoſuit ipſa non lecta, quod valet, quia eſt perfecta ratione voluntatis, licet non ſolennitatis. Ita tenent Guliel. de cu. Bal. Salic. Barto. in l. is cui. ff. eod. & Barto. in l. fideicom. ff. de le. ij. & eſt tex.

d ☙ P. P A V. P. ¶ Fœminis. Quod autem debeant eſſe teſtes idonei, vide Alexan. conſi. cccxl. ad fi.

e ☙ P. P A V. P. ¶ Quod ſine. Nunquid autẽ in iſta ſcriptura ſperfecta, in qua pater teſtatur inter liberos, requiratur expreſsio anni, mẽſis, diei & loci, vide Cur. in ſolut. l. admonendi. in lxij. colum. de iureiur. Et de materia huius authen. vide Alexan. conſi. cxxvij. in ij. & iiij. colum. latiſsimè conſilio cccxliij. Et vide circa iſtam materiam latè Barba. conſi. lxxxvij. colum. ij. & ſeq.

f ☙ P O M A T E S. ¶ Habet ſe ad §. In tex. ibi: & tempus & liberorum. Ad huiuſmodi autem declarationem vide Alexand. in conſilio lxiiij. alias lxxvj. incipiẽ. ponderatis. in ij. volumi. vbi allegat rextum. in §. illud. in authentica, quibus modis natu. effi. legi. Sed certè hic allegatur aliter intelligi textus. qui de ſolo tempore facit mentionem. Ad iſtam authenti. vide Alexand. conſilio cxxiij. colum. ij. in primo volumi.

g ☙ P O M A T E S. ¶ Et incognitæ. Iſtud fallit in inſtrumento, ſeu teſ

stamento militis: quia licet sit scriptum per ziphras inconsuetas: tñ valet, & tenet, dummodo intelligatur. Ita Ang. in l. Titius. vbi est tex. ff. de testa. milita. Glo. Rom. in repetitione authen. similiter. cxvij. speciali, piæ causæ. j. ad l. Falcid. Adde Alexan. in consi. clij. col. j. in fi. in ij. vol. & Barba. in c. cùm accessissent. co. iij. de cõ stit. & Nico. c. cũ tu. in fi. col. j. ĩ primo notabili. eod. titulo.

POMATES.

a ¶ Hoc inter liberos. De intellectu huius auth. Barb. in consil. ij. col. ij. in j. vol. Item vide Alex. in consi. cxlvj. col. ij. & iij. in ij. vo. & ĩ. cõsi. cv. in iiij. volu. in iij. colum. & Barb. consi. ij. volu. j. col. iiij. volu. ij. Alexã. col. j. volu. ij.

P. PAV. P.

a ¶ Hoc inter liberos. Circa istã authen. an procedat quando primũ testñ est nuncupatiuũ, vide late Barba. consi. ij. in j. col. & quasi per totum in j. parte. Pro limitatione & declaratiõe huius auth. vide Alexã. cõ. dxciij. in v. col. & se. Itẽ de materia huius auth. an procedat tã in prolatione particulari, quã totius, & an procedat in filijs, qui reputantur extranei, & de qbusdã alijs vide Roma. consil. clxxix. in v. & vj. colum.

POMATES.

b ¶ Fieri corã septẽ testibus. An in hoc requiratur rogatio testiũ Rom. in repeti. auth. similiter in xj. speciali, piæ causæ. in vltimis volũtatibus. C. ad l. Fal. Barto. consi. xxxij. col. vj. in j. vol.

c ¶ Si qs aũt. Ad intellectum huius §. vide Alexan. cõsi. cxlvj in ij. volum. Roma. cõsilio cccvj.

P. PAV. P.

d ¶ Per subsequẽs. Nisi primũ esset interliberos: quia per secundum imperfectũ non tollitur, etiã si in eodẽ instituantur filij: vide Cõ. consi. suo cxij.

P. PAV. P.

e ¶ Testes affuerint. An autem dispositio huius §. q̃ per secũdum imperfectum tollatur primum, habeat locum, si secundum esset imperfectum ratione alterius defectus, quã numeri testium, puta rogitus notarij & testium, et similes, vide Roma. consi. cccvj. Nũquid aũt secũdũ testm̃ ad pias causas cum duobus testibus, tollat primum etiam ad pias causas solenne, vide pulchre consilio. cccl xvj. Nunquid autem secundum imperfectum, in quo sunt instituti venientes ab intestato, tollat primum solenne, in quo fit instituta pia causa. vide Panor. consilio xj. in ij. colum. Et de materia huius §. vide etiam Ioan. consil. clxxix. in v. & vj. columna.

f ¶ Iudice. Quod limita vt hic per Alexan.

g ¶ Vltimo. Adde quod idem tenet Paulus de Castr. hic, Fulg. etiam dicit quod cõtra Bartolum non auderet iudicare: quia opinio Barto. fauet voluntati testatoris. Idem tenet Rapha. Cu. in l. prima. & ij. de iniusto testamen. & Francis. Tigri hic Baldus & Salice. in l. filij. suprà fam. ercisc. und. tenent contrarium, latius hoc vide per Alexand.

Hoc inter liberos.

a Ita auth. inducit̃ per gl. in ar. ad re scripta. q̃ nõ valẽt, nisi ĩ eis expresse dicat̃. Tali lege non obstante. qđ no. ĩ l. fi. §. si cõtra ius vel vti pub. & ibi plenè per docto.

Per nuncupationem.

Hastis. §. de testamento in scriptis, nunc prosequitur de testamento nuncupatiuo. Testamentum nuncupatiuum, debet fieri coram septem testibus b, voluntatem testatoris audientibus. h. d.

☞ *Testes deponentes de reuocatione testamenti, debent coram testatoris iudice deponere.*

1 *Testamentum secundum imperfectũ ratione præteritiõis, quando tollat primum, remißiuè.*

2 *Substitutio pupillaris directa facta in testamento de extraneis, q̃ reuocatur in codicillis, quãdo sunt substituti uenientes ab intestato.*

Si quis autem.

c Hic est nota. §. testamẽtum perfectum nõ tollitur per subsequẽs d imperfectum, nisi in eo fuerint scripti venientes ab intestato, & quinq̃ testes affuerint e. h. dicit. Op. q̃ idem de iure antiquo: vt ff. de iniust. rup. & irri. test. l. ij. Sol. Istud ibi fuit additũ à cõpositoribus noui iuris. Secundò opp. de l. eius militis. §. fi. de testa. milit. Sol. Fateor q̃ sicut est hic, q̃ testamẽtũ pfectum tollitur per imperfectũ ita sunt etiã quidã casus olim, & etiã hodie: vt l. sancimus. j. e. qđ dic vt in gl. Item opp. de l. hæreditas. j. de his qui. vt indign. Solu. Ibi primum testamentũ non tollitur, licet hæredes reputent̃ indigni. Itẽ opp. de l. cũ qdã. ff. de his q. vt idi. Sol. Dic vt ibi. Item opp. de l. pen. §. fi. ff. de cõdi. inst. Sol. dic q̃ ibi testator cogitauit in vanum. Quæro, dicitur hic, q̃ quinq̃ testium depositiões, &c. Quæro. nũquid sufficiat q̃ dicti testes deponant coram notario? †Glo. dicit q̃ nõ: sed est necesse q̃ examinentur coram iudice f. Dicit enim text. testibus, nõ testimonijs esse credendũ: vt l. ij. §. idem diuus. ff. de test. vide gl. tuã no. & claram, quã no. perpetuò, & tene menti. Circa istum. §. q̃ro duo. Primò hic loquitur, qñ testamẽtũ est imperfectũ ratione solẽnitatis. † Quid si est imperfectum ratione præteritionis? Gloss. videtur velle quòd tunc primũ tollatur per secundũ, vt l. si filius qui in potestate. de liberis & posthu. In contrarium facit textus. in l. si duobus. §. si prius. ff. de contra tabu. Dic vt ibi. Vltimò g scias q̃ per hanc legẽ defendi semel vnã hæreditatẽ hoc mõ: † Testator filium instituit in testamento, & ei quosdam extraneos pupillariter substituit, demum in codicillis illam substitutionẽ reuocauit, & substituit venientes ab intestato: omnes sapiẽtes dicebãt, q̃ illa substitutio directa non potuit h reuocari in codicillis: ego dixi contrariũ h quia quando in codicillis sunt substituti venientes ab intestato, hæreditas data extraneis in testamento potest tolli. Casus est hic. Et si responderes, hic loquitur qñ voluit testari. quæstio nostra loquitur expresse quando voluit codicillari. Dico qđ nihil ad propositum, vt l. militis codicillis. i in prin. ff. de testa. mili.

Dictantibus.

f i Dictantibus, & testibus põt in testamento relinqui. h. d.

Consulta.

Insinuatio facta coram iudice incõpetenti, vel coram rectore ecclesiarum est ipso iure nulla. h. d.

Ambiguitates.

k Verborum ambiguitas, vel ordinis peruersio, testamentum non vitiat. h. d. cum l. seq.

In testamentis.

Testatoris prædictio testibus facienda tollitur hac l. hoc dicit.

Sancimus.

k Hæc est notabilis lex, & singularis casus. Testamentum perfectum nõ tollitur per imperfectum, nisi cursus decennij subsequatur. l h. d. Oppo. de bono. possess. secundum tab. l. pe. §. testamẽto. glo. ponit multas sol. Illa sol. est vera, q̃ ponitur circa fi. ibi vel loquitur ibi: cum testator &c. q̃ hæc loquitur quando testator venit ad actum verbi; illa quando testator venit ad actum facti.

l

Cum aũt.

Testator post testamentum manu propria scriptum hodie se subscribere non tenet̃. h. d.

1 ☞ *Non potens articulatè loqui est similis mortuo. Testamentum factum à balbutiente, qui antea erat expeditæ linguæ, non ualet.*

2 *Testamentum quando ualeat in ea parte, in qua solennitas fuit obseruata.*

3 *Si testator articulatè respondeat notario interroganti an uelit Titiũ esse suũ hæredẽ, quod sic, ualet testamẽtũ.*

Vbemus.

n Testator debet sua manu nomen hæredis scribere, vel eum voce propria testibus nunciare: quod in mus, miserere, sua manu: & deinde fecit aliud: & dixit illud velle prævalere cuiscunque alio testamento à quouis notario facto: quod per ista verba primum est sublatum, quia non figura verborum, sed sensus intellectualis testatoris est attendendus.

g P. PAV. P. ¶ Vltimo. Vide Alexan. consi. cclxxxix. in ij. col.

POMATES. ¶ Ego dixi contrarium. Hoc sequitur Alexã. consi. cxlvj. col. ij. volu. ij. & seq. & ibi etiam declarat istum tex.

i P. PAV. P. ¶ Dictantibus. Circa istam legem an habens causam generalem possit esse testis, vide do. Fr. consilio lxxxij. in pe. colum. Et de materia per eundem in l. qui testamento. in princip. de testa. Item an rector vel canonicus possit scribere in fauorem ecclesiæ vide Math. notab. lxxxij. Item p solutione ad l. omnibus. C. de testi. vide do. Nelium in tracta. de test. Et quid si oĩbus testibus esset legatũ, vide Soci. in l. si quis ita. in ij. notabi. de reb. du.

POMATES. ¶ Sancimus. Adde Alexã. cõsi. ciij. in ij. vol. Barb. Et de materia huius leg. vide Alexan. consi. xxxj. in ij. dubio. volu. ij. & cõsi. cv. in ij. volu. iij. Panor. consil. xj. in j. dubio. colũ. ij. & iij. vol. j. & Barto. consi.

P. PAV. P.

k ¶ Sancimus. Circa istam legem. quid si esset in secundo instituta pia causa, vide Alexan. consilio dxcuj. in ij. col. vide etiã pro declaratione huius legis Panor. ois no. cõsi. xj. colũ. j. Vis de late Barba. consil. lxxxix. volu. iij. col. j. & seq.

¶ Subsequatur. Testamentum ergo primum tollitur per secundũ, nisi in primo sit clausula derogatoria secundi: vt habetur plene in l. si quis in princip. testamenti. de lega. iij. q̃a de illa clausula est facienda mentio specialis. quod Bal. quẽ cæteri sequuntur, intelligit verum, nisi ex aliquibus coniecturis põt apparere q̃ voluit illud tollere, scilicet interuenit iusta causa: puta odium, vel inimicitia inter ipsum & institutum. Itẽ si iurauit secundum testamentum valere, item si ipsum fecit apud acta, itẽ si lapsum est decennium, & quali tercunq̃ aliter posset constare. Et ista dicit Pau. notanda: quia alibi non reperiuntur. Adde tu ad hoc quæ ipse Bal. cõsuluit consi. clxxv iij. iiij. volu. vbi testator dixit in primo vel le illud prævalere omnibus. nisi in secundo ect scriptus psalmus, miserere, sua manu: & deinde fecit aliud: & dixit illud velle prævalere cuiscunque alio testamento à quouis notario facto: quod per ista verba primum est sublatum, quia non figura verborum, sed sensus intellectualis testatoris est attendendus.

m POMATES. ¶ Cùm antiquitas. Nec etiam verba iniuriosa inserta in testamento, non vitiarent. Ita ampliat Alexand. in l. ij. in princip. ff. de liberis & posthumis.

n ¶ In l iubemus. in princip. Vide do. Pet. in c. ij. de constit. Ad quod allegauit istam l. & vide quæ dixi. Et pro gloss. ista vide Ludo. Ro. in consi. cccij. consuluit apud Delphinatum. And. Barb.

n P. PAV. P. ¶ Iubemus. Istud quod non trahatur lex noua ad testamen-

ta prius facta,ſi nulla ſingulariter vt per Felin.in c.fin.colum.ij.ad fin.de conſtitu. I.ſon hic.

a ☞ POMATES. ¶ Perpetuo tene menti. Vide Roma.conſi.cccv.

b ☞ P. PAV. P. ¶ Balbutiendo. An iſte non valens articulate loqui virtute tamen pollens ſcribendi,poſsit teſtari ad pias cauſas,vide Ange.Areti.in tract.teſtamentorum in ver. ſcimus per dei gratiã,Quid autem ſi dicitur alicui,ſi vis me hæredem inſtituere ſtringe mihi manũ: vide Felin.in c.in preſentia.in xx. colũ.ex. tra de proba. Barba. in rep.l.cũ acutiſſimi.in xliij.colũ.& ſe, de iudic. Itẽ an balbutiens & ſeminecis poſsit teſtari,vide latè Alexand.in cõſi.c. Vide text. in l.quoniã.ſ.eo.q videt velle contrariũ ejus quod notatur hic Bart.& videq; hiq & ibi ſcribunt.per Iaſ. & alios.Item q conſtitutus in extremis poſsit teſtari,donare,& adire, & alia facere, vide per Barb.in ru. C.qui admit. in xxj. colũ.& ſeq. Vide de conſtituto in articulo mortis, qui interrogatus an ita velit teſtari,reſpõdet ſic:an valeat vide Soc.in l.j.ſ.ſi quis ita.in j.not.ubi.de verb.ob.leg.vide Barto. in c.cũ tibi.in ij.colũ. de teſta.poſtea in vj. colũ.& ſeq.ponit an valeat teſtũ ſi dictũ ſit. ſi vis me hæredẽ facere, ſtringe mihi manũ,vel quid ſimile.& an ad pias cauſas ſaltem ſtatim valeat inſtitutio hæredis metu ſolo facti, vide ẽt Barb.in cõſi. xliij.volu.ij.vbi etiã ponit quid inter liberos & an poſsit metu revocare primum teſtamentum. maximè inter liberos.Item an conſtitutus in extremis poſsit teſtari,& in teſtem examinari.& an cum duobus teſtibus poſsit codicillari,vide q Barba. in ca. Raynutius.in j.colũ.& ſeq.de teſta. vbi q̃dam alia de cõſtituto in extremis. Et vide eum late in conſi.xliij.volu.ij.de eo,q interrogatus reſpondit q ſic,qui nõ poterat articulate loqui:& de conſtituto in extremis, qui poſsit prædicta & alia habere,vide Decium in c.ſi pro debilitate, col.j.de offi.dele.

c ¶ Articulate. Adde qđ Angel. dicit hoc etiam verum inter liberos:qa licet ſit remiſſa ſolennitas teſtium,vt in ſ.ex imperfecto.non tamen eſt remiſſa ſolennitas voluntatis teſtatoris,quæ debet exprimi per ſcripturam,vel per loquelam claram. Alleg.l.in fraudem.ſ.j cum ibi no.ff.de teſta.mili.In relictis autem ad pias cauſas,dicit dominus Alexan.q magis cõis eſt opi.q non habet locum hæc lex per glo.in c.cũ tibi.per illum tex.ſecundum vnum intellectum extra,de teſt.quã cõiter ſequuntur doc.& Bald.in l.ij.ſ.de ſacroſanc.eccle.& Imo.in l.captatorias.ſ.de teſta. mil,tamen dicit quòd Bald.& Ang.hic & Pau.de caſt.in l.& in epiſtola.j.de fideicom.tenent contrarium,in alijs ſtat firma concluſio gloſſ.quod ſufficiat teſtatorem reſpõdere ad interrogationem notarij,ſi articulate loqui poteſt. Quod etiam ſequitur Bald. Ang.Salic.hic,& Fran.Tigri.& Ioã.And.in tit.de teſta.ſ.j.ver.quid ſi is.Imol. & Anto.de Butr in d.c cum tibi.Roma.in l.j.ſ.ſi quis.de ver.ob.& in cõſ.cccvj. vbi dicit quod ſingulariter hæc ſunt limitanda ſecundum Ioan.And.in loco prælleg. niſi aliquis de teſtatoris voluntate informatus,vel prudenter meditatus, qui illic agendum eſſet,fecerit ſcribi teſtamentum,vt ipſe voluerit,quo ſcripto notarius legit inſtitutionem hæredis. & teſtator reſpõdit q ſic.Tũc eñ talis inſtitutio eſt invalida: quia iſte modus teſtandi non eſt inuentus a iure,& ſic ſuperfluitio improbat eſt illum inuenire. de transla. præla.c.ij.in verſicu.& quod non eſt.Hoc idem tenuit Pau.de Caſtr.conſil. cccxvj.& Bald.cõſi. x.iiij.lib.& cõtra op. Alexan.q teſtũ rõne voluntatis imperfectæ non valeat inter liberos, nec ad pias cauſas, tenet Abbas cõſi.cv.inci.caſus talis proponitur. vbi alleg.Petr. de Anch. in ij. de teſta. dicere quod ſi teſtator incœpit pauperes inſtituere, & ſuperuenit frenetis,ita q teſtamentum non potuit perficere,q nullius momenti eſt teſtamentum. Eſt in ſecunda parte conſiliorum.

d ☞ P. PAV. P. ¶ Nomina hæredum. Vide Alex. conſi.xij. poſt med.& conſilio lxxiij.in ij.col.& cõſ. clxxxiij in ij.col. & late conſi.xl.vide oĩno Roma.diſtinguẽtẽ cõſi.cccvj.circa finem. Vide omnino Paul. multipliciter loquentem, conſilio cccixviij. Vide etiam Ang.de Areti.in tractatu teſtamentorũ. in glo.in verbo.item reliquit Titio centũ metu.

e ¶ Productæ. Melius dicas ex vereto exemplari, & tunc ſiquidem tabulæ nũquam fuerũt in iudicio productæ.& tũc bene dicit gloſſ. Aut fuerunt productæ: & tunc idem quod in primo poteſt &c. Alexã.Loſæus.

f ¶ Vltimo. Adde poſt Pau.de caſt.Bald.& Alexan.plene Oldra. qui voto tuo ſatis faciet,circa hoc conſil. clxiij.incipien. circa materiam propoſitæ quæſtionis,& aliqd per Bald.conſi. c. iij. volumi.

g ¶ In l.& ab antiqs, vide pro l.Barto. in conſil. ccxliij.incip. ſecundum conſuetudinem Venetiarum And.Bar.

g ☞ P. PAV. P. ¶ Et an antiquis. Aduerte circa hanc legem quod licet per eam diſpenſetur de numero teſtium: non tamen diſpenſatur circa idoneitatem, ideo fœminæ non admittentur, vide Alexandrum conſilio ducenteſimodecimo ſecundo in ſexta columna & conſilio trecenteſimononeſimo,in tertia columna.Item an in caſu huius legis teſtamentum ſit nuncupatiuum: an in ſcriptis, vide Angel. Areti in tracta.teſtamen in gloſſ.in verbo,ſiue teſtamentum nuncupatiuum. in iij.columna.& ibi etiam in.colum.ſequen.multa alia ponit circa materiam huius legis.

h ¶ In comitatu. Adde ſecũdum Alex.Bal.& Sali.ſe.ſuũtur Cy.qa rõ finalis huius in l.

teſtamentis per hanc legem[3] condendis locum obtinet.h.d. No.ex hac l.& perpetuò tene menti[a] †q̃ille, qui non põt articulatè loqui, mortuo eſt ſimilis. & ideo cũ teſtator loquitur balbutiendo[b], cũ primo fuerit homo rectæ linguæ, ſi facit teſtamentum, non valet, Et ſemel faciebam exceptionem ad impugnandũ quoddam teſtũ,quod erat factum ab eo,qui non poterat articulatè[c] loqui. Ideo tene menti: quia eſt melius quàm habeamus in hac lege. Dicitur hic q in ea parte, in qua fuit ſolennitas obſeruata, valet teſtamentum nõ in alijs:nõ facit cõtra.ff.e.l. ſi is q teſtm. Glo.ſe inuoluit.† Veritas eſt iſta, qñq teſtamentũ in aliqua parte deficit ratiõe voluntatis imperfectæ: vt puta teſtator voluit nõminare tres hæredes: incœpit, & nominauit vnum,poſtea aliũ, anteq̃ nominauit tertiũ, expirauit: tunc teſtamentum non valet in aliquo: vt ſ.tit.j.l. furioſum. Quandoq̃ volũtas perfecta fuit, qa teſtator fecit quicquid voluit:tñ in certa parte fuit omiſſa ſolennitas: tunc teſtm̃ valet in iſta parte, in qua fuit ſeruata ſolennitas;vt hic. Item op. & videtur, q vltima voluntas poſsit fieri nutu: vt ff. de lega. iij.l. nutu. Solu. Hic in inſtitutione ibi in legatis. Quærit glo.†quid ſi notarius exprimat nomina hæredũ[d], & teſtator reſpondeat: & dicat ſe velle eſſe hæredes, an valeat,Glo. videtur dicere q ſic. vide gl. Doc.dicũt q iſta glo. dicit verum in teſtatore, qui articulatè poteſt loqui, alias non,vt hac l. Vltimò, q hic dr̃ de hac ſubſcriptione, corrigit̃ per hanc authenti.

1 ☞ *Si teſtator incidit ſigna teſtamenti,an teſtamentũ tollatur ipſo iure,uel ope exceptionis.remißiuè.*

2 *Si inconſulto ſunt inciſa ſigna teſtamenti,quando teſtamẽtum remaneat ualidum,& ex eo hæreditas adiri poſsit uel bonorum poſſeßio peti.*

3 *Quando teſtamentum irritatur per inciſionem, cui hæreditas debeatur.*

NOſtram. prouiſionem. Si ſigna ſunt inciſa teſtatore volente, rumpit̃ teſtm̃: al's remanet validũ.h.d. Opp.nuda†voluntate nõ tollitur teſtm̃: vt l.ſancim⁹.ſ.e. ſed hic dr̃ cõtrariũ, qa in ſcindẽdo ſigno, tollitur teſtamẽtũ:quare malè. Sol. quidã dicunt q, non tollit̃ ipſo iure, ſed ope exceptionis,vt hic in prin.gl. Tu dic q hic peruenit ad actũ facti: ibi peruenit ad actum verbi. An aũt iſto caſu tollatur ipſo iure, vel ope exceptionis? dic vt d.l.j.ff. de his quę in teſtõ delẽ. & l. ad teſtium.ſ. ſi ſigna. ff.eo. Opp. dicunt hic,†quod inciſis ſignis inconſulto,teſtamẽtum remanet validum cõtra.ff. de bonorũ poſſeſsione ſecundum tabulas.l.j.ſ.ſemel.& ſ.ſi linum. Solu. dicit gl.fateor q nõ poteſt peti bonorum poſſeſſ.ſecundũ tab.vt in contrario.ſed bene poteſt adiri hæreditas de iure ciuili: vt hic. Tu dic, aut nomen hæredis non eſt deletũ, & tũc põt adiri hereditas; & peti bo.poſ.de iure p̃torio, vt hic & l.j.ſ.ſi linũ.ff. de bo. poſ.ſcdm tab. Aut nomen hæredis eſt deletũ;& tunc ſi q̃dẽ tabulæ nunquã in iudicio fuerunt,productæ[e] idem,qa põt peti bono poſ.ſecũdũ tab.vt l.j.ſ.ſemel.ff. de bo. poſ.ſecũdũ tab.al's põt adire de iure ciuili: vt hic:non tñ põt peti ſecundũ ta.vt in cõtrario. Vltimò[f] quærit glo.qñ teſtm̃ irritatur, per inciſionẽ, cui debetur hæreditas.Gloſſ.hic diſtinguit: aut teſtator incidit vt decedat inteſtatus:aut quia reputauit hæredes indignos:aut dubitatur. Primo caſu, venit ad venientes ab inteſtato: ſecundo,ad fiſcũ.tertio,idẽ.quia in dubio venit ad fiſcũ.ita dicit glo.quã vide.Idẽ videt tenere glo.in l.cãcellauerit.de his quæ in teſtamẽ.delẽ.quã glo.Dy.reprehẽdit,& oẽs doc.illũ ſequunt̃:q in dubio nõ videatur reputare hæredes indignos. & ſic admittunt̃ venientes ab inteſtato. Eſt etiam alius caſus, quando teſtator incidit teſtamentũ volens decedere cũ primo teſtõ: q dic vt l.qui ex liberis.ſ. teſtamento. ff. de bono.poſ.ſecundum tabu.

1 ☞ *Iſta lex habet locum in teſtamento in ſcriptis, & in nuncupatiuo.*

2 *Ciuis teſtãs in comitatu,an teſtetur corã q̃nque teſtibus.*

3 *Statutum q quilibet Peruſinus poßit facere teſtamentum coram quinque teſtibus,non cõprehendit forenſem.*

4 *Statutum, uel conſuetudo quod teſtamentum fiat coram minori numero ſeptem teſtium,an ualeat.remißiuè.*

5 *Lex generalis,quod tollat conſuetudines ſpeciales.*

g TAb antiquis.[g] Permiſſum eſt ruſticis facere teſtm̃ coram q̃nq̃ teſtibus,ſi plurium copiam habere nõ poſſunt. h.d.hæc bona lex.† Quæro,vtrum iſta lex habeat locum in teſtamento in ſcriptis,& nũcupatiuo? Gloſſ.dicit q ſic, & ita obſeruatur cõiter;licet glo.aliud videat̃ ſentire. in l.qui teſtõ.ſ.ſi.ff.eo. Circa hãc legẽ†q̃ro,ſi q̃dã ciuis fecit teſtm̃ in comitatu vtrũ poſsit teſtari coram quinq̃ teſtibus.d.Cy. hic videt̃ dicere,quòd ſic.Iaco.de Aret. diſputauit quandam quæſtionem,in qua determinat contrarium:quia tex.eſt in l.conficiuntur.ſ.j.de iure codicil.Hoc etiam probatur ex iſto text.ſi bene aduertatur, hic non conceditur priuilegium loco,ſed perſonis in loco, hoc eſt, ruſticis in comitatu[h].Si enim nõ eſſent ruſtici, non haberent priuilegium.Itẽ ſi eſſent ruſtici, & nõ ſtarent in comitatu,non valeret teſtamentũ.& vide tex. & iſtũ tex. pondero multũ

3 in l. cunctos populos. de ſum. tri. & fi. Et ideo ſi ſtatutum †dice ret hic, ꝙ quilibet Peruſinus poſſet facere teſtamentum coram quinq; teſtibus: & faceret hic forenſis teſtamentum taliter, nõ valeret: quia ſtatutum eum non comprehendit. Secus ſi dice ret, ꝙ quilibet poſſet hic facere teſtamentum coram quinq; te ſtibus. De quo dic vt d. l. cunctos populos. Item hæc lex facit
4 pro †ſtatutis, ꝙ teſtamẽtum coram quinq; teſtibus, vel paucio ribus valeat. Nam hic erat conſuetudo, ꝙ non valeret, niſi ap probaretur per hanc legem: vt hic vides in tex. Non poteſt er go induci per conſuetudinem, vel legem, quod liceat teſtari co rã pauciori numero teſtium, quã ſeptem. Iac. de Aret. diſputa uit cõtrarium, & determinauit in l. cunctos populos. & ad hãc
5 l. reſpondet. Dic vt ibi. Item facit hęc lex †, ꝙ hæc lex generalis tollat conſuetudines ſpeciales locorum. Nam leges præceden tes, quæ dicebant teſtamenta fieri coram ſeptem teſtibus, tolle bant conſuetudines ruſticorum: niſi per hanc legem eſſent re ſtituti. Ad idem l. iĵ. §. diuus. ff. de ſepul. viola. & dic vt ibi: & de hoc plenè in cap. j. de conſtitu. lib. vj.

De hæredibus inſtitu. & quæ perſonæ hæredes inſtitui non poſſunt, &c. *Rubrica.*

1 ☞ *Si deportatus eſt inſtitutus hæres, hæreditas an ueniat ad fiſcum, an uerò ad ueniẽ tes ab inteſtato: ubi q. ad uenientes ab inteſtato.*
2 *Deportatus habetur pro mortuo.*
3 *Bannitus noſtri temporis, quando poſſit hæres inſtitui.*

LEX I.

a Videportantur. [a] Deportati nõ poſ ſunt ex teſtamento hæreditatem capere. h. d. Not. quod dixi in ſum mario. Oppo. ꝙ peregrini, & ignoti poſſunt in ſtitui: vt j. e. l. extraneum. Huius timore dicit gl. ꝙ poteſt intelligi duobus modis: vno modo, ꝙ faciat ſimilitu dinẽ quandã per contrariũ. q. d. Deportati nõ poſſunt inſtitui tanquã peregrini: quia inſtitui poſſunt. & ſic dicit, ꝙ deporta ti nõ æquiparãtur peregrinis. Vel aliter, quod faciat ſimilitu dinem directò: & tunc eſt addendũ, tanquã peregrini, ſcilicet mala peregrinatione. Opp. de l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. Gl. ſoluit optimè: ibi loquitur de cognatione ciuili, quæ ſublata fuit per emancipationẽ: & ſic per minimã capitis diminutio nem. hic loquitur quãdo interuenit media capitis diminutio,
b ſ. deportatio. Tertiò opp. [b] †& videtur ꝙ hæreditas nõ veniat
1 ad veniẽtes ab inteſtato, ſed veniat ad fiſcum: quia omnia quæ auferuntur ab indigno, applicantur fiſco: vt l. hæreditas. j. de his quib. vt indig. Glo. videtur fateri contrariũ: & vide gl. vl ti. in fi. omnes doc. cõmuniter reprobãt hanc gl. per l. ſi in me tallum. ff. de his qui pro non ſcrip. de iur. fiſ. l. in metallum. Sed gl. videtur dicere aliud in cõdemnato in metallum, qui perdit libertatem & ciuitatem: aliud in deportato qui perdit ciuitatẽ tantũ. Certè domini, iſta reſpõſio nõ eſt bona: nã hæreditas de iure ciuili eſt: vt l. lege obuenire. de ver. ſig. ſed deportat⁹ per dit ciuitatem, & ea quæ ſunt iuris ciuilis: ergo hæreditatẽ non capit. Et iſtã rationem tangit gl. ſecõda, quam vide. Et hoc ſic infertur: Si hæres deportatus eſt incapax. ergo nõ poteſt ab eo auferri tanquam ab indigno: quia auferri dicitur ab eo qui cœ pit, licet non habeat, quantum ad effectum: vt l. ex facto. §. fin. de vulg. & pup. & l. aliud eſt capere. ff. de verb. ſign. Ergo eadẽ ratio eſt in deportato, quæ eſt in damnato in metallum. Præ
2 terea, †deportatus habetur pro mortuo: vt l. j. §. pen. ff. de con tra tab. & l. ſi necem. §. ſi deportatus. de bo. lib. Sed ſi mortuus eſt inſtitutus, hæreditas eſſet pro non ſcripta: vt l. j. §. ĵ. de cad. tol. ergo eodem modo hic. Et hoc videtur tenere gloſ. Inſtitu. de leg. §. legati. vbi ponit deportatũ inter nõ capaces. Contra prædicta facit fortiter. ff. de leg. iĵ. l. ſi deportati ſeruo. in prin. vbi acquiritur fiſco, quod ſeruo deportati relinquitur. Solu. Aliud cùm relinquitur ſeruo deportati, aliud cũ relinquitur domino deportato. Et ſi tu dicas: Capacitas ſerui inſpicitur ex perſona domini: vt l. debitor. §. ſeruo alieno. ff. de legatis ĵ. Si ergo deportatus non eſt capax: ergo nec ſeruus eius: & ſic

videtur fundata in inopia teſtiũ. & ꝙ text. in ver. ad Dei humanitatẽ. quaſi text. videatur habuiſſe reſpectũ ad ius diuinũ: ſed reſpõdetur ꝙ verũ eſt, quo ad ruſti cos, non quo ad alios, ſed ſpeciale eſt in eis: ergo in contrariũ eſt ius cõe. l. j. in fi. ff. ad muni. Et ꝙ hoc dicit Pau. de caſ. nõ poſſe procedere, ſicd in ea Matt. dicebat ꝙ teſtũ factũ in carceribus tyrãni v. teſtibus valebat. & Bal. ſimiliter, ſicd factum

non acquiritur fiſco. Solu. Dico quòd il la regula nõ habet locum in ſeruo eius, qui
c eſt penitus incapax: vt d. l. ſi deportati [c]. Sed haberet locũ in ſeruo eius, qui in qui buſdam eſt capax: & in quibuſdam nõ, vt
3 l. cõtraria. Vltimò ſolet † quæri: qd in
d exbannito [d], vtrum poſſit hæres inſtitui. Gl. Inſti. qui. mo. ius pat. poteſta. ſol. §. re legati. dicit ꝙ qñ bona auferũtur exbãni tis: æquiparantẽ deportatis: ideo tanq; de portati inſtitui nõ poſſunt. Quidã doctor & aduocatus Bononien. qui vocatus fuit do. Fed. de Scalis, diſputauit cõtrarium, & do. Cy. hic aliqualiter tangit: tñ modicum vterq; dixit. Ego diſputaui quãdã queſtio nẽ quę incipit, Statuto Lucanę ciuitatis. i qua tractaui materiã exbannitorũ. Et bre uiter determino ibi ꝙ exbanniti, qui poſ ſunt impunè offendi, dicunt hoſtes ciuita tis, vt l. amiſsione. §. qui deficiunt. de capi. dimi. & perdunt ea, quæ ſunt ciuitatis ſuę. Sicut enim deportati pdũt ea quæ ſunt ci uitatis Romanæ: itẽ hoſtes ciuitatis Ro manæ perdunt iura oĩa Romanórũ; ita ho ſtis ciuitatis particularis pdit ea, quę ſunt illius ciuitatis, & ea, quæ ſunt iuris cõis re tinet. Ita videt velle Iac. de Aret. in l. ex facto. §. ex facto. ad Treb. Ex hoc cõcludo, ꝙ ſi teſtamentũ fieret ſecũdũ formã ſtatuti ciuitatis, vel ex ſpeciali priuilegio ciuita tis: vt ſ. tit. j. l. ſi nõ ſpeciali. ꝙ exbãnitus ta lis ex tali teſtõ capere nõ poſſet, quia per
e dit ea quæ ſunt illius ciuitatis. Idẽ dico [e] de hæreditati. quæ deferuntur ab inteſta to, ex forma ſtatuti illius ciuitatis. Sed ſi te ſtamẽtũ eſt validũ de iure cõmuni, vel hęre ditas deferat ab inteſtato de iure cõi, cum ipſe retineat ea q̃ ſunt iuris cõis, poſſet ca pere: forſan tñ poſſet commune ſibi auferre, tanquã ab indigno: ſed cur [f] capere non
f poſſit, cũ ſibi remaneant ea, quæ ſunt iu ris cõmunis? Modò hic non habẽtur alia.

1 ☞ *Formã inſtituendi ſpurium efficaciter hic uide.*

eo numero teſtũ. qđ Ang. non tenet in d. l. cõficiunt per illũ tex. & dicit ẽt Ang. i au thẽ. de non alie. §. qđ autẽ. peregrini eũtes Romã pro indulgen tijs, ſi infirmant i ali quo hoſpitio, vel ali quo caſtro, & ibi fa ciant teſtamẽta cum duobus teſtibus: cũ plures ibi non eſſent, valebũt eorum teſta mẽta: quia ſi milites in expeditione degẽ tes poſſunt teſtari coram duobus teſtibus: quãto magis illi, qui ſunt in expeditione ad ſalutẽ aiæ, & ho norem Dei. Plus vo luit ipſe Ang. in au then. oẽs peregrini. ĵ. cõia de ſucceſ. ꝙ illũ tex. in ver. liberã ha beãt poteſtatẽ ꝙ poſ ſint teſtari, ſicut mi lites indiſtincte non habita conſideratiõe an plures haberi po tuerint nec ne. Et cũ Ang. tranſit Paul. de caſ. in l. nutritoribus. ĵ. cõia de ſucceſſi. & Alex. hic. Cui adde qđ Bal. conſ. cxxxiĵ. iiĵ. lib. tenet ꝙ teſta mẽtũ factũ i rure co rã quinq; teſtibus nõ valet. Quid aũt ſi ſit ſtatutũ, ꝙ in villa fa ciat teſtamentũ corã quatuor teſtibus, & pbro, & quidã faciat teſtũ ſcđm ius cõe, an valeat, vide Bal. conſi. ccccl xxxj. iiĵ. volumine.

P. PAV. P. ¶ Qui deportantur. Hãc l. repetit do. Be nedictus de Plũbi no. Itẽ circa illud, ꝙ hic dicit, ꝙ deporta ti ſunt incapaces ſuc ceſſionis ex teſtõ, vi

a

de multa quæ habes ad Bar. in l. ſi mandauero. §. is cuius. ff. mandati. Circa deportatos & bannitos, quomodo & in quibus ſunt incapaces. Item an ſint incapaces ſucceſſionis ipſo iure, an ſolum in effectu, vide Are. in l. ſi ſeruus. in pen. col. de acqui. hæred.

b P. PAV. P. ¶ Tertio oppo. Circa hanc materiam vide omnino Bar. conſi. cxvj. Item circa illud quod dicitur quando relinquitur incapaci, non venit ad fiſcum, ſed ad venientes ab inteſtato, procedit vbi palam relinquitur. Secus ſi tacitè, ſecundum Barto. in l. j. C. de delator. libro x. Et ibi etiam an ſpurius dicatur indignus vel incapax, & quòd aliquãdo relictũ non incapaci palam applicatur fiſco. Item quid de relicto mendicantibus, qui ſunt incapaces, cui applicetur, vide domi. Anto. conſi. xxxiĵ incipi. Ieſu Chriſti, &c. vt ſupra ſolenniter eſt conſultum poſt prin. Item adde quod ſi ſtatutum inhabilitaret ad ſuccedendum aliquem ipſo iure, quia fiſcus non poteſt tunc auferre tanquam ab indigno, iuxta hic notata tale ſtatutum veniet ſtricti ſime intelligendum cum per ipſum excludatur fiſcus, licet admittantur venientes ab inteſtato ideo ſi loqueretur de homicida, non comprehenderet parricidam. vide Ioan. de Ana. conſi. lxiĵ.

c ¶ Deportati. Vide Bal. poſt Gul. de Cu. in l. ſi qua. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. vbi limitant iſtam legem. And. Barba.

d ¶ Exbannito. Adde Alex. conſi. lxxv. j. vol. per Bal. cõſi. xxiiĵ. ĵ. vol. & per Pau. de Caſt. cõſi. xxxĵ. & ibi an bona, quæ obueniunt bannito poſt publicationem bonorum, ſunt fiſci vel ſua, & quid de legitima.

e ¶ Idem dico. Adde tu Ang. in l. Gaius. §. ille caſus. ff. de lib & poſth. tenentem quòd bannitus poteſt ſuccedere ab inteſtato de iure communi. & idem Bart. in l. amiſsione. ff. de capti. dimi. vbi vide per eũ & per Bal. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. & in l. ſi qua. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. vide Bald. in l. fin C. ſi pen. appella. mors interue. & hic. & Sali. poſt eum. & Imo. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebellia.

f P. POMATES. ¶ Sed cur, Iſtam opin. ſecutus eſt idem Bar. in l. ĵ in ĵ. colum. ff. ſolu. matrimo.

P. P A V. P.

a ¶ Pater tuus. Circa intellectũ huius regulæ, & an procedat, qñ processerit dispositio certæ partis postea secretur in residuo, &c. an tũc possit cõprehẽdere totũ. & qd si nõ processerit ex toto dispõ certa, sed certissima, vide omn. Comẽ. cõs. cxiij. incl. Antonius. in j. dub. p totũ. Vbi etiã quid si dispositio præcedẽs de certa portione non cõsequeretur effectum. Et vide de versic. de residuo. Alex. in l. item prohibemus. §. sed si. ff. de hære instit. in apostil. & Com. in d. consi. loquit de verbo, superfluo. vide latè Ias. hic.

b ¶ Residui. Adde ꝙ voluit Alexan in l. utẽ ꝙ Sabinus. ff. eod.

c ¶ Spuriũ. Adde de mõ instituẽdi spuriũ, vide Bal. cõsil. cxxxj. iij. vol & Ro. consi. cvj.

P. P O M A T E S.

d ¶ Nota. ex hac l. Addē intellectũ nouũ ad istũ text. vt p Bolog. i sua theoric. char. iij. vol. ñ.

e ¶ Filio repudiãte. Adde vtrũ filio repudiãte vel monacho, addmittat̃ pater vel monasteriũ, an substitutus: vltra docto in l. j. Ang. consil. cxxxij. & cõsi. xc. Bal. cõs. cccix. ij. vol. Et ꝙ monach⁹ retineat iura fuitetis, volu. Pet. de Anch. cõsi. cccc. vbi dicit ꝙ fit iniuria monacho non renouando sibi emphyteu finitam.

P O M A T E S.

f ¶ Nota tertio ꝙ si. Vide Bart in l. q liberos, §. hæc verba. ff. devul. q inducit illũ §. cõtra vnũ quod dicũt Iac. de Aret. & Pet. hic.

P. P A V. P.

g ¶ Coact⁹ adiuit. An sicut seruus potest cogi, ita etiam filiusfamilias, vt de Aret. in l. si quis mihi bona. §. iussum. in iij. col. ff. de acquir. hære.

P. P A V. P.

h ¶ Si pater. Et idem esset, si qs instituere aliquẽ vt filium adoptiuum vel legitimatũ, & revera esset adoptiuus & legitimatus, sed nulliter: quia non valet institutio erã si sit doctor qui crediderit legitimationẽ valere errore iuris ductus, vide notata per Ias. in l. tãquã. in vij. col. ad fin. & duabus sq. C. de fideicom. & de filio spurio instituto tanquã filio, vt sit erronea, si natus fuit ex contubernata habitãre cũ marito, propter ꝙ presumit̃ filius mariti iuxta notata in l. miles. §. defuncto. C. de codic. vide Barba, consi. lvij. de quo ibi habes ad Bart.

LEX II.

Pater tuus. [a] Appellatio residui [b] potest ad totum referri. h.d. Vide gl. ex eo ꝙ exemplificauit de nato ex nefario coitu. Nota †ex hac l. formam testandi, qñ quis vellet instituere spuriũ [c] suũ, & esset cert⁹ ꝙ nõ deueniat ad fiscum, ꝙ sibi substituat aliquẽ pro ea parte, quam capere non posset. & hoc feci iam fieri in quodã, q habebat spuriũ suũ legitimatũ per quendã Comitẽ, qui dicebat se habere priuilegiũ: tñ quia legitimatio posset reuocari in dubio, consului ꝙ eum institueret, & substitueret secundum formam huius legis.

Effectus substitutionis vulgaris porrigitur ad duos casus, scilicet si hæres non erit, vel esse non poterit.

Verba substitutionis pupillaris, si hæres non erit, quomodo intelligantur.

Filio repudiante hæreditatem, pater adit, & præfertur substituto.

Hæres, cui fuit transmissum ius deliberandi per institutum, qui non adiuit, præfertur substituto.

Hæreditas delata seruo, non quæritur domino, nisi per seruum adeatur.

Hæreditas delata monacho, quæritur monasterio sine facto monachi.

Potestas Abbatis in monachum æquiparatur patriæ potestati.

Casus in quo admittitur cõcursus instituti, & substituti.

Substitutus repellitur etiam quando seruus coacte adiuit.

Si liber est institutus tanquam seruus, sibi acquiritur hæreditas.

Si filiusfa. est institutus credens eum liberum, uel monachus credens eum non monachum, cui acquiratur hæreditas: remißiue.

LEX III.

4 ☙ Dicitur fieri. An præsens debeat citari adde quæ dixi in l. prima. ff. de in ius vocan. & dixit Bald. in cap. primo. de mil. vasal. qui contu. est, quod si præsens & investructus. & alias comparuit, non est citandus: alias potest declarare mandatum quod fit sibi ex prouisione. Allegat Ioan. Andr. in nouel. in cap. primo. de iudic. Et ad Barto. hic adde eum in l. cùm iudex. j. eo. & Bald. in l. cùm fratrem. in fin. de his quibus vt indig. Et adde in rubri. ĩ. de in ius voc. Adde ꝙ præsentes sententiæ sint citandæ laudat Ioan. Andr. in addi. ad Specu. in titu. de sententia. §. vt autem. versicu. & nota.

quando

a ¶ Ordo substantialis, si omittitur, vitiat processum; alias hoc non est verum in ordinario. Si enim certus ordo datus sit, debet ad vnguem seruari, licet non sit substantialis, secundum Innocen. in c. ex tenore. in glos. j. circa princip. de appel. & est docto. per Baldum in l. præscriptione. C. si contra ius, vel vtilita. public. Dixi in l. glos. not. in clemen. j. de iure patro. & est tex. in l. certe. j. quando prouoc. et ibi per vniuersa. & Bal. hic. Adde an ordo vitiet processum. Bald. consil. ccxxxvij. iij. volumi. Et adde quod voluit Specu. in titu. de peti. & pos. §. j. ver. quid si primo. vbi tenet quod licet lata sit prima sententia super proprietate, quod non per hoc est, quin valeat. Et hoc clarius sequitur Abb. in l. cùm dilectus. extra de causa possessio. & proprieta.

b ☙ P. P A V. P. ¶ De ordine substantiali. An publicatio testium omissa reddat processum nullum, vide Feli. in c. cum I. & A. extra de re iud. Alexã. in l. diuus. col. j. ff. de re iud. quod non etiam si sit petita publicatio testium, vide Barb. consi. lxxxix. in iij. volu. in iñ. col.

c ¶ De substantia. Vide notata per Bal. de vindi. lib.

d ¶ Remoueremus. nota quod omissio publicationis processus, & testium non vitiat processum. Quod limita secundum glos. in c. fi. de hæreti. in vj. in verbo, iudiciali nisi fuerit petitum quod videtur tenere Inno. in c. cùm I. & A. extra de re iud. ꝙ no. & adde ꝙ Bal. in c. j. si de inuest. inter do. & vasal. lis oria. cõcludendo dicit, ꝙ publicatio testium omissa, non reddit iudicium nullum, secundum glos. sed tamen sentit contra hic. Nam sine illis testibus sententia lata est aliqua: & maximè absolutoria. & l. cùm putarem. famt. ercis. & l. eo tempore. de pecu. & l. si non sortem. §. haredi. & quod ibi gl. de condi. ĩde. & vide Bal. in prælleg. loco ꝙ concludẽ ꝙ

e ¶ Et ideo glos. Vide Bar. in l. properandum. in prin. C. de iudi. Adde tamen, quod in causa liberali, & monachali non est necessaria lit. contest. Tex. est, & ibi Bal. in l. iusta. ŝ. de libe. cau.

a ¶ Contrarium puto. In ſi. verſi. & verſicu. ſeq. & ſic de ſubſtantia iudicij non ſunt probationes: vt eſt text. in l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. de inoffic. teſtamē. & in l. cùm putarem. famil. erciſcun. quæ iura ad hoc alleg. Bald. in l. ſi & minores. C. ſi aduer. rem iud. & in l. ij. in ij. colum. C. de eden no. doct. in c. eccle. ſan. Mariæ. & de conſtitu. & reprobata in glo. in contrariū. & vide Abb. in c. afferte. de præſumpt. & Bald. in l. iudices. §. de iudic. An citatio ſit de ſolennitate iudicij, & in cuius fauorem ſit inducta citatio: vide Barto. in l. ea q. C. quomodo. & quando iudex.

b ¶ Inſtructus. Nota, ex breuitate temporis, præſumitur non interuenisse cauſæ cognitio. Iſtud dictum ſequitur do. Anto. & Moder. in d. c. ij. de re iudic. & in c. electionem. de conceſsio. præben. & in capitu. veſtra. poſt medium. de cohabi. cle. & mul. & in c. eccle. ſan. Mariæ. de conſtit. per Pet. de Ancha. in c. j. de re iudic. in vj. & vide aliqua pulchra dicta in ſimili in c. ſi pro debilitate. in x. colū. de offic. delega. pe. Mod. in l. eum qui. ff. de iuriſd. om. iudic. vide omnino Bald. in conſi. incipiē. dominationibus magnificis, & illuſtribus. circa finē. Adde Bal. conſi. cccc iij. j. volu. incipi. longum thema. vbi dicit, quod ſententia lata breui tempore in confeſſum etiam, nullis dilationibus præcedentibus, tenet Pe. de Ancha. conſil. ccl vj. & de ſententia lata breui ſpatio, vide Pau. de Caſtr. conſil. cxcviij.

c ¶ P. P A V. P. ¶ Latam ſubitò. Vide de Alexan. multa ad hoc alle. conſi. cccl xj. in ij. colū. Item vide Iaſon. in l. properandum. §. j. in ix. nota. vbi limitat non procedere in actis probatorijs, & iudicialibus.

d ¶ Pro hoc plenè. Pro hoc etiam facit, quod not. Baldus in l. captatorias. ſuprà de teſtamen. milita. quòd ſi executor teſtatoris, vel legis, feſtinanter exequatur, detrahetur. Ideo dicit Ioannes Andr. in cap. ſi pro debilitate. de offic. delega. quod ſi conſultor repente conſultat, conſilium eſt nullū ipſo iure. Limita tamen, niſi prædicta fierent in confeſſum: quoniam tunc nullæ ſunt partes iudicis: vt nota in l. proinde. ad legem Aquil. ij. quæſtione. j. nos in quenquam. His adde quod glo. in capitu. eccleſia ſanctæ Mariæ. in gloſſ. fina. de conſtitutio. dicit, quod ſententia lata non præcedente probatione eſt nulla. quam ibi tenet domi. Anto. Et ſi feratur per iudicem non viſis actis, per capitu. cum Bertoldus. de re iudica. vel non expreſsè ſit denegatata defenſio. Facit ij. quæſtiõe. j. primates. Idem dicit, ſi renũciatur exceptio peremptoria, non ſubſiſtente præſumptione contra opponentem: vel ſi ſubſiſtat: offeratur probatio incontinenti: per not. in ca. poſt electionem. & per Innocen. de conceſsio. præben. Sed alias videtur tenere contra dictum gloſſ. quod extra prædictos caſus ſententia ſine probatione teneat: & imputet ſibi pars, quæ non appellauit: & quia etiam probatio non videtur de ſubſtantialibus iudicij pro hoc facit, quod actore non probante ferri debet diffinitiua. lege qui accuſare. §. de edend. & quod not. in cap. cauſam. & in cap. prout de dolo & contu. & in capitu. vt noſtrum. vt eccleſi. beneficia. Sed dominus Ioan. Andr. in dicto c. eccleſia ſanctæ Mariæ. tenet quod etiam in prædictis caſibus, in quibus tenet dominus Anton. eſſe ſententiam nullam, niſi præcedente probatione, quod ſit falſum, per not. per Bartol. hic. Et reſpondit ad primum caſum, in quo alleg. capitu. cùm Bertoldus. quia ibi non dicitur ſententia nulla, ſed inepta. Item ad ſecundū caſum, in dicto cap. primates. ibi dicitur. ſententiam iniuſtam. Et pro hoc etiam quia iudex poteſt interdum denegare iuſtitiam, ſeu audientiam. lege, ſed & ſi per prætorem. §. ſed & ſi dum decreto. ff. ex quibus cau. ma. Et ideo non videtur quòd ex illo reddatur ſententia nulla: ſed potius videtur imputandum parti, quia non appellauit. Vide Angelum in l. iudices. de iudic. & per hoc etiam patet reſponſum ad vltimum caſum, quando expreſsè apparet quod non viſis actis pronunciaſſet: quia tunc poteſt dici, quod ab inexperto, & non præcedente deliberatione debita, prout debuit, iuxta l. prima. & ij. §. de ſenten. ex breuic. recit. ſactis tunc dicitur apparere eam latam ſine cauſæ cognitione: & tunc eſſet nulla.

Et poſſumus exponere tunc verbum, irritandum. id eſt, irritum nunciandum dicto capit. cum Bertoldus. ſicut quandoque fit, vt patet exhis quæ habentur in ca. auditis. de elect. in l. j. in ver. infirmante. ff. de ferijs. ſecundum domi. Io. in dicto capi. eccleſia ſanctæ Mariæ. Et ad no. per Barto. & hic vide domi. Anto. in ca. veſtra. in xvij. columna. de coha. cle. & mulie. & in dicto capitu. poſt electionem. de conceſ. præben. & Innocen. in capitul. ad audientiam. de app. & doct. in capitul. ij. de re iudic. & Bald. in l. cum & minores. ſupra, ſi aduer. rem iudi. & in l. penult. §. de temp. in integrum reſtitu. & in l. ij. ſuprà, de iud. & in l. properandum. §. & ſi quidem. in lect. & in ſua addi. §. de iudic. & in l. cum non omnis. §. de dila. & in l. ij. in ij. colū. de eden. & Bald. hic in j. colū. & ad Barto. hic adde glo. in l. ſed ſi per prætorem. §. quoties. ff. ex quibus cauſis ma. & no. Cyn. argumen. illius tex. ibi Baldus. in proœ. Digeſtorum §. in ſecundo verò anno. in fin. & eſt text. no. in capitu. cum ex literis. de in integrum reſtitu. Facit xxx. qõ. vlti. iudicantem. & l. diſt. ponderet. & vide no. in capitu. fin. de ele. in vj. Et cum Bar. tranſit hic Antoni. de Butr. in ca. iuramentum. vbi vide de iureiur. Idem tenet Pet. de Anch. in capi. cum æterni. de re iudic. in vj. & per domi. Ant. & Imol. vbi vide in dicto capitul. eccleſia ſanctæ Mariæ, & in cap. cum ex literis. & ſequitur Ant. de Butr. in ca. veſtra. poſt medium. vide Imo. in dicto capit. poſt electionem. & Ange. in l. iudices. §. de iudic. vbi dicit, quod ſententia eſt iniqua. Pro hoc facit tex. in l. ſi finita. §. non autem. alias. §. notādum. ff. de dam. infect. Et iſta faciunt ad id quod ſingulariter dicit Cy. & Sali. in l. j. §. ſi aduer. do. De quo per Mod. inſti. de act. §. triplici. Itē ad hoc bene facit, qđ no. Inno. in c. j. in fi. & no. Ange. in l. ij. §. ſed ſi dubitetur. per illum text. ff. de iudic. & Bar. in l. ex ſtipulatione. j. eo. & hic hac lege, quod quædam eſt ſententia diffinitiua, quædam interlocutoria, & quædam præceptiua. & quælibet iſtarum requirit iuris ordinem: quæ ſi fuerint latæ omiſſo ordine, dic vt not. gloſſ. ij. quæſtio. j. in princip. quod autem nullus. Et de materia huius l. j. dicit Hoſti. in Summa, de ſent. & re iudic. §. qualiter proferri debeat, verſicu. vel potes diſtinguere, quod ordo iudicialis ſubſtantialis eſt, quod partes citentur, quod libellus offeratur, quod lis conteſtetur, iurent de calumnia, quod ſententia ſit abſolutoria, vel condemnatoria. lata congruo loco, & tempore, à competenti iudice, ſedente, in ſcriptis, & gratis: rite id eſt, non exp reſſe contra iura pronunciet, alias ſententia eſt nulla. Ordo verò iudiciarius, & iudicialis videtur conſiſtere in his, quæ aguntur inter iuramentum calumniæ, & ſententiam, ſcilicet quod fiant reſponſiones, etiam & poſitiones teſtium & inſtrumentorum productiones, publicationes, renunciationes, concluſiones, & allegationes. Et ſi quis iudex non ſeruauerit hæc, mero iure, videtur ſententia tenere potiùs contra litigantis ius, quàm contra ius commune Nam ſi nihil eſt probatum, vel ſemiplene, iudex, ex quo lis eſt conteſtata, & iuratum de calumnia, condemnare poteſt: ſed appellandum eſt infrà, quando prouoca. non eſt neceſ. l. ſecunda. in fin. Nam & non appellare facit ius inter partes. Et ſubdit Hoſtien. quod miſtum, ſiue anomalum, poteſt dici id quod dicit, quod in præſentia partium procedatur. quæ no. Et de dicto Hoſtien. facit mentionem Bart. hic. An datio dilationis ſit de ſolennitate, vide Bald, quod non, in l. petendæ. C. de temp. in integ. reſti.

e ¶ Cùm eorum. Ex hac lege dicit Butr. quod ſi fideiuſſor capitur pro debito, poterit per eundem iudicem facere capere reum principalem: licet aliàs non eſſet ſuus iudex, quod Baldus limitat hic eſſe verum in fideiuſſore iudicij: ſecus autem in fideiuſſore contractus: qui fortè minus bene loquitur propter leg. cum vendente. §. vbi cau. fiſca. niſi ſaluando eam, dicas ibi eſſe ſpecialē in eo, qui fideiuſsit ibi apud fiſcum.

f ¶ Cùm in ſententiam. Vide in hac parte. C. de proxi. ſac. ſcrin. Faciunt no. in l. diuus. §. item Senatus. de fal. Dixit tamen Bald. in l. ſi longius. per illum tex quod ſi

s quãdo iu. Quæro iuxta prædicta† reperitur libellus lite conteſtata iuramentū de calumnia, citatio ad ſententiã, & ſententia lata. Opponitur q̄ ſententia eſt nulla ipſo iure: quia nõ præceſsit cauſæ cognitio: an ſit iuſta iſta oppoſitio? Videt̄ q̄ ſic, ex prædictis: quia cauſæ cognitio non apparet: quia non apparet datus terminus ad probandum, nulla data dilatio ad iuriū produ
9 ctionē & non ſic cognitū de cauſa. †Con-
a trariū puto. [a] ſufficit enim, ſentētiam eſſe latā præſente parte, vel contumaciter abſente: vt dicat̄ factum cauſa cognita: aliàs cauſæ cognitio præſumet̄ ex hoc. vt d. l. in
10 cauſæ. §. cauſa cognita. †Prædicta vera, niſi ex breuitate temporis aliud præſumat̄. Quid enim ſi ſtatim poſt lit. cõte. intra modicos in dies, iudex dedit diffinitiuā ſentētiam? Certè ex hac breuitate temporis po-
b teſt præſumi q̄ iudex nõ fuit inſtructus: [b] & tunc puto iſtam ſententiã nullam, tanquam latam ſubitò [c], & ſine cauſæ cogni-
c 11 tione: vt ſ. ti. j. l. ij. † & terminari deberet ſecundum cauſæ cognitionem: vt j. eod. l. ex ſtipulatione. & d. l. ſi. commi. vel epiſt. pro
d hoc plenè [d] extra, de reſtit. in integr. c. cùm ex literis. circa medium.

1 ☞ *Quæſtio priuatorū ſi dependeat à cauſa fiſcali, procurator Cæſaris eſt iudex.*

e Vm eorū. [c] Valet ſentētia lata ſub modo, niſi per appellationē reſcindatur. h. d. Opp. ſentētia nõ debet ferri ſub conditione: vt l. j. §. biduum. ff. qñ app. ſit. Glo. ſoluit. Hic fuit data ſub modo, vel cauſa; ibi ſub conditione. Quæro, vtrũ iſte iudex bene pnunciauerit? Gl. dicit q̄ ſic: qa ſic debuit facere. Vide gl. ſuper ver. præſtarent. ſi eſt verũ dictum gloſ. hæc ſententia non poſſet reſcindi per appellationem, vt hic text. videt̄ innuere. & ſecundũ hoc iſta lex nullũ habet dubium.

Pro huius ſol. debes ſcire q̄ hæc lex poteſt
1 habere duplicē lect. Prima† q̄ quæſtio fuit inter duos priuatos. Nam procurator Cęſaris, primò condemnauit fideiuſſorem fiſco, in prima inſtantia. Secundò quòd cùm ipſe fideiuſſor peteret, q̄ pignora debitoris ſibi traderent̄ ab ipſo creditore, ipſe ꝓcurator hoc pronunciauerit. Et ſi tu opponis, quomodo procurator fiſci erit iudex inter duos priuatos, imò debet eſſe præſes prouinciæ: vt l. ij. ſ. ſi aduer. fi. Reſpondeo, ſi quęſtio priuatorū dependeret à cauſa fiſcali, procurator Cæſaris eſt iudex: vt l. cũ vendente. ſ. vbi cauſ. fiſc. ſecundũ hoc hæc lex non haberet dubitationem. Secundo modo poteſt intelligi, q̄ quæſtio erat inter fiſcum & priuatum hoc modo, petebat fiſcus à fideiuſſore quantitatem: fideiuſſor dicebat, ſum paratus ſoluere, ſi pignora mihi tradant̄: iudex pronũciat ſibi pignora tradēda, & fiſco indemnitatem præſtet. Iſta ſententia eſt lata cõtra ius litigatoris: nam procurator econuerſo debuit pronũciare, ſcilicet condemnare fideiuſſorem fiſco, & iubere q̄ ſibi tradantur pignora. vnde poſſet ſententia per appellationem reſcindi, quæ non reſcinditur, ſi non fuit appellatum. Sed ad iſtud oppo. quomodo ſententia lata inter fiſcum, & fideiuſſorem, præiudicat illi debitori, cuius erant pignora? Reſpondeo: iſta pignora à fiſco poſſidebantur, vel ille debitor erat præſens, arg. l. ſæpe. de re iudi.

1 ☞ *Officiales, an debeant eſſe præſentes, quãdo profertur ſententia, ſeruanda eſt loci conſuetudo. & nu. 4.*
2 *Acta cauſæ debent ſcribi per officiales.*
3 *Officialis, qui incipit ſcribere cauſam ab initio, debet ſcribere uſque ad finem.*

f  Vm in ſententiam. [f]
1 †Sententia, quæ non eſt lata in loco maiorum, nec præſentibus officialibus,

notarius diu abfuturus eſſet, & periculũ eſſet in mora, poteſt alius ſubrogari. Et not.Bal.in l.quædam. in §.nihil.de edẽ.et ad Barto,hic,adde Bald. in l. ñ. quomodo & quando iud. & in l. geſta. & adde quod no.Inno.in c.quoniã. de proba.tenet quod acta valeant:licet nõ ſint ſcripta à notario: ſi cõprobatur de conſenſu partis, vel proteſtatione, vel alio modo.& quod dicit de officio, dicit Gui. de Suza. in l.ij.C.de edend. quod priuata perſona poteſt facere acta &c.

a ¶ Alio loco. Hoc limita eſſe verũ,ſecundum Bald.hic no. niſi de conſenſu partium talis iudex ferat ſententiam in alio loco: quia tunc vigore prorogationis talis ſententia valebit: dũ tamen locus ſit honeſtus:quæ tamen prorogatio non habet locum, niſi in actibus iudicij: in cæteris verò ſec⁹:vt hic per Bal. nota.

b ¶ In ſolutum. Nota ꝙ accipiens rem in ſolutum, debet ita denunciare litẽ fore motam, ſicut emptor. quod alibi habes. Vide Bart.in l.litis æſtimatio.ſuprà,pro empto.

c ¶ Creditor. Vide plenè Bartol.in l.ſi quis aliam.alias, ſi alienã. ff.de ſol.&c.

d ¶ Momentaneæ. Per Moder.in rubri.ff. de re iudi.

e ¶ Quod fuerit. Quæ interlocutoria poſſit reuocari, adde Bald. in l.dicere.ff.de arbit. & vide Bal.in l.ſi preſes.ſ.quomodo & qñ iud. & adde dictum Bartol.in l.j.ſuprà, de præto.ſtipul. & vide Barto.in l.terminato. in ver.quoties in glo. j.de fru.& li.exp.

f ¶ Nulli. vide Alexã. in l.j.ff.de iuriſ. omni. iudi.

P. P A V. P.

g ¶ Cũ iudex. An autem & quãdoſnia lata ſub conditione valeat,vide Feli.in capi. cùm ad conſultationem.in prin. extra de re iudi.& quæ habes ad Bartol.in l.j.§.biduũ.ff.quando appel. ſit,ſecus autem eſt in laudo arbitratoris: qa proferri poteſt ſub conditione.tex. eſt in c.quintauallis.& ibi Abb. in iiij. nota.extra de iure.de quo etiã vide Car.cõſi. xxix.in pe.col.in princi, & in fi.præced.Itẽ ꝙ põt iudex ĩ ſnia referuare ius cõdẽnato caſu quo appareat de iure ſuo in futurum eſt ipſo iure nulla.h.d.No.ꝙ non valet ſententia,quæ eſt lata in alio loco [a], quàm in loco maiorum, quod dic vt dixi in l.ſi vt proponis.la ij.ſ.titu.j.l.j.Quæro, †an officiales debeant eſſe præſentes,quando profertur ſententia? Gloſſ.quæ eſt hic dicit, ꝙ non.Dicebat domi.Iac.de But.fortè quòd officiales de iure debẽt eſſe præſentes:non dico omnes,ſed ꝙ notarij, qui ſcribunt in cauſis. † Nam acta debent ſcribi per officiales:vt colligit in l.præcipimus.j.de app. Sed officialis,qui incipit ſcribere cauſam ab initio,debet ſcribere vſq; ad finẽ:vt probatur ex l.j.& ij.ſ.de ſportu.Ergo apparet, † quòd officialis debet eſſe præſens.ſ.qui ſcribat in cauſa.Certè licet hoc ſit verũ de iure tamen in hoc puto ſeruandam conſuetudinem locí:quía in quibuſdam locis eſt notarius,qui ſcribit quem iudex legata:& ille erit præſens.alibi obſeruatur aliter:vn de puto obſeruandam conſuetudinem locí. Et tene mentí.

a
2
3
4

☞ Non omnis uox iudicis eſt ſententia.

Sententia lata non præcedente cauſæ cognitione,eſt nulla.

EX ſtipulatione. Verba iudicis prolata cauſæ cognitione nõ præcedente,non habent vim ſententiæ.h.d.†No.ꝙ nõ omnis vox iudicis eſt ſententia.†Not.ſecundò ꝙ ſentẽtia lata non præcedente cauſæ cognitione, eſt nulla.Circa iſtud opp.ſententia lata partibus præſentibus,videtur lata cauſa cognita; vt l.in cauſæ.§.cauſa cognita.ff. de mino.& dixi ſ.e.l.prolatũ.ſed hic fuit huiuſmodi:ergo &c.Sol.ideo ſuper hoc,hic non præſumitur cauſæ cognitio: quia per hoc non præceſsit petitio.Nõ enim petebatur à præſide per libellum,vt faceret eos pacíſci.Item fortè ex breuitate temporis collígitur hic,ꝙ non præceſsit cauſæ cognitio, vt dixi ſ.eo.l.prolatam.

2

☞ Emptor,ſicut debet denunciare uenditori litem eſſe motam:ita ille,qui recipit rem in ſolutum.

Re in ſolutum data,& euicta,an agatur utili ex empto:an uerò durat actio prima ad debitum.

LIbera. Sententia,per quã res euincitur,non reſcinditur niſi appellatione:ſed ei,qui perdit cõtra ſuũ authorẽ ſuccurritur.h.d.†No.ꝙ ſicut emptor debet denũciare venditori litẽ eſſe motam:ita ille, qui recipit rem inſolutum [b].quod tene mentit quia alibi non habes ita expreſsè. † Nota ſecundò quòd re data in ſolutum,& euicta durat actio prima ad debitum.Contra hoc opp.imò videtur agendum vtili ex empto: quia in ſolutum datio ſimilis eſt emptioni vt l.elegãter.in prin.de pign.act.& l.iij.ff. pro empto.Sol.duobus modis. Primò hic fuit actũ,vt à priori obligatione non recedatur,niſi res perfectè fuerit creditoris.& vide iſtam ſol.No.iſta ſol.eſt vera in ſe,licet diuinationẽ contineat:quã not.pluries dedi cõſilium per iſtã gl.& not.ſimilem in l.ſi quis aliam.ff.de ſol.dixit creditor [c], qñ rem accipit in ſolutum: ego nolo perdere ius meum,ſi res euinceretur.Ideo dixi apponere illud pactum,ꝙ alio modo non vis recedere ab actione tua,niſi res ſit tua irreuocabiliter.quod nota.Dat gloſſ.aliam ſolut.Iſta vera eſt,& veriſsima,quòd hic fuit data in ſolutum ſpecies pro ſpecie:ideo emptio eſſe non poteſt.In contrario fuit data in ſolutum pro pecunia res.& vide hanc ſolut.Sed contra hoc opp.extra glo.ꝙ etiam vbi datur res pro pecunia,durat actio prima:vt l.qui res.in prin.ff.de ſolu. Solue vt ibi plenè tractaui iſtam materiã in l.ſi quis alienum.ff.de ſol.

b
c

2 *☞ Sententia lata in cauſa momentaneæ poſſeßionis, eſt diffinitiua.*

3 *Interlocutoria per quam cauſa principalis non deciditur poteſt reuocari:ſecus ſi tota cauſa per eum deciditur.*

POſt ſententiam. Glo.ponit caſum in terminis, & breuiter.h.d. Sentẽtia diffinitiua nõ põt retractarí:ſecus in interlocutoria.h.d.Primò ponit dictũ.Secũdò rñdet duabus obiectionibus.Secũda ibi nã oppoſitiões duæ ſunt in tex.

2 & ſoluunt,vt vidiſtis.ideo non inſiſto.†Quæro vtrũ ſententia

d lata in cauſa momentaneæ [d] poſſeſsionis ſit lata diffinitiuè, an interlocutoriè.Reſpondeo:diffinitiua eſt:vt tangit gl.& l.j.ſi de mo.poſ.fu.ap.Quæro quare dicitur hic plerunq;. Dicit gl. hoc dicit propter iudicium momentaneæ poſſeſsionis.qđ non placet:quia tunc eſt diffinitiua,vt ſuprà dixi.vel aliter videtur dicere gl.Quædam eſt ſententia interlocutoria,quæ nullã cauſam decidit:vt ſi dat alicui dilatio,ſi teſtes publicãtur,& ſimilia.Quædam ſunt interlocutoriæ,per quas aliqua cauſa decidi tur,vtputa aliqua emergens.Exemplum.Actor producit vnũ teſtem:reus dicit non eſſe admittendum vel reus petit dilationem;dicit actor eam non eſſe dandam:tunc interlocutoria,quę ſuper hoc fertur, decidit illam cauſam: hoc eſt illam incidentem,ſeu emergentem poſitionem.Ita videtur velle glo.vltima l.hic poſita.Videte,non concedo quòd fuerit de mente literæ:

e ſed credo ꝙ fuerit [e].& iſta eſt veritas,ſicut Deus eſt. †Sententia interlocutoria per quam cauſa principalis non deciditur,il

3 la poteſt reuocari ſed interlocutoria,per quam cauſa ipſa tota deciditur,non poteſt reuocari:ſicut nec ipſa diffinitiua.hic eſt tex.Hoc etiam probatur in l.dicere.ff.de arb. & plenè dixi in l.quod iuſsit.de re iu.& ideo ſententiam iudicis,per quã abſoluit aliquem ab obſeruatione iudicis, vel pronunciat non eſſe procedendum,vel ſe non eſſe iudicem iſtam non poteſt reuocare:quia perimit cauſam principalẽ,cuius eſt lis. Sed ſi perimeret quandam cauſam incidentem,ſeu emergentem,optimè poſſet reuocari:quia adhuc durat iudicis officium in illa cauſa;vt d.l.dicere.& de præto.ſtip.l.j.in fi.

f NVlli. [f] No.quòd qui non habet merum, vel miſtum imperium non poteſt aliquem relegare.

2 *☞ Sententia poteſt ferri ſub conditione intrinſeca,quæ tangit ipſum negotium.*

3 *Sententia,per quam iudex condemnat reum actori,ſi probauerit intentionem ſuam: an ualeat.& nu.5.*

4 *Sententia lata ſub conditione extrinſeca,& continet in ſe certum,ualet,niſi reſcindatur per appellationem.*

5 *Ad ſententiam ſufficit partem fuiſſe præſentem,ut dicatur factum cauſa cognita.*

6 *Si iudex dixerit ſi uiceris,ſentẽtiã pro te dabo:ualet ſentẽtia:ſed eſt interlocutoria.*

g VMiudex. [g] Sententia quæ non cõtinet abſolutionẽ vel cõdemnationẽ, vel æquipollens,eſt ipſo iure nulla.h.d, Op.ſ.de re.cre. l.generaliter.§.j.Sol.dicit gl.iſta l.corrigitur per illam legẽ.vel aliter,ſi iuramentũ eſt præſtitũ,ſtatim poſt diffini

h tiuam ſentẽtiam [h] valet:vt l.cõtraria.Secus ſi ex interuallo ſit præſtitũ:vt hic.Domini,mens iſtius legis fuit dicere,ꝙ ſententia ſit nulla:quia non continet abſolutionẽ,vel condemnationem:nõ ideo quia iuramentũ præcedat ſententiã:vel ſequatur, Iſtud tamen quantũ ad hoc de iuramento debes ſcire,aut præcedit ſententia interlocutoria,per quam iudex mandat iurari & poſtea ſequitur iuramentum,vt valeat:vt l.generaliter.ſ.de iureiu.Aut præcedit diffinitiua ſentẽtia:& tunc aut iudex nihil declarat,quid ſuccedat ſecuto iuramento:& ſententia non valet vt hic.Aut declarat hoc: & tunc aut iuramentum ſequitur ſtatim poſt,& valet.vt d.l.generaliter.§.j.ex interuallo nõ valet:vt hic,ſecundum gloſſ.hic poſitam, & bene. Item oppo.

i ſententia non debet ferri ſub cõditione [i]; vt l.j.§.biduum.quã-

a do appel.ſit.Solu. † Sententia non debet ferri ſub conditione extrin-

per aliquod inſtrumẽtum,vide Doc.conſi. xlvij.in vlt.dub.

¶ Sententiam. Iſtud tamen an iuramentũ poſsit præſtari poſt ſentẽtiam,vide Bart. in l.generaliter.ĩ princi.& in l.admonẽdi. ad fin.ff de iureiur.& ibi plenè per Lud.

¶ Sub conditione.

Vide eundem in l. ait prætor. §. j. ff. de re iudi. ☞ P. .P A V. P.

a ¶ Actor probauerit. Vide Alexã. consilio cccxl. in vlti. col. vide Feli. in c. quod ad cõsultationem extra de re iud, vide no. Anto. cõsi. l. vt etiã præsupponit q̃ possit iudex ap. pronũciare sententiam nullam & si sit aliqua iniusta.

b ¶ Secundò. Cum ver. seq. cõtrariũ videlicet hæc sententia, scilicet condemno si actor ꝓbauerit, tenet, & voluit Spec. in ti. de sen. ꝓla. alias, de exe. sent. §. iuxta. versi. sed etiã. & in §. species. versi. qd si iudex. vbi Ioã. Andr. in addi. & hic alle. tex. in c. cũ venissent. de institu. & voluit Ange. in l. iudex. ff. de re iud. Bald. in l. nõ dubiũ. C. de legi. Et q̃ valeat sententia sub conditione intrinseca, vide nota. exemplum per Innocen. in c. G. perpetuus. de fi. instru. & reassumpsit Bal. in l. ij. §. vt li. pẽd. & vtrum valeat ista sententia, condemno ad centũ; quæ si non solueris intra tẽpus, mando q̃ patiaris talem pœnã. Bald. tenet q̃ sic in l. ij. in pe. colum. §. de insa. Dixi in l. j. in fin. ff. si quis ius dic. nõ obtẽ. Adde q̃ nota. Imol. in l. iudex maximè. in pe. col. ff. de re iud. Et cũ dicto Barto. hic, q̃ non valeat sententia sub conditiõe si probaueris, &c. transit Paul. de Cast. in l. cõtinuus. in princ. de verb. obli. et Imo. in qui Romæ. §. augerius. de ver. obli. licet Ang. ibi contra. & Imol. & adde ad materiam quæ habes post Barto. in prin. ff. de fru. & li. expen. & adde ad Barto. hic, q̃ habes ꝓ Mod. in l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iud. Adde inquã tũ Alex. dicit, q̃ Ioã. And. alle. text. in cap. cum venissent. dic verũ. sed Io. And. ibi dicit, q̃ non facit: qa loquitur de interlocutoria, & tali, q̃ nõ cõtinet dari vel fieri. & de aposta. vide per ipsum consil. lxxiij. in fi. iij. li. q̃ non valeat sententia, si reus fuerit absolutus, saluo q̃ si actor probauerit, tunc sit cõdemnatus: tenuit Bal. eius consi. cccl xxv. ij. li. & Ioã. And. in loco præalle. dicit q̃ tutius est differre sententiam: & an valeat sententia lata sub conditione vide Pau. de Ca. consil. xv. & Ab. consil. lxxiij. lib. j. Sed quid si iudex absoluit reum, si iuret se nõ debere,

extrinseca: sed sub conditione intrinseca, quæ tangit ipsum negotium, bene potest ferri, vt hic. & vide gl. no. quam menti tenebis: & not. bene. Contra hoc opp. de l. à diuo Pio. §. in vẽditione. de re iudi. vbi profertur sententia sub conditione, vt primò capiant̃ mobilia: si mobilia nõ appareant, deueniatur ad immobilia. ergo &c. Gl. ponit hic multas sol. inter alias ponit vnam, q̃ ista est conditio de præsenti, quæ non suspendit: vt l. cùm ad præsens. ff. si cert. pet. Induco argu. ad quæstionem, Iudex dicit sic: condemno reum, si actor probauerit[a] intentionẽ suam: si non probauit, absoluo reum. valet ne ista sententia? Certè valet: quia conditio est de præsenti: vt d. l. à diuo Pio. Item tãgit negotium, de quo agitur: vt in hac glo. Secũdo[b] quæro, † pronũciet iudex. condemno reum actori, si probauerit intentionem suam. valet ne ista sententia? videtur q̃ sic: quia tãgit negotium, de quo agitur: vt hic. In contrarium videtur q̃ ista cõditio nõ venit verificanda statim post sententiam: quod requiritur in hac lege, secundum glo. Dices q̃ hoc non est verum. † nam sentẽtia lata sub cõditione, valet nisi rescindat̃ per appellationẽ. Respõ. verum est.[c] quando sententia cõtinet in se certum, & est cõditio extrinseca: vt si naues ex Asia venerit † Sed si cõtineret quãdam cõditionem intrinsecam, nõ valeret, nisi impleatur statim post sentẽtiã, vt ṡ. dixi. & gl. hic tenet. Item ex hac lege patet. q̃ ad sentẽtiam sufficit partem fuisse præsentẽ vt dicatur factũ causa cognita, vt apparet. & hoc quia primò iudex fert sententiam per iuramentum: postea liquidatur, an sit debitũ. † Vltimò quæro, quid si iudex dixerit per verba futuri temporis: si viceris, sententiã pro te dabo, vel aduersarium ibi condemnabo, an valeat? Glo. hic videtur innuere q̃ sic, quam vide in eo q̃ dicit absoluam. videtis, ista sentẽtia est interlocutoria, nõ diffinitiua: qa verba prolata de futuro, dispositionem nõ inducũt: vt l. Titia cum testamẽto. in princ. de le. ij. & l. si quis stipulatus fuerit Stichum aut Pamphilũ, vtrũ ipse volet. ff. de verb. obli.

a
b
3

☞ Sententia inter uulgares debet ferri in uulgari: tamẽ seruandus est mos iudiciorum.

1 ☞ VDices. Non eget summario. Debes intellige re gl. Latinã inter Latinos:[d] Græcam inter Græcos, ita q̃ intelligatur. Sed quæro, † an inter Græcos debeat ferri sententia in vulgari. Videtur q̃ sic: quia debet proferri verbis intelligibilibus: vt hic, in gl. Facit ad hoc in l. decreta. de re iudic. Puto tamen prædictis seruandum morem iudiciorum: arg. ff. de testi. l. ij. circa finẽ.

d
1

☞ Non debemus sequi cõsilium Imperatorũ si uidetur nobis quòd non sit bene latum.

Sententia diffinitiua an faciat ius.

2 NEmo iudex. † Nõ exemplis[e] sed legibus est iudicandũ. h. d. Diuiditur ī duas partes.. Primò loquit̃ de exẽplis Imperatorũ. Secundò de exemplis aliorũ iudicũ. Secũda ibi nec cognitionales. † No. q̃ nõ debemus sequi consiliũ Imperatorum, si videtur nobis q̃ non sit bene latum. & hoc est contra eos qui iudicant secundũ dicta nostrarum gloss. Vnde non est mirum, si recedatur à dictis gloss. si veritas est in contrarium, aut ratio, vel lex. Op. de l. ij. ṡ. de legib. & ṡ. titul. ij. l. j. vbi rescriptis Imperatorum est credendum. Sol. Ibi erant inserta in corpore iuris: hic non. Opp. secundò & videtur q̃ hic tex. habeat superfluum. Nam primò dicit sententias eminentissimorum præfectorum. In secundo, in fin. repetit illud idem: sed in isto Codice non debet esse superfluum: vt in prima constitutione ṡ. §. quibus. Sol. Primò loquitur in sententijs Principis latis ad consultationem præfectorum prætorio. Secũdò loquitur in sententijs ipsorum præfectorum. Item opp. & videtur, q̃ sit iudicandum exemplis: vt ff. de postula. l. j. §. casum. versi. nunquid ergo & magistratus. Gloss. non soluit. Dic quòd ibi non inducuntur exempla, vt exemplis iudicetur: sed vt ex eis veritas comprobetur. Oppo. ad fi.[f] huius legis & videtur † q̃ sententia diffinitiua faciat ius: vt ṡ. de legib. l. fin. Sol. Hic est sententia Principis: hic in fine alterius iudicis. & prin. huius legis loquit̃ de responso, seu consultatione Principis: non de diffinitiua sententia. Opp. de l. minimè[g]. & l. si de interpretatione. ff. de legi. Sol. Ibi iudicatur ex cõsuetudine inducta, per exempla, non exemplis ipsis.

c
d
e
f
3
g

☞ Iudex non potest pronunciare de eo, quod non est petitum.

1 GVm Papinianus. In causa reconuentionis non habet locũ exceptio iudicis incõpetẽtis. hoc dicit. Primò ponit dictũ Papiniani. Secundò illud extendit. Tertiò rationem annectit. Secũda ibi: huiusmodi sentẽtiam. Tertia ibi: cuius enim in agẽdo. Not. quod dixi in summario. Not. secundò regulam positam in fine ibi: cuius enim in agendo.

h Oppo. & videtur, † q̃ iudex non possit pronunciare de eo, quod non est petitum: vt l. ædiles. §. item sciendum. ff. de ædi. edi. Solu. Fateor contrarium: & intellige hic, quod reus petebat. Quæro, in quo augetur dictum Papinia. respondet gloss. Papinia. permittebat reconuentionem ex eadẽ causa tantùm: vt tutelæ vel nego. gest. sed Iustinianus hic permittit reconuentionem ex alia causa: præterea rationem annectit. Examinemus, primò dicit gloss. quòd Papinianus solùm in eodem negotio permittebat reconuentionem: sed contra. ff. de iuris. omni. iud. l. idem cum eo. §. quod si mutuæ. de iudi. l. ij. §. sed & si agant. & l. si non cogitur. vbi etiam in alia causa permittebatur reconuentio de iure antiquo, Sol. possumus dicere, quòd ibi fuerunt alij Iurisconsulti, à quibus fuit inuentum vt in alio negotio fiat reconuentio: non à Papi. verius q̃ etiam & Papi. permittebat reconuentionem in alio negotio. arg. dictarum legũ. sed in quo addit Iusti. & extẽdit dictum Pap. respõdet gl. in eo q̃ dicit, nulla opponenda exceptione. In contrarium facit hic text. in fin. qui dicit in eodem negotio: & sic videtur, quòd in eodem negotio permisit Iusti. & solùm rationem addit quod non placet: quia vt dixi per iura antiqua, erat reconuentio permissa in alijs casibus. Nec obstat textus qui dicit hic in eodem negotio: quia idem negotium dicitur, ex quo sunt eædem partes: & idem iudex secundum quod gl. tua no. hic dicit; quid ergo Iustinianus

g
h

vide Io. And. in addi. ad Spec. in d. § iuxta. versic. sed ecce iudex. & inquãtũ Alex. tangit an valeat sententia, nisi tale quid feceris, incurras in talem pœnam. adde. Spec. in ti. de sen. ꝓla. §. j. versi. sed nunquid iudex.

c ¶ Respon. verum est. Adde q̃ idem tenuit Bartol. in l. j. §. biduũ. quando ap. fit. & Salic. hic. & Cy. in l. non dubiũ. ṡ. de legib. & Ang. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. cõtrarium tenuit hic Bald. & Pet. & Barto. in l non dubium. ṡ. de legib. & Bald. in addi. Spec. in tit. de senten. prola. in ij. col.

d ¶ Latinos. Sed an sententia inter vulgares debeat proferri vulgariter: adde dicto. in l. j. §. fi. de verb. ob. & Bar. in l. de certa. ff. de re iu.

e ¶ Non exemplis. Intellige, nisi sint exempla principis approbata. Text. est nota. quem Ab. in ca. afferte. de præsum. & adde gl. xxx. dist. ca. fin. & vide Abb. in d. ca. afferte. q̃ dicit q̃ exẽplis veteris testamenti rectè iudicamus: maximè si sint diuina. alleg c. qualiter & quando el. ij. de accu. & ij. q. j. dominus omnipotens. Adde q̃ no. Bald. in l. i. ī. quand. prouoc. non est necc. & not. Moder. in l. si expressim. ff. de app. in ij. charta.

f ¶ Op. ad fi. No. q̃ iudicari oportet secundum sententiam in diffinitiuam Princi[illegible] cus in alio actu principis. Vide Bald. & doct. in l. ij. ṡ. de leg. Bart. & Innocen. in l. apud Iulia. §. vtrũ. ff. ad Treb. plenè. in ca. in causis. de re iudi.

g ¶ Opp. de l. minimè. Vide Bal. in l. j. in iij. col. in ver. extra quæro. ī. quando prouocare non est necc. & gl. & Bal. in rubric. quæ sit lon. consue.

h ¶ Non possit. Vide in l. est receptum. & ibi Ange. ff. de iurisdi. om. iudi.

a ✠P. P A V. P. ¶ Et conſequenter. Circa iſtam materiam inquantum dicitur in ea cp coram iudice delegato habet locum reconuentio, an ille qui impetrauit poſſit renunciare, vide Alex. latè in l.iij.circa fi.ff.quod quiſque iur.

a ¶ Et conſequenter. Iſtam auẽ. extendit Gul. habere locum, ſi ſolum reſcriptum impetratum eſt, vt quis poſsit conueniri coram iudice aliquo, puta dele. Nã tunc etiã antequã conueniatur impetrans poterit reconueniri. Ita dicit ipſe in l.iij in prin. per illum tex. ff.qđ quiſcp iurts. vide omnino in Alex. & quid ſi conuentio non tenuit aliqua de cauſa: an quis poſsit recõueniri. Gl. quod non, in c.j.de reſcri. in vj. Ad materiã huius authẽ. vide aliquas remiſsiões, quas habes in l.ſi idem cũ eodem. §.quod ſi mutuæ. ff.de iuriſdic.om. iudi. Aliqua in materia conuentionis, & reconuentionis, vide per Bal. in c.j.de constrouer. feu. ĩ pares termi. & vide Bald. in cap.j.§ præterea. vlti. de proh. feud. alie. per Fed. vbi quæſiuit, an coram paribus habeat locum reconuentio ſuper re non feudali. vbi vide omnino, Et ad intellectum huius authen. vide ca. diſpendia, de reſcri. libro vj. & no. in c.ſi.e. ri. in antiquis. & in c. ij.de mutu.pet. Et ad intellectũ huius materiæ vide no. per Bal. in l.edita in xxxiij.colum. in verſi. vndecimo quæritur an poſsit cumulari &c. quãdo reus poſsit ſuper exceptione reconuenire actorem & contra eum petitionem porrigere. Et nota qđ reconuentio eſt ſpecies exceptionis: & recompenſatio eſt ſpecies reconuentionis: vt no. Bal. in l.ſi conſtat in vlti. colum. de compen. & vide eum in l.eius. eo. li. vide tamen in l.in rebus. §. fi. & ibi Bart. ff. commo. & in quo differat exceptio compenſationis a reconuẽtione. Dicit Bald. in l.cũ Papinianus in fi. ĩ. e. quod compẽſatio deducitur per modum exceptionis, recõuentio per modum actionis. Et cp compẽſatio ſit ſpecies reconuentionis eſt gl. in l.neq. ſupra de compen. not. Bal. in l.j. ĩ. de arbi. & Bal. hic. & in l.vel Papia. aliqui habent in l.nemo. ver. quæro nũ quid exceptio. ĩ. eo. Et an coram iudice, cuius iuriſdictio prorogata eſt, habeat locũ recõuẽtio; vide gl. & Bart. in l ceptũ. l.fi. ff. de iuriſ.om. iudi. alle. Bald. in l.nã poſtea. §. ſi autem. ff. de iureiu. & qđ compẽſatio ſit ſpecies recõuẽtionis, ponit Bal. in l.ſi cum dies. §. ſed ſi fortè de arbi. & dicunt doct. in ca.ij.de mu.peti.cp ſi impetrauit iudicẽ, cum hac qualitate quòd cognoſcat ſummariè de plano: quod ego poſſum reconueniri eo modo. Vide gloſſ. in cle. ſæpe de verborum ſignificatio. & idem ſi aliquis impetrauerit iudicem appellatione remota: quia eo modo poteſt reconueniri, vt eſt text. in capit.ij.de mutu.peti. Quid ſi pœnitet, quẽ cõueniſſe aliquem coram iudice & deſiſtat à lite, an locum habeat hæc authen. vide Cyn. hic, in penul.q. & Io. And. in addi. Spec. in titu. de reconuen. §. ſina. in fin. cum concordantijs quas habes per Alexand. in l.iij. in fin. princip. ff. quod quiſque iur. & ibi vide. Sed dubitatio eſt ſi per viã reconuẽtionis aliquis conueniri poſsit qui alias nõ poſsit: an poſsit ab omnibus cõueniri an à conuẽto vide gloſſam in l.ij.§.ſed ſi agant. ff. de iudic. tenet cp ab omnibus, per l. qui nõ cogitur. e.ti. & per ſuam rationem, hanc op. ſequitur Ino. in c.fi. de fo.cõpe. alia fuit opi. Gul. in d.§.ſed ſi agãt. quam ſequitur Cy. Ia. Butr. & Dy. cp ſolũ fiat reconuentio a conuẽto per text. in §. reuerendiſſimi. alle. in gl. prædicta. Pro eis bene facit in l.Fulcinius. in §. cp ſi aduerſus. ff. ex quib. cau. in poſſeſſ. Sed Ange. in dicto §. ſed ſi agant tenet primam opi. gl. & Inn. p l. non diſtinguemus. §. ſi qs. & ibi expreſsè. gloſſ. de arbitr. niſi talis reconuentio fuerit corã arbitro. vt not. ibi gl. Non obſtat ſecundũ eum d. §. reuerendiſſimi. quia rñdeo vt dicit gloſſ. in d.§. ſed ſi agãt. Item nõ ob. d.§. quod ſi aduerſus. qđ ibi tractatur de cõſeruãdo iure communi ſed in caſu noſtro loquimur in priuilegio cõceſſo cõtra ius cõe & in caſu d.§.ſed ſi agant. ideo per abuſum tale priuilegium perditur in totum & ad hanc ſol. Vide Bartol. in l.fi.ff. de conſti. princi. & adde quod Iaco. de Arer. in dicto §.ſed ſi agant. dicebat quòd op. pro Ia. Butr. faciebat: quia pœna non debet excedere delictum. l. reſcripti. ff. de his qui. vt indig. & facit l. loci, corpus. §. competit. ff. ſi ſeruit. vendic. Sed pro opi. gl. Inno. facit l.ſi. §. illud. ff. qđ quiſque iuris nec plus dicit. Adde qđ contra opi. gl. & Inn. Ang. & ſic pro opi. Ia. But. & ſes quaciũ, videtur quod certè conſiderãdus ſit tex. iuncta gl. in ver. experitur. & ibi not. in l.ſi quis. §. hæc pœna. ff. qđ quiſq; iuris. De quo no. gloſſ. in d. §. illud. e.ti. & hic non bene video reſponſum: cogita. & hæc opin. Iacob. Butr. eſt æquior, & fortè verior. Et ad materiam quæritur, aliqs impe-

addidit Papiniano? Reſpondeo, iure antiquo permittebatur reconuentio coram iudice reconuenti in totum vel in partem. declaro. Conuenio te coram iudice, qui habet cognitionem cauſarum vſque ad centum libras non vltra. Tu coram eodem potes me reconuenire ad ducentum: quia in centum erat meus iudex: vt dicta l.ſi idem. §.quod ſi tuæ. & ſic erat iudex reconuenti in partem, nõ in totum. Verbi gratia: ego, qui ſum legatus conuenio te Romæ; tu potes me ibi reconueniri: ideo quia es meus iudex: licet ego haberem exceptionẽ propter priuilegium legationis. Sed quando erat iudex penitus non ſuus: hoc non reperitur permiſſum de iure antiquo, vt poſsit reconueniri in alio negotio. Iſtud addit hic Iuſtinia. vt coram iudice penitus non ſuo poſsit recõueniri: dum dicit, nulla opponenda exceptione. Ita debetis intelligere hanc materiam. Oppo. & videtur, quòd iſtud ſtatutum non fuerit neceſsarium: quia poteſt reus obijcere compenſationem: vt Inſtit. de actio. §. primo. in bonæ fidei. & ſuprà. de compenſa. l.fina. Sol. Hoc eſt verum: quando hincinde debebatur quantitas: ſed etiam tunc eſt vtile habere plura remedia. per viam actionis: iſta eſt reconuentio: & per viã exceptionis: & iſta eſt compenſatio. Vlt. eſſet videndum quomodo authẽ. & conſequenter habeat ſe ad hanc legem: quod dicam ſuper ea: licet glo. vlt. hoc tangat.

1 ☞ *Conuentio, & reconuentio, quando fiunt ſuper eodem negotio, vel ſuper eadem re, debent fieri coram eodem iudice.*

2 *Quid ſi fiunt ſuper diuerſis rebus uel cauſis.*

3 *Actor contra reum reconuenientem, non poteſt opponere exceptionem declinatoriam iudicij.*

Et quid ſi actor ex natura cauſæ, ad alium iudicem de neceßitate iuiſſet.

4 *Quæ ſit natura conuentionis, & reconuentionis: & numero 2.*

5 *Reus non poteſt reconuenire actorem de cauſa præiudiciali: de qua aliàs: ideo iudex cognoſcere non poſſet, etiam utraque parte uolente: ſecus ſi partibus uolentibus, aliàs poſſet. nu. 6.*

7 *Actor an poßit reconueniri de cauſa criminali.*

8 *Actor reconuentus non poteſt reum per modum reconuentionis reconuenire.*

9 *Actor in cauſa reconuentionis priuilegio cauſæ poteſt recuſare iudicem: non priuilegio quod eximat perſonam actoris ab illa iuriſdictione.*

10 *Accuſans criminaliter quod interim non poßit reconueniri. & nu. 7.*

11 *Prædicta in cauſa conuentionis, & reconuentionis, habent locum tam in iudice ordinario, quàm delegato.*

12 *Iudex ordinarius, licet recuſari non poßit, petitur tamen quod alius ei aſſocietur.*

13 *In cauſis ſummarijs, locus eſt reconuentioni: licet eadem ſententia terminari non poßint.*

14 *Quando agitur officio iudicis, habet etiam locum reconuentio.*

15 *Quid in cauſa appellationis.*

16 *Reus ſi conuenit actorem coram alio iudice, contra formam huius authen. & ſic delegatus, proceſſus eſt ipſo iure nullus.*

17 *Si coram iudice ordinario, proceſſus eſt aliquis, niſi opponatur.*

18 *Vtroque tamen caſu, ſiue proceſſus eſt nullus, ſiue quando opponitur exceptio, reus condemnatur in expenſis.*

19 *Clericus agens contra laicum, coram iudice laico, poteſt reconueniri.*

20 *Coram arbitris, non eſt locus reconuentioni.*

21 *Et an idem ſit in delegato, de conſenſu utriuſque partis.*

a ET conſequenter.[a] Iſta auth. ſumitur in corpore de executoribus: & de his qui conueniuntur & reconueniũtur. §. fi. coll. vij. Et diuiditur in tres partes. Nam primò ſicut per legem Codicis aufertur actori exceptio declinatoria iudicis ſi reconueniatur: ita per hanc authent. confertur actori priuilegium, ne poſsit corã alio iudice interim conueniri à reo. Secundò permittit reo ab initio recuſare iudicem. Tertiò dicit quid iuris, quando non vult recuſare, nec reconuenire coram eo. & iſtud ſit pro declaratione tex. Secunda ibi: qui ſi diſpliceat. Tertia ibi: alioquin. Caſum in terminis pone per te: notabilia ſunt data. Pro declaratione huius materiæ, eſt videndum, quomodo habeat ſe iſta authẽ. ad iura antiqua. & doct. noſtri minus perfectè tradiderunt.† Sciendum eſt igitur, quòd quando conuentio, & reconuentio fiunt ſuper eodem negotio, vel ſuper eadem re, tunc omni iure eſt idem: quia coram eodem debet fieri: nec debet cauſa continentiæ diuidi: vt ff. ex quibus cauſ. ad eun. iudic. ea. l.j. ſuprà de iudi. leg. nulli.† Quandoque conuentio, & reconuentio fit ſuper diuerſis rebus, vel cauſis: & tunc aut actor conuenit reum coram iudice ipſius actoris in certa quantitate: & tunc idem omni iure: quia reus poterit reconuenire actorem coram eo iudice, de illa quãtitate vel maiori: non autem poteſt coram alio: vt l.ſi idem cum eodem. §. quod ſi mutuæ. ff. de iu. om. iudic. Quandoque actor conuenit reum coram iudice ipſius actoris, aliàs rei quem tamen reus põt aliquo priuilegio declinare: tunc idem eſt omni iure, quia apud eundem poteſt fieri recõuentio: vt l.ij. §. ſed & ſi agãt. & l. qui non cogitur. ff. de iudi. Quandocp actor cõuenit reum coram iudice penitus non ſuo, ſed ipſius actoris: tunc de iure antiquo non permittebatur reconuentio ſed per legem Codicis, per legem, cùm Papinianus. permittebatur reo reconuenire volenti: non autem imponebatur ei neceſsitas, nec prohibebatur ire ad alium iudicem. Hodie per iura Authenticorum imponitur ipſi reo neceſsitas vt corã eodem iudice reconueniat, ſi velit agere lite pendente vt hic vides. Secundò quæro, quæ eſt ratio iſtarum conſtitutionum. Reſpond. vna eſt ratio pro reo contra actorem quæ ponitur in leg. cùm Papinianus.

1 2 3 † vt actor contra reum reconuenientem non poſsit opponere exceptionem declinatoriam iudicij, quia ipſe actor eum in agendo eligit: ergo non debet dedignari habere eum iudicem contra ſe: vt manifeſtè dicit text. l.cũ Papi. eſt ergo hoc contra act.

trauit iudicem, super reconuentione: postea impetrationi renunciauit: vtrum renunciatio talis sufficiat ad faciendum cessare reconuentionem coram eodem iudice. Est text. in l.ij. in princi. vbi sufficiat impetrasse, licet non vtatur. ff. ꝙ quisꝙ iuris. videtur facere quòd non possit conueniri. Ad ꝙ probandum iuncto dicto text. facit l. si quis posthumos. §. j. & quòd ibi per Bart. ff. de libe. & posthum. Raphael. in dicta l. ij. tenet contrariũ, quòd non possit reconueniri: & dicit nõ esse discedendum à verbis loquẽtibus de reconuẽtione: ibi autẽ & cõuentio, non autẽ reconuentio, igitur &c. Et dicit ꝙ nõ obstat ille textus: quia loquitur in rescripto iniquitatis, & iniustitiæ. & sic in casu speciali, ratione cuius habet locũ reconuentio. Quæstio autẽ nostra loqᵗ in rescripto iustitiæ. quæ ergo opin. sit verior: ibi vide per doc. Et do. Floria. in dicta l. ij. et latius et melius in l. arbitriũ. fa. ercisc. videtur approbare primã opi. vt verior em, maximè quãdo talis impetratio fuerit contra iuris formã facta: tunc si fuerit appositа illa clausula, quæ solet apponi: scilicet, nõ obstante, &c. Sed vbi fit impetratio secundũ formã iuris, tunc sit vera opi. Ray. secundũ. Ange. in dicta l. ij. & ipsum vide & vide gl. ī d. c. ij. & Imo. hic & do. Inno. in d. c. ex conquæstione. de resti. spo. & vide Bald. in l. ij. §. j. & quæ no. do. Anto. in c. j. de rescript. in vj. in nouel. Item ad materiã not. secundũ Cy. in auth. habita. ꝙ si cõuenio scholarẽ coram recto re, ex necessitate: ego non possum ibi reconueniri. Quod sequit̃ do. Ioan. in c. j. ad fin. de mu. peti. Quid autem quando artifex conuenitur sub suo massario per alium, qui non est de sua forte. Et dixit do. Ioã. in d. c. j. secus esse: imò arguit etiam contra dictum Cy. de quo ẽt vide Bal. in d. authẽ. habita. in xiij. col. in versi. quæro. vbi hoc limita, nisi reconuentio fieret ex eodẽ negotio, ita ꝙ ventilatio sit connexa, per l. j. de quib. re. ad eund. iudicem eatur. quo casu, dicit etiam ꝙ clericus poterit coram laico reconueniri. Et alleg. ibi Bal. quia talis actor sponte non elegit iudicem secularem: sed non trahitur ex necessitate quę non est generalis. Et vide quod not. Bald. in l. cum Papinia in fi. §. e. vtrum petitio in causa reconuentionis habeat vim exceptionis in principali, vide no. Bal. in l. viro. in fi. ff. sol. ma. & ibi Pau. de cast.

a tra actorẽ: [a] quia ipse iudicẽ eligit. Vbi ergo ipse actor nõ elegisset sed de necessitate aliũ iudicẽ iuisset: tunc cessaret ista opi. Idẽ si de volũtate vtriusꝙ partis vt j. dicã. quã rationẽ no. bene, & põdera. solũ enim actori tollit exceptionẽ, ꝙ nõ sit cõpetens iudex ipsius agẽtis; & vult ꝙ ipsius actoris persona ipsum iudicem non dedigneť. Sed si natura causæ, super qua reconueniť, dedignaretur talẽ habere iudicẽ: hæc exceptio per tex. nõ tolleret, vt j. dicã. Secunda ratio est cõtra reũ reconueniẽtem pro actore reconuento, videlicet ne reus possit trahere actorẽ ad alia iudicia: & sic eũ perturbare, ne coram primo iudice agat, & litem prosequat̃. Hãc rationem ponit text. in l. si idẽ. §. ꝙ si mutuæ. ff. de iurisd. om. iud. & in corpore vnde sumiť hæc auth. Istæ sunt rationes finales huius materiæ recõuẽtionis & cõuẽtionis. Tertiò est videndũ, † quæ sit natura cõuẽtionis, & recõuẽtionis. Ad hoc rñ. natura eius est, vt qui prior appellat, prior agat. Et sic prius respondebiť libello actoris, q̃ libello rei in causa recõuẽtionis, & eodẽ modo lis prius contestabiť. Et idẽ ī quolibet actu simili cõprobať: hoc est eodẽ tẽpore facto vno actu statim deuenitur ad aliũ. Item dictæ causæ eadẽ sentẽtia terminabunt̃. [b] hoc est, primò vna sentẽtia, & statim alia: vt ff. quæ sen. sine app. re. l. j. §. fi. š. de cõp. l. necꝙ. š. rerũ amo. l. j. no. ff. de iud. l. qui prior. notať etiã in hac auť. tex. est extra, de mu. pe. c. j. de ord. cog. c. cũ dilectus. Huius ratio est fauor rei, ne prius cõdẽnetur actori, quã actor sibi: vt l. necꝙ. š. de compẽ. & l. j. š. rerũ amo. Huic ergo fauori posset ipse reus renunciare expresse, vel etiã tacitè. ꝙ apparet: quia si iste ordo nõ fuerit obseruatus, nõ est sentẽtia nulla, sed venit annullãda per appellationẽ: vt d. l. j. in fi. quæ sen. sine ap. re. Nõ tamẽ posset reus facere quin priuilegiũ, ꝙ habet actor qui habet vt q̃ prior appellat, prior agat: illud perderet in causa recõuentionis. per l. qui prior. ff. de iu. Potest enim reus præiudicare priuilegio suo, nõ priuilegio partis aduersæ, vt j. videbitis. His præmissis pro fundamento, & substãtia totius materiæ veniamus ad quæstiones, quæ tãgunt̃ hic per glo. & doct. Primò † quæro, [c] vtrũ reus possit reconuenire actorem de causa præiudiciali: de qua aliàs idẽ iudex cognoscere nõ posset. vt l. ij. in fi. š. de pœ. iu. Glo. dicit ꝙ sic: vt š. de iud. l. quoties. Vide glo. super ver. eundem. Inn. Host. & Ber. & alij Mod. extra, de mu. pe. c. j. tenent contrariũ. Idem Spec. in tit. de cõuent. & recõ. & dicũt ꝙ recõuentio nunquã potest fieri in causa, de qua alias iudex cognoscere non potest. Et sic conuẽtus coram iudice laico de causa pecuniaria, non posset reconuenire actorem in causa spirituali. Allegat extra, qui fi. sint legi. c. lator. de ordi. cogni. c. tuam. cum simi. Ad l. quoties. respon. Spe. ꝙ iudex incidenter cognoscit: non autẽ de hoc pronunciat. Pro gl. nostra videtur casus. ff. de iurisdi. om. iud. l. si idem. §. quòd si mutuæ. vbi potest recõueniri actor in maiori summa, quàm aliàs sit iudicis iurisdictio. Item videtur pro hoc tex. in cor. vnde hæc sumitur: quia ibi lex eum competentem facit iudicem, in vtraꝙ causa. Quid dicemus? Respõdeo. Quandoꝙ reus reconuenit actorem super eodem, de quo iudex non poterat aliàs cognoscere, nisi partibus volẽtibus prorogare iurisdictionem: tunc recõuentio potest fieri: vt d. §. quòd si mutuæ. & l. ij. sed & si agãt. de iud. Ratio, quia per electionem actor sibi prę̃iudicat: debet igitur pati eum esse iudicem contra se, vt dicit tex. in lege Codicis. Sed hoc casu pati potest: ergo, &c. † Si verò reconuenitur actor super re, vel causa, de qua iudex non posset cognoscere, etiam vtraꝙ parte volente tũc nõ est locus recõuentioni. Et ita loquitur opi. Canonistarum, quæ est vera. Nam tunc cessat ratio conuentionis, & reconuẽtionis. Vult enim lex, ꝙ actor patiatur ipsum esse iudicẽ cõtra se. Sed hic licet actor patiatur, non patitur natura causæ: & sic cessat ratio posita in l. cùm Papinianus. & š. dixi. & per hoc in quæstione proposita, de causa præiudiciali, statim non poterit fieri reconuentio coram iudice pedaneo: quia priuilegium causæ est, vt cognoscatur à maioribus iudicibus: non priuilegium personæ. tex. videtur in l. non distinguemus. §. de liberali. ff. de arbi. Non obst. tex. in corpore vnde sumitur ista authenti. vbi facit eum iudicẽ vtriusꝙ causæ. ꝙ intelligo, scilicet remouendo exceptionẽ, quòd non sit iudex actoris. Secus si natura causę non patiatur secũdum ꝙ dicit l. cùm Papi. non enim est verisimile quod ex illo verbo Princeps voluisset, ꝙ propter naturam reconuentionis iudices cognoscerẽt de causis maximis. hæc enim esset res magni præiudiciį. Possent enim partes inuicẽ componere, & habere super causa statum, vel monachatus, vel matrimoniį, vnũ iudicem minimum, qui sententiaret secũdũ eorum voluntatem. ꝙ esset absurdum: vt d. §. de liberali. Prætereà, natura conuentionis. & reconuentionis est, vt simul tractentur, & eodem tempore finiantur. Si intelligeres de actione præiudiciali, per quam impediretur exercitium aliarũ actionum interim, vt in quæstione seruitutis, & libertatis, vt l. ordinata. ff. de lib. cau. nõ posset habere locũ recõuẽtio: qa simul tractari nõ possunt.

tellectum Iacob. de Are. & Barte. ibi, tunc reconuentio habet vim exceptionis: & est necesse simul pronunciari super vtraque, secus si non vniuntur, sed sunt separatæ ita ꝙ ex vna non inducatur exceptio in alia: nam tunc secundum eum non est necesse, quòd vna sententia dirimatur. De quo per Imo. in l. j. in fin. quæ senten. si ne app. rescin. Et adde, quòd licet debitum tuum sit liquidum, non tamen procedetur incõtinẽti: ad exactionem, si reconuenio te: sed debet expectari finis vtriusque causæ, per sentẽtiam. quod est verum, si de facili, & citò recõuentio potest liquidari: aliàs secus, secundum Bald. no. in l. neque. ī. de compen. & tenet Inn. in c. ij. de or. cog. in gl. vicissim. Ad qd̃ etiam vide quod no. Bal. in l. fi. j. qui ad li. procla. non li. Adde ꝙ not. Bart. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. in vlt. q. de acquir. pos. & Bald. in l. cum Papi. in ij. col. ī. eo.

❧ P. P A V. P.

¶ Primò quæro. Circa istam materiam reconuentionis no. primo, quòd reconuentio non habet locum in causa quæ desiderat celeritatẽ: vt per Roma. sing. dcccxv. incip. reconuentio. Itẽ quòd reconuentio nõ habeat locum coram arbitris iuris, vide Spec. tit. de recusat. §. effectus. ver. sed nunquid coram istis. Ro. singu. dcccxvij. incip. reconuentio. Item si per statutum sint deputati aliqui iudices qui habeant recognoscere de causis pauperum agẽtiũ, an si pauperes agant in ꝓpsos iudices possunt reconueniri, vide Bald. in c. j. in ij. col. de contro. uer. feud. & ibi etiam ꝙ nullus iniuriatus agens de iniuria vel de furto vel de alio malo potest reconueniri coram alio non suo iudice. Nunquid autẽ coram paribus curiæ habeat locum reconuentio in materia feud. vide Bald. in c. j. in §. fi. in iij. col. de prohib. feud. alie. per fed. & ibi etiam ponit iudex ꝙ est res conuentio quædam præiudicialis & ofiẽ tatiua, quædam secũdaria & simplex vt ibi per eum. Itẽ ꝙ reconuentio habeat locum corã iudice prorogato, vel cui maior vel æqualis se submisit, & ꝙ nõ coram arbitro: & de actione diuersitatis. & pro limitatione eius ꝙ dicitur de arbitris, vide Ias. in l. est receptum. in glo. fin. ff. de iurisdi. om. iud. Itẽ an si princeps dedisset iudicem alicui motu proprio, an tunc possit fieri reconuentio coram eo, vide Ias. per illum tex. ponderantem quòd non, in l. si quis iniquum. prope fi. ff. quòd quisque iur. Item quòd causa reconuentionis eadem instantia terminari debeat, qua causa conuentionis & eiusdem priuilegijs & prærogatiuis gaudeat, Vide I oã. de Dama. consil. xciij. in. vj. col. & ibi etiã per Bolog. in addi. in. ij. col. quod si clericus conueniat laicum coram iudice seculari, poterit coram eodem ipse clericus reconueniri, vide Areti. in c. si clerici. in. vij. col. extra, de iudi. & ibi late Decium. in iiij. char. Item qñ quis petit imponi perpetuũ silentium alicui super aliqua re: ꝙ procedatur solum

a ¶ Contra actorem. Not. an reus habeat necesse reconuenire actorem coram eodẽ iudice. Et vide Bal. in l. cum Papi. in ij. col. Aliqui habent in l. nemo. š. eodem. & limita per Bar. in proxi. col. & quod dixi in fine dictæ col. tenet tamen processus in ordinario, si non apponatur. nota ista ī. eo. in vlti. col.

b ¶ Terminabuntur. Adde quòd dicit Bald. in l. viro. solu. matri. ꝙ quando causa conuentionis, & reconuentionis, semper vniuntur in casu dictę l. viro, secundũ in

ſuper reconuentione. Vide Are.in c.in præſentia.in iij.col.de ꝓba. & ibi etiam Fel. in ij.col.Item vide in materia reconuentionis latè Maria. Soci, in tit,de mut.pet.vbi coram quo, & inter quos, & de quibus cauſis locum habeat, & multa alia. Itē an procedat reconuentio coram arbitro, vel arbitratore,& quomodo,vide Barba. conſilio iij,vol,iiij,in vlti, char.

a ¶ Criminali. Et hic per Bald. duo verba quæ indiſtinctè tenet.& Bald.in l.prima.in prin.qui accu. per Bar.Imo.& in l.is qui reus.ff.de public, iudi.

b ¶ Quærit gloſ Nota quòd actor cõuentus non poteſt recõuenire.Sed qd ſi actor impetrauit iudicem delegatum ſuper fundo reus reconuenit ipm ſuper domo : quo caſu vult etiam actor coram eodē iudice reconuenire ſuũ vinea, an audiatur? Et text, videtur ꝙ non.& ibi ita tenet Guli in l.j. ff. quod quiſque. iur. & Spec.in tit.de rep. §.fin verſic. nunquid poſim.& quod not, Imol.in authen,habita.Et hoc modo videtur mihi ꝙ ſit intelligendus tex.in d. l.fin.& no.glo.hic,& expreſsè Spec in titu. de reconuen. §. nunc dicamus.ver.ſi.

c ¶ Spoliatione.In interdicto ſpoliatorio, & in cauſa depoſiti, non habet locũ reconuentio : contrariũ videtur no.Bart.in l.naturaliter.§.nihil commune.in penul,q.ff,de acquir.poſſ.iuncto eo quod dicit text in l.j. vltra medium.j. quo. bo.& in l.ij.§.fi.ſ.vbi in rem acti. Adde ꝙ primã opi.tenet Spe. in titu.de reconuen.§. nũc videamus.in prĩ,

d ¶ Habeat locum.An iſta auẽ.habeat locũ in ordinario,& in delegato:licet Bald.in l. cùm Papinianus. in ij.col.aliqui habent in l.nemo.ſ. eod. in verſicu.quæro vtrũ perius antiquũ videtur velle ꝙ ſolùm habeat locum in delegato. Adde tamen quòd ſi talis delegatus fuiſſet datus de non conſenſu,non locũ habet iſta authẽ,ſecundum Bar.hic,ad fi,

e ¶ Sunt opi.Et cum opi.Hoſtj,cõtra Barto.& Inno.tenet gloſ, Ioan.Andr.in cle. ſæpe.de verbo.ſignifi.in verſic.exordio.ſecundum Ioã.Andr.in addit.Spec.in titu.de reconuen.verſic. quando fit recõuentio.non habet locum pruilegium prorogationis iuriſdictionis, contra Barto.hic:ſed do.Anto.& Imol.in ca.j.de mu.petit. tenent opi, Bar.hic:licet Io. Cal. de.teneat opi.Ioã.Andre.& vide Bald.hic, in v.col.

¶ Habet locum. Sed quid ſi reus confitetur delictum,an poſſit reconuenire actorem: vide Bald. in l.j, in fi.C.qui ad li.proclama.non lic.

¶ Summariis.Sed ꝙ non ſit locus recõuentioni, tenet Bald. in l.j.ſ.vbi cau. ſta.vbi idem dicit, quando vna cauſa eſſet preparatoria alterius.quod nota. Adde gloſſ.in cle.ſæpe de verborum ſign.& plenè per do. Anto.& Inno.in c.j. de mu.peti.& Bald. in l.naturaliter.§. nihil commune.in pe. q.de acquir.poſſeſ. & ibi per Imol.& quod not.Bald.in l.ſi fine.j. ad Trebel.

Iſtius aut.ratio meliùs j.declarabitur, Secundò quæro,†vtrũ poſsit actor recõuenire de cauſa criminali[a].Dicit gl.ꝙ ſic, eadē ratiõe,qua ſ.dixi de præiudiciali. Vide gl. ſuper ver,eundē.Pro declaratione iſtius q. eſt videndum,quia aut actor accuſauit criminaliter;& tunc an reus poſsit ipſum reaccuſare;eſt materia l.is qui reus.de publi. iudic.& j.qui accu.non poſ.l.neganda.Ad vnum tamen aduerte : quia tota illa materia loquitur,qñ quis accuſatorẽ reaccuſaret corã iudice ſuo ; ſed ſi per modũ reconuentionis vellet accuſatorem ſuũ accuſare coram iudice nõ ſuo, hoc nõ poſſet. Ratio quia actor illum iudicẽ nõ elegit,nec ſponte iuit ad eũ,imò quadam neceſsitate:ſcilicet propter maleficium,vel iniuriã ſibi factam:vt l.ij.§.ſed & ſi agant.ff.de iud. Vnde non eſt conueniẽs vt malignitas aduerſarij mei,propter quã cogor eũ accuſare, faciat vt ego poſsim recuſari corã iudice nõ cõpetenti:vt d.§.ſed & ſi agant. Quæ ratio ceſſat in eo,qui agit cõtra aliquẽ ex aliquo cõtractu celebrato ab ipſo agẽte, vel ipſius facto:ſic eo caſu quo accuſat,ceſſat ratio l. cùm Papi.quia ipſe accuſator iudicem nõ elegit ſpõte.Si verò agat actione ciuili deſcendẽte ex aliquo maleficio,vel facto conuenti,abſq; ſcientia vel conſenſu accuſatoris:tunc idẽ eadem ratione : vt d.§.ſed & ſi agãt. Quæ dicta ſunt tã in ciuili,quã in criminali,intellígo qñ actor cõueniret reum corã iudice ordinario.Si enim cõtra eũ iudicẽ delegatũ impetraret:tunc crederem ꝙ poſſet fieri recõuẽtio,per hãc aut.& in cor. vnde ſumit.& quia ſubeſt rõ, quia ipſe eũ elegit:& ceſſat rõ impedimenti,de qua loquitur §.ſed ſi agant.Si verò agit actor actione ciuili deſcendente ex ſuo facto, vel cõtractu:tũc ſi reus vult eũ recõuenire ciuiliter ; ſiue actio deſcendat ex crimine, ſiue non:poteſt indiſtinctè, per iſtas leges. Sed ſi ꝑ modũ recõuẽtionis velit eũ criminaliter accuſare,tunc ſi iudex ille, corã quo fit cõuẽtio,aliàs de illa cã criminali cognoſcere non poſſet,non fiat recõuẽtio : quia hoc eſt priuilegiũ cauſæ nõ perſonæ.Et hoc nõ poſſet fieri etiã vtraque parte volente:vt l. non diſtinguemus.§.Iulianus.ff. de arbitr. Sed ſi iudex poſsit cognoſcere de illa cauſa criminali:tũc vĩ ꝙ poſſet fieri recõuẽtio: ſicut poſſet fieri prorogatio, per l.j.ſ. vbi de cri,agi opor.Hoc etiã videt tenere Inn. tamen in hoc eſt aduertendũ.Nã cauſa criminalis habet iſtud priuilegiũ,vt ea pẽdente ſuperſedeat in qualibet ciuili:vt l.fi,ſ.de ordi.cog.Modo ſi quidẽ ille,qui reaccuſat per modum recõuentionis,vult vti hoc priuilegio,ꝙ interim ſup ciuili primo ꝓpoſita ſupſedeat,non poſſet cõuenire:quia hoc nõ patit natura cõuentionis,& recõuẽtionis,quæ eſt vt ſimul ꝓcedatur,& ſimul terminetur.Et qa per hoc præiudicaret actori cuius eſt priuilegiũ:vt qa prior appellauit,primò agat.Hoc tamen caſu non puto reũ conuẽtũ impediri,quin actorẽ accuſet corã iudiçe cõpetẽte alio;nec impediretur per exceptionẽ,quæ introducit ꝑ aut.hãc. Nam hæc aut.aufert reo ſuos iudices ideo, quia dat ſibi aliũ,ſ.hũc in caſu reconuẽtionis.Eo ergo caſu,quo nõ põt reconuenire, vel non poteſt ſine priuilegio,& præiudicio ſui iuris,vel ſuæ cauſæ;tunc non aufert iſta aut.iudices ſuos:vt hic manifeſtè colligitur ex tex.& in corpore,qui vult ꝙ reus tunc debeat ſuperſedere ; nec agat coram alio,quin ei liceat agere coram eodē : aliàs ſecus,vt probatur ff.eũ qui app.in prouin.
b debe.defen.l.pe.& j.dicam.Quærit glo. b
8 quid†ſi actor reconuentus velit reum per modum reconuentionis reconuenire? Gl. dicit ꝙ non poteſt;vt in ea habes.Idem tenent omnes Legiſtæ & Canoniſtæ.Quæ-
9 ro,vtrum†liceat actori in cauſa reconuentionis recuſare iudicem,coram quo reconuenitur? Quidam dicunt ꝙ ſic.Et ita intelligunt iſtam aut.gl.noſtri:ſed omnes doct. dicunt cõtrarium:quia poſtquam actor ſemel elegit eum, non poteſt eum recuſare: vt in l.cũ Papi.& in aut.offeratur.ſ.de lit. conte.Quã intellige,ꝙ actor non poteſt eũ recuſare priuilegio aliquo,qd eximat perſonam actoris ab illa iuriſdictione:ſed priuilegio cauſæ bene poteſt recuſare recõuẽtionem. Verbi gratia:Ille,qui agit de ſpo-
c liatione[c],& petit reſtitutionẽ,ſi recõuenia tur,põt opponere,ꝙ nõ põt recõueniri donec reſtituat: vt l.ſi quis ad ſe fundum.j. ad l.Iul.de vi.& extra,de or.cog.ca.cùm dilectus.&c.ſuper ſpoliatione. Idem in cauſa depoſiti leg.j.ſuprà depoſitio.Idem in cau-
10 ſa criminali: † qa accuſans criminaliter nõ poteſt interim recõueniri ſ.vt l.fi.de or.cog.In iſtis priuilegijs cauſæ excluditur reconuentio. Procedo vlterius ſecundũ ordi-
11 nem gl.Quæro,†vtrum iſta aut.habeat locum[d] in iudice ordi-
d nario,& delegato? Et dicunt quidam,ꝙ ſolũ loquitur in delegato:quia hic loquitur de recuſatione : & ordinarius recuſari non põt.Sed oẽs glo.& doc.dicunt ꝙ habet locũ tam in iudice ordinario,quàm in delegato;et licet iudex ordinarius recuſari non poſsit petitur tamen ꝙ alius ei aſſocietur;vt in aut.ſi verò contigerit.ſ.de iudi.Quærit gl.quomodo iſtæ cauſæ tractabũtur ſimul,& eadem ſententia terminabũtur.Dic vt dixi ſuprà
12 circa prin.& j.declarabo clariùs.Sed iuxta hoc quæro,†quãdo
e debet fieri iſta reconuẽtio? In hoc ſunt opi.[e] in gl.Quidã doc. dicunt ꝙ ab initio incontinenti,vt innuit tex.in iſta aut. & in corpore vnde ſumitur. Alij dicunt,ꝙ poteſt reconueniri quandocunque vſq; ad ſentẽtiam,vt dicimus in denunciatione,quæ fit venditori.Et iſtud vltimũ tenet Bart.de mu.petit.c.j.& dicit ꝙ eſt caſus extrà,de reſcri.in c.diſpendia.li.vj.Idem videtur tenere Inn.Ho.autem videtur tenere cõtrarium.Dicerem ſic: ratio reconuentionis,quæ facit pro reo contra actorem,eſt : qa actor illum elegit iudicem in agendo habeat illum in defendẽ-
f do.dicit tex.Sed iſta ratio habet locũ[f] quandocunq; pendente iudicio:ergo quandocunque pendente iudicio poſſum ipſum reconuenire.Sed huic obſtat natura conuentionis,& recõuentionis,quæ eſt,vt ſuprà dixi,vt ſimul tractetur,& eadẽ ſententia terminetur.Qũo ergo poſſunt ſimul tractari, & terminari; cũ lis prima iam ſit prope finẽ,& iſta incipit? Rñdeo,vt ſuprà dixi,ſ.ꝙ iſtud qd ſimul tractatur,erit in fauorẽ rei conueniẽtis. Aut igit vult reus reconuenire cũ ſuo priuilegio,vt ſimul tractẽtur,& ſimul terminẽtur;& hoc nõ põt niſi ab initio : vt hac aut.& in corpore vnde ſumit.Sed ſi eũ vult recõuenire,& non vti priuilegio:tunc poterit,nec eſt quid repugnet. Diceret fortè tunc magis cã conuẽtionis,quã recõuẽtionis.Et ideo In. in d.c.diſpẽdia.dicit ꝙ qñcũque pendẽte iudicio primo,agitur cõtra actorẽ per modũ cõuentionis & recõuẽtionis;& tunc dicatur cõuẽtio ſimplex,qñ omittit natura recõuẽtionis,q̃ eſt vt ſimul terminent.Sed pro tãto ego appello iſtã recõuẽtionẽ,qa aliàs iſte non eſſet cõpetens iudex,niſi propter recõuẽtionem.
13 Iuxta hoc quæro,†nunquid in cauſis ſummarijs[g] ſit locus re-
g conuentioni.Tex.vĩ ꝙ ſic,in l.ſed hæ.§.nõ ſolũ.ff. de ꝓcu. vbi dĩ, ꝙ etiã in cauſa dãni infecti,habet locũ reconuẽtio. Et conſtat,ꝙ cauſa dãni infecti ſit ſummaria : vt l.j.ff.de dam.infe.Inno.contra,& idẽ tenet Pet.& alle.l.j.ſuprà,vbi cau.ſta.Prætereà eſt

Pro concordia ad

uerte: in reconuentione debet procedi secundum formã conuentionis, & vna sententia terminari, quando agitur petitorio, & reconuenitur possessorio, vel econtra pro eadem re: intellige in illis casibus vbi in possessorijs requiritur lit. contesta. habetur per Barto. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acquiren. possess. Contrarium tamen alleg. in auth. & consequenter. iuncto eo, quod voluit ipse Barto. in l. j. C. quo. bono. & in l. fin. C. vbi in rẽ act. vbi voluit q̃ oĩa iudicia possessoria sint summaria. & ĩ extrauag. ad reprimendum. in verbo, summarie. Tu dic, Bart. non negat in dictis suis, in hac authẽ. si bene videat, tenet affirmatiuam tã in j colũ. ver. sciendum est igit. quã in pe. col. versi. iuxta hoc quæro. Et sic nõ meretur argui de cõtrarietate.

1 ¶ Appellationis. Sed quid si appelletur in causa cõuentionis prim: an possit iudex procedere in causa reconuentionis: Dic secundũ Innocen. quòd sic: in ca. cum nobis. de electio. & vtrũ in causa appellationis habet locum recõuẽtio, Cyn. videtur tenere q̃ in d. l. p hanc. in vj. q. Idẽ Inno. in c. j. de mun. pe. Pro hoc text. in l. ad cognitionẽ. ff. ex quib. cau. in pos. ea. Sed Spec. in ti. de conuen. & recõ. §. nunc dicamus. Sed nunquid corã iudice restringit hoc dictũ in appellatiõe ab interlocutoria: secus in appellatione à diffinitiua. Sed tamen nõ respondet ad textũ. in l. ij. §. legatis. versic. et quoq̃. ff. de iudic. qui probat indistincte opi. primã. Sed Angel. in d. §. legatis. dat aliam limitationẽ ad hoc, & veram: nã debet secundum eũ, limitari nisi appellatio exerceat in domicilio appellationis: q̃a tũc cessat rõ d. §. legatis. q̃ no. vide Bald. in d. l. per hanc. in vi. co. & vide gl. in l. sed si restituat. ff. de iu. & Bald. in l. & sine. §. ad Tre.

b ¶ Clericus agens. Et hæc est communis q̃ clericus possit reconueniri: & tenet etiã gl. in c. j. de mu. peti. Sed aliqui, quos sequitur dom. Anto. in d. c. tenent contrariũ: & cũ cõmuni ibi trãsit do. Io. tacit etiam q̃ singula. not. Imo. in l. si eum hominẽ. de fideiusso. vbi instantia transit in clericum: etiam coram seculari: vno tamen casu posset clericũ conueniri indistinctè, quoties reconuentio fieret ex eodem negotio, & ventilatio esset connexa: secundum Bal. in authen. habita. in xiij. col. in ver. quæritur. Alij ibi inducũt ar. contra opi. Bar. sic: Recõuẽtio proceditur virtute conuentionis: fundatur enim super electione facta à iudice, vt patet in c. cuius in agendo. sed prorogatio non potest fieri de specie ad speciem penitus diuersam, sicut est iurisdictio clerici, & laici: vt patet xcv j. dist. & l. ij. §. j. ff. de iudic. ergo talis reconuentio fieri non potest. Confirmatur ista ratio ab ipsis: & quod non posset fieri expresse, non potest fieri tacitè: vt l. non intelligitur. §. fina. ff. de iure fisci. Sed aliquis clericus non potest expresse prorogare iurisdictionem in laicum: ergo nec tacitè. Sed huic rationi respondet Io. Cal. & alij, quòd ista ratio non concludit; quia sequeretur ista ratione vltima, quòd sicut clericus non potest expresse consentire in iudicem ecclesiasticum nõ suum: vt c. significasti. de for. cõpe. ita non possit conueniri coram non ecclesiastico. Hoc argum. est contra c. j. & ij. & ibi not. de mu. pe. Sed ab hac impugnatione defendit dom. Anton. dictam suam opinio. dicens quod illa prorogatio fit secundum naturam iuris: & tunc aliquid permittitur fieri tacitè, & in consequentiam, quod non permittitur fieri expresse: vt patet in d. capi. dilecti. de foro competen. Vnde dicit Bald. no. in l. nulli C. de iud. quod in conuentione cognoscit iudex in incidenti ad causam principalem, & contra naturam ipsius. nec principaliter, & expresse, nec tacitè, sed in consequentiã potest iurisdictio in alterum prorogari: vt patet in ca. tuam. de ord. cog. & in c. lator. qui filij sint legiti. Hoc autem est contra materiam iurisdictionis ecclesiasticæ, quod clericus subsit seculari iudici, vel qđ iudex secularis habeat talem iurisdictionem: maximè per rationem, quæ redditur xcv j. distinct. in c. deniq;. ergo nec tacitè in consequentiam potest ista iurisdictio prorogari. Tunc autem contra istam rationem, quæ est difficilis, dicas quod assumptum est falsum: quia licet subiectum, in quo est iurisdictionis verbi gratia: clericus nil prorsus pertinet ad iurisdictionem, seu iudicem temporalem: cùm tamen ipse dicatur esse temporalis, et secundum naturam suam non est bonum simile de causa spirituali, in qua habilitas ratione personæ, non faceret actũ prorsus contra naturam facientis, sicut inhabilitas materiæ, vt patet in l. is qui duos. in fi. & quod ibi Bar. ff. de lib. leg. & licet clericus non sit de iurisdictione iudicis secularis: tamen propter hoc ratione subiecti, non debet dici quod prorogatio, quę fit in iudicem secularem fit contra naturam iurisdictionis, sed contra priuilegium personæ, quæ nullo modo pertinet ad laicum. Sed per Bar. adducas nouam rationem: nam actor et reus sunt personæ connexæ: vnde quod statuit in vno, maximè vbi ratio est expressa in lege, extenditur ad alterum. l. fi. C. de fru. & li. exp. & tex. in auth. de exec. §. j. cogit reum inuitum agere coram eodem iudice: ne propter diuersitatem tribunalis lites implicentur, & non possint finiri. & hoc circunscripto omni consensu actoris, in persona ipsius, habet locum ratio prædicta: & cogitur in ius respondere: Cùm ergo lex generaliter dicat, q̃ agẽs tenetur respondere reconuenienti: ergo, &c. Adde quid iuris si clericus accusat laicum coram iudice laico, & accusatus ipsum clericum coram episcopo, q̃ falso fuit accusatus per clericum: an episcopus poterit inhibere iudici seculari ne interim procedat. Vide Fed. de Sen. cõsi. cxij. Et quod clericus poterit reconueniri coram laico, videtur tenere Spe. in tit. de conuen. & recon. §. j. ver. sed quid si laicus.

c ¶ Coram arbitris. Sed de iure ciuili habet locum reconuentio. l. non distinguemus. §. item si quis. in fin. iuncta gloss. in l. si de meis. ff de arbitr. & sicut non habet locum reconuentio, ita nec exceptio reconuentionis. Secus coram iudice delegato: vt per Bald. in l. neque. infrà, de compen. & in l. j. suprà, de arbitr. adde Bald. in l. si cum dies. §. quod si sorte. ff. de arbitr. vbi quod sicut non habet locum reconuentio, ita nec exceptio reconuentionis: aliàs compensationis. Adde quod hæc apostilla est falsa: nec credo eam fuisse Alexan. nam Bar. in l. non distinguemus, §. item si quis. idem tenet quod hic, & idem tenet Specu. in titu. de recon. §. in princip. reprobans opi. aliquorum tenentium quod coram arbitro electo ad omnes controuersias, sit locus reconuentioni.

d ☞ P. P A V. P. ¶ Duo vocabula. Vide Ias. in l. contra maiores. post prin. ff. de inoffi. testa.

a quid in causa appellationis [a] sit locus recõuẽtioni? Specu. tractat istam q. & c. Cy. ponit eã in l. p hanc. j. de tẽp. app. Breuiter omissis verbis eorũ, veritas est ista: q̃ quando ille, q appellauit, appellat de necessitate ꝓpter iniuriã, quã arbitratur sibi factam à iudice: & sic ipse sua sponte iudicẽ non elegit: nõ potest corã iudice appellationis reconueniri: sed debet in puincia sua apud suũ ordinariũ iudicẽ cõueniri, vt ff. eũ qui ap. in prouin. defen. d. l. j. & l. ij. §. ei quoq;. ff. de iu. Ex quo patet, q̃ ista auth. solũ impedit reũ agere corã alio iudice, q̃ dat sibi iudicẽ in causa reconuẽtionis: aliàs cessat ista exceptio. †Quæro, qd si reus cõuenit actorẽ corã alio iudice, contra formã huius authẽ. Respõdeo, si quidẽ corã iudice delegato, processus est ipso iure nullus.

17 †Si corã iudice ordinario processus est aliqs, nisi opponat: vt d. ca. dispendia. de rescri. li. vj. †Vtrobiq; tamen siue processus est nullus, siue quando opponit exceptio. reus vocãs actorẽ corã alio iudice condẽnat in expẽsis: vt d. c. dispẽdia. & ga temere eũ vocauit, & c. l. eũ qui temere. ff. de iu.

19 †Quæro, vtrũ clericus agẽs [b] cõtra laicũ b corã iudice laico possit recõueniri. Glo. in c. at si clerici. extra de iu. tenet q̃ sic. Quidã doct. iuris ciuilis, vt Pet. & Iac. But. tenẽt q̃ nõ: quia hoc nõ potest fieri p modũ prorogationis in c. si diligẽti. extra, de for. cõpe. & §. de epis. & cler. auth. statuimus. Breuiter puto cõtrarium, scilicet q̃ possit reconueniri. Nec ob. q̃ nõ potest fieri prorogatio: qa fateor, s. ab homine: sed à lege hoc fit, vt oẽ priuilegiũ, p q̃ psona subducitur, iurisdictionẽ tollat in cã recõuẽtionis: vt l. cũ Papi. & in corpore vnde sumit hæc auth. Nec ob. si dicas. ille est fauor totius cleri: qa fateor, eodem modo priuilegiũ, ne legati cõueniantur, est fauore publicæ vtilitatis: & tamen cessat in causa reconuentio

20 nis: vt d. §. sed & si agant. †Quæro, vtrum c corã arbitris [c] sit locus reconuẽtioni. Tex. est q̃ non, extra de arbi. c. cũ dilectus. quod est verum: quia tunc cessat ratio l. cũ Papi. Non enim actor illum arbitrum elegit magis quàm reus, imò vterque simul. Et ideo

21 †puto, q̃ si aliquis esset delegatus de cõsensu vtriusq; partis, coram illo delegato non esset locus reconuentioni eadem ratione, qua de arbitro §. dixi.

1 ☞ *Ante litem contestatam potest in aliquibus casibus appellari, & qui sint isti casus. & nu. 2.*

3 *Recusatio iudicis potest fieri quandoque post litem contestatam, si noua causa superuenit.*

4 *Nemo nisi princeps, potest committere causam remota appellatione à diffinitiua, sed bene ab interlocutoria.*

5 *Appellatio & recusatio iudicis, quando simul ponuntur: hinc appellatione remota ante litem contestatam etiã recusatio remoueri uidetur.*

6 *Si in literis delegationis remoueatur solum appellatio, non intelligatur remota recusatio.*

CVm solitũ. Ista est singularis lex, nec scio esse eã alibi. Breuiter dicit. 1 †Qñ duo vocabula [d] veniunt ad d determinationẽ eiusdẽ verbi, debẽt intelligi vt vniformiter operentur. h. d. Primò Imperator repetit illud, sup quo dubitat. Secũdò quorũdã ponit opi. Tertiò dat consiliũ. Scda ibi quidã putabãt. Tertia ibi: caueãt. No. q̃ dixi in summario. Idẽ habes in l. in testõ. §. de testa. mil. & de impub. & ali. sub. l. hæreditatem. & l. quãuis. de vulg. & pup. l. iam hoc iure. Dicit hic, caueat itaq;. Quæro, qua distinctione debent vti iudices? Glos. dicit, q̃ debet verbum appellationis accommodari post sniam: & verbũ refutationis, seu recusationis añ lit. cõte. Vide gl. super ver. sine certa. Vult ergo gl. ad hoc vt ista clausula aliqd operet, q̃ opponatur eo tẽpore, quo inducat aliqd contra ius cõmune: sed de iure communi post sententiã potest appellari: ergo post sententiã remoueatur appellatio ante lit. cõte. potest

Secunda Bartoli ſuper Codice.

☞ P. P A V. P.

8 ¶ Quid ſi in literis. Not.qđ imò remota appellatiõe nõ intelligĩ remota nullitas, qa ſunt diuerſæ. Vide Com.cõſi.xvij.& an remota appellatione & cõtradict.dicatur ſublata nullitas, vide Com.cõſi.lx.incip. in Chriſti noie.vbi etiã ponit an intelligat remota reductio in laudo:& q etiã ſi remoueatur appellatio nihilominus querelæ ſupplicatio poſsit dici de nullitate, vide Pract. Pap.in forma exc.ſentẽtiæ diffi.in ij.co. Itẽ q remota appellatio- 2
ne.nõ cẽſetur remota appellatio rõne euidentiſsimæ iniquitatis & q nõ videatur remota nullitas, vide Abb.cõſi.lv.in ij.parte, in ij.co. Item qđ remota app.nõ cẽſetur 3
remota querela vel ſupplicatio, vide Barba.in c.j.de of.dele.in ij.col. Iaſ.in auẽ.quæ ſupplicatio de p̃ci.imper.offer. Item remota appel.vel querela, non cenſetur remota nullitas. & quædam alia vide q Are.cõſil. lxxv.in pen.col.& in c.dilecto.i ix.q.de ap. Item an ſtatutum remouens appel.in aliqua cã, an cenſeatur ſolũ à diffinitiua non ab interlocutoria vel grauamine vide pau. 9
q ſic, in c.paſtoralis. in princ.in vj.quæſt. de appel. Itẽ an remota appellatione dicatur remota querela apud eũdem iudicem vide Alex.in l.fin.col. xj. ſ. de edicto diui Adria.tol.poſt Paul. de Caſt.ibi.

b ¶ Futuri temporis. Quando tractus futuri temporis ſpectet ad iudicem, vide nota.per Bar.& doct.in l.vbi autem.§.qui ſortem.ff.de verbo. obliga. Quid in fructib⁹ 6
futuris, vide Baldũ a
in l.j.ſi ſer. nupt.mu.

☞ P. P A V. P.

c ¶ Quanquam. Vide quæ habes ad Barto. in l.j.in fine. ff. de legat.ij.& in l.proinde. ff.ad l.Aquil.

☞ Pro ſaluatione Barto. in hac l.ij. & in quo videatur inuolutus vitio contradictionis, vide concordiã, quam poſui in l.j.ff. de eden.

d ¶ Sententia incerta. Quando valeat ſententia,& libellus incertus, vide etiam Inno.in c.fi.in gl.in ver. omni.de excel.prælat. 1
vide Innoc.in c.iij.de 2
lib.obli.

e ¶ Veterem. Idem tenet in l.ait prætor.§.j. ff.de re iudi. 3

f ¶ Intereſſe. Iudex 4

recuſare ante li.cõteſt.remoueaẽ recuſatio. iſta opi.nõ eſt vera:quia nullus iudex prẽter principẽ poteſt appellationẽ poſt ſententiã remouere: vt l.j.§.fi.ff.à qui.app.nõ li.Do.Rich.Malũ.intelligit totũ econtra, vt iudices remoueãt appellationẽ ante ſententiã,& recuſationẽ poſt lit.conte. Et eſt hæc diſtinctio:quã tenere debẽt iudices, ſecundũ eũ,vt hic:& hoc placet. Sed contra hoc oppo.expreſsio eius,qđ tacitè ineſt,nihil operaẽ:vt j.de fideiuſ.l.nõ rectè.& ff.de leg.j.l.iij.ſed iſtud eſt etiã tacitè,de iure cõi ergo &c.Sol.dicit Rich.fateor cõtrarium q nihil operatur:ſed fit cã dubitationis tollendæ:vt l.q mutuã.ff.man.& l.quæ dubitationis.ff.de reg.iu. Hoc non placet:qa vanũ eſſet cõſiliũ Principis hic.† & ideo dico q ante ſentẽtiã & etiã ante lit.cõte.qñque põt appellari: vtputa ſi iudex ꝓnũciauerit ſe eſſe,vel nõ eſſe iudicem:vt no.in auẽ.habita.ne fil. pro pa.& in caſu l.arbitror.ff.q ſatiſda. cog. & de mino.l.intra vtile. Item †recuſatio põt fieri qñq poſt lit.cõte.ſi noua cã ſupuenit:vt l.non diſtinguemus.§.cũ quidam.ff.de arb. Vnde cùm iudex remouet appellationẽ ante ſniam, iſta remotio operaẽ illis caſib⁹,in quibus poterat appellari:& cũ remouet recuſationẽ poſt lit.conteſt.operabitur ſecũdũ qđ dicemus de ordinario:vt ſ.de iud.auẽ.ſi verò contigerit. Et ſecũdũ hoc ſic opp.nemo† põt committere cãm appellatiõe remota, niſi Princeps:vt l. 4
j.§.fi.à qui.appel.nõ li. Rñ.verũ eſt remota appellatione à diffinitiua:ſed bene põt remoueri appellatio ab ĩterlocutoria. Et hic eſt caſus not.hic:& hoc ſentit gl.tua in fin. multum no.quã vide. Secundò quęro, †qñ iſta verba ſimul ponunẽ, qualiter intelligãtur ,put in prin.l.præſupponiẽ. In hoc ſunt opi. Quidã dicũt q ante lit.conte.nõ poterit recuſari. Et qđ hic dr̃ ĩ tex.q minimè vetitũ eſt,ſ.à lege & hoc tenuit Io.Alñ dicũt contra.& dicũt q dictis verbis nõ obſtãtibus poterit recuſari,per hunc tex.dũ dicit, quod minimè vetitum,&c. Ego teneo opi. Io.per rationẽ quã dixi in ſummario,ſ.qñ duo vocabula veniũt ad determinationem vnius verbi,debent intelligi vt vniformiter operentur. Sicut ergo appellatio eſt remota ante lit.conte.vt dixi:ita eodem modo recuſatio.† Quæro,qd ſi in literis [a] dele gationis remoueatur ſolũ appellatio an ex hoc videatur remota recuſatio? Gl.hic tenet q ſic. Alleg.extra,de app.c.ſuper eo.In cõtrarium facit j.ne lic.in vna ea.cau.l.j.in fi. Ibi loquitur quando remoueẽ à iure: hic quãdo ab homine. Contrariũ huius determinat gl.in d.l.j.§.fi.ff.à qui.app.non li. Et iſtam opi.ſequũtur communiter doc.quia quãdo ſunt duo iura ſeparata,remoto vno, non ſequiẽ remotio alterius:vt l.ſidonius. ff.de ſer.vrba.prædio.

De ſententijs,quæ ſine certa quantitate prolatæ ſunt. Rubrica.

☞ *Ius merè de futuro,non poteſt deduci in iudicium.*
Si ius eſt de præſenti habens dependentiam de futuro, uenit in iudicio quando actori nihil poteſt imputari.
Quid ſi ius eſt de præſenti propter intereſſe, quod ſperatur de futuro.
Quid ſi aliqđ ius de præſenti ſperatur recedere in futuro.

LEX I.

Vm iudicem. Valet ſententia de futuro,ſi depẽdeat à iure,qđ eſt de præſenti.h.d.ſecundum vl.lec.hic poſitam in gl.quæ eſt vera. Opp.& videtur,q curſus fu- b
turi temporis [b] non ſpectat ad iudicem: vt ff.de vſur.l.j.§.j. Huius timore ſunt in gl.quinq lec.quatuor primæ tendunt ad hoc,vt oſtendant iudicẽ pronũciaſſe de vſuris præteritis. Vlt.ad hoc tendit,vt ſi iudex pronũciauerit de futuris. Primæ quatuor lec.non habent dubitationem:ideo non proſequor eas.vide gl. Ad quintam lec.quam poſui vobis obſtat fortiter l.j.§.j.ff.de vſuris. Rñ. Quandoque nihil eſt, quod poſsit imputari creditori;vtputa,repeto ſortem,& facio quantũ poſſum in ea exigenda:tunc tractus futuri temporis,in quo currunt vſuræ,& inuito actore,ſpectat ad iudicẽ:vt hic. Quãdoq; eſt aliquid quod poteſt imputari creditori: vtputa, non curat ſortem habere,ſed vult q debitor condemnetur ſibi de futuro ad vſuras:& hoc non ſpectat ad iudicem, vt l.contraria. Op.de l.non quemadmodum.ff.de iu. Sol. Ea.quæ ſunt merè de futuro,non ſpectant ad iudicem,vt l.contraria: ſed ea, quæ ſunt de futuro,& habent dependentiam à iure de præſenti.& ſic loquitur hic. Nam ſors petebatur de præſenti:& ab iſto debito ſortis habet dependentiam vſurę:& hoc ſpectat ad iudicem & ita loquitur hęc lex. Cõtra hoc opp.de l.in lege Aquilia, ſi deletũ. 1
ff.ad l.Aqui. Huius timore debes ſcire breuiter, † q quandoq eſt ius mere de futuro:& hoc nõ poteſt deduci in iudicium: vt 2
d.l.non quemadmodũ. † Quandoque eſt ius de præſenti,quod habet dependentiam de futuro:& tunc diſtingue vt dixi: Aut poteſt actori aliquid imputari:& non venit in iudicio:vt l.j.§.j.ff.de vſu. Aut nihil poteſt ei imputari:& venit in iudicio: vt 3
hic,& l.j.de fideic.& l.malè agitur.de præſcri.xxx.an.† Quandoque eſt ius de præſenti,propter intereſſe, quod ſperatur de futuro:& tunc aut illud intereſſe ſperatur propter culpam: & loquitur l.in lege Aquilia,ſi deletum.ff.ad l.Aquil. Aut propter dolum:& loquitur l.locum.§.condemnatio. de tab. exhi. 4
† Quandoque eſt aliquod ius de præſenti,quod ſperatur recedere in futuro:& iſto caſu loquitur l.ſi ſeruus.in prin.de cond. fur. Iſtam materiam tetigi in d.l.locum.§.cõdemnatio.plenius in l.ſi finita.§.fi.cum l.ſeq.ff.de dam.infec.

1 ☞ *Quando proponitur actio uniuerſalis,uel generalis:tunc procedit petitio incerta,& ſententia incerta,ſed in executione certificatur. & nu.2.*
3 *In obligatione alternatiua,ſi electio eſt creditoris,debet dari libellus certus,& ſententia certa ſequi.*
4 *In ſimplici obligatione,quando procedat petitio incerta,& ſententia certa, & quando etiam ſententia incerta.*
5 *Sententia incerta habebit executionem paratam,facta liquidatione.*
6 *Et quomodo fiat liquidatio etiam in inſtrumentis non liquidis,quæ merentur executionem. & nu.5.*

LEX II.

c Quanquam pecuniæ. † Vbi petiẽ incertũ,valet ſnia. h.d. Vides ergo q ſnia incerta [d] valet. Contrariũ vi- d
des in l.pxi.& l.fi.Sol.gl.Qñq petitur incertum:& tũc valet ſnia incerta;vt hic. Sed ſi petiẽ certũ;& tũc debet ferri ſnia certa,per ſe,vel per relationẽ ad acta vt l.ſeq. Contra iſtud opp.Inſt.de act.§.curare. Huius timore gl.intrat hanc materiã e
veterẽ [e]. Quandoque† proponitur actio vniuerſalis, vt petitio 2
hæreditatis. Quandoque actio generalis,vt petitio tutelæ,vel neg.geſt.& in iſtis procedit petitio incerta,& ſententia incerta:ſed in executione certificatur. Ita tenet hic glo.mag.& plenius in l.j.in gl.mag.ff.de eden.& plenè p Inn.in c.cõquerẽte. in gl.pe.de offi.ord. Quandoque proponitur actio ſingularis; & iſta propriè eſt materia noſtra:& tunc aut obligatio erat alternatiua,aut ſimplex. Si eſt alternatiua,pcedit libellus,& petitio alternatiua & incerta,vt d.§.curare.& de verb.obl.l.eum 3
q certarũ.in fin. Qđ intellige,qñ erat electio debitoris.† Si eñ eſſet electio creditoris:cũ ſit in eius poteſtate,debet dare libellum certũ;& ſnia ſequitur certa: vt l.vbi.§.qui illud aut illud. de verb.oblig.† Quandoque obligatio eſt ſimplex. Et hic ad- 4
uerte: aliquando in libello non põt declarari certa quantitas, f
ſed poteſt declarari in ſentẽtia:vt cùm petitur intereſſe [f], quod intere

debet in ſentẽtijs taxare intereſſe. Adde l. cum propria. & ibi Bald. ſ. ſi quis all. vel ſibi idem dicit in fructibus.

a ¶ Intelligere. In his, & in vniuerſalibus vide etiã not. Bal. in l. filiũ. in xvij. col. j. verſic. vlterius quæritur. ſ. fa. erciſc per gloſ. & docto in §. j. de re iudi. & Innoc. in c. fi. & Bal. in l. iñ. in ij. col. de re iudi. & Inn. in c. fi. de exceſ. præla. Et adde q̃ valeat cõdẽnatio expẽſarum. etiam incerta, ſine reſeruatione taxationis, ſecũdum Bart. in l. terminato. verſic. venio ad quartũ. j. de fruct. & lit. expend. & ibi per Bart. q̃ tenet hoc eſſe verũ in omnibus acceſſorijs: & idem dicit in arbitro, & arbitratore.

b ¶ Practica hodie. Vide Bartol. in l. j. ff. de eden.

☞ P. PAV. P.

c ¶ Hæc ſentẽtia. Qđ ſententia incerta non valebit, niſi certificetur per relationẽ ad aliud. Vide Com. conſic. vij. in v. colum. & ſequẽ. & ibi in vj. colum. non dicit quod vbi ſententia eſt incerta ſuper eo de quo principaliter non diſputatur nõ vitiatur. Vide per eũ, & ſubtiliter loquitur et ibi etiam ponit quod recipit declarationem partis etiam quo ad ipſos expreſſe ſe non refert. & vide Comẽ. conſilio vigeſimo tertio in principio. Item vide etiam quod ſententia incerta quę nõ declaratur per relationem ad acta non valet, licet ſecus ſit ſi declaretur ex certificatione niſi in certis caſibus quos ad Bar to. habes in l. Paulus. la j. ff. de re iudica. & q̃ incertitudo vitiet ſentẽtiam, vide Feli. in ca. cum venerabilis. colũ. xvij. extra, de excep.

d ¶ Nota iſtum. Idem quod hic dicitur, qđ ſentẽtia lata per verba obſcura, debet declarari per verba probatoria, etiam ſi ad alia non fiat relatio expreſſe, debet intelligi, quando ſententia eſſet nulla ꝓpter obſcuritatem: niſi declaretur per ipſa acta probatoria. Sed vbi ſententia poteſt in ſe valere verba eius tũc debent ſtrictè intelligi per acta probatoria. Eſt tex. in lege j. ſ. ſi plu. vna ſente. & l. Paulus. la ij. ff. de re iudicata. quod tenementi. & vide Barto. in l. ait prætor. §. prĩo

intereſſe ſtat in æſtimatione iudicis, vt j. ti. j. l. j. tunc procedit libellus incertus, ſecundum verã opi. & tũc ſententia erit certa ſecundũ veram opi. no. per gl. in l. certi cõdictio. in prin. ff. ſi cer. pet. dicã j. ti. j. l. j. Quãdoque nõ põt declarari nec in petitiõe, nec in ſentẽtia: & tũc procedit libell⁹ incertus & ſententia incerta. Hic eſt caſus in l. noſtra. Nam debes hic intelligere [a] q̃ aliquis promiſerat indẽnitatẽ: & iam fiſc⁹ incurrerat aliquod damnũ, & maius damnũ poterat incurrere in futuro; vnde cũ non poſsit certificari id, quod dependet ex futuro, iudex pronũciabit de indẽnitate ſup futuro tẽpore; et hic pro prẽterito condẽnabitur: vt ſ. l. ꝓxima. Sed quæro, †quis eſt effect⁹ iſtius ſentẽtiæ incertæ? Rñ. q̃ habebit paratã executionẽ facta liquidatione, quefiet hoc modo: quia actor petet ſententiã executioni mãdari, in qua talis eſt cõdẽnatus ad indẽnitatẽ præſtandã. Ad probandũ q̃ ſit dãnificatus, faciet incõtinẽti articulos: nec eſt neceſſaria libelli oblatio, nec lit. cõteſta. & ſic procedetur ſummariè ſecundũ formam l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. de re iud. Sicut dicimus in ſimili, in ſentẽtia lata in iudicio vniuerſali, in qua eſt condẽnatus ad reſtituendũ hæreditatẽ ſimpliciter: quid autẽ ſit in hæreditate, in executione declarabitur. Et nota clarè gloſ. in d. l. j. de eden. †Et iſta eſt practica hodie [b] in partibus iſtis, q̃ inſtrumenta, quæ ſunt guarentigionata, vel cõfeſsionata, merent executionẽ, ſicut ſentẽtia diffinitiua. Si ergo eſt aliquod inſtrumentũ nõ liquidũ, peto executionẽ ſummarij, et facio articulos ad probandum id, ſecundum ea, quæ dicta ſunt ſ.

1 ☞ *Sententia quando fertur per relationem ad aliqua acta, ualet, ſi in illis continetur certa quantitas, non diſtinguendo quæ ſint illa acta. & nu. 2.*

3 *Sentẽtia ſimpliciter ꝓlata, ut condẽno te ad id, qđ debes, ualet. ſi certa quantitas reperiatur in actis ꝓbatorijs.*

LEX. III.

HAec ſententia. [c] † Sentẽtia, quæ non continet certum per ſe vel per relationẽ ad aliud, eſt ipſo iure nulla. h. d. Nota iſtum [d] ſi. huius legis pro declaratione gloſſarum hic poſitarum. Quæro in quibus actis debeat contineri certa quantitas, vt ſententia valeat. dicit gloſſ. in atteſtationibus, vel confeſsionibus. In contrarium videtur quòd ſufficiat cõtineri in libello: vt l. quid tamen. de arbit. & de re iudica. l. ait prætor. §. j. Solu. breuiter †quandoque ſententia fertur per relationem ad aliqua acta: tunc valet ſententia ſi in illis actis: ad quæ ſententia refertur, continetur certa quantitas, non habita diſtinctione, quæ ſint illa acta, vt l. contraria. † Quandoque ſententia profertur ſimpliciter, ſcilicet condemno te ad id quod debes: tunc eſt neceſſe quod certa quantitas reperiatur in actis probatorijs: vt in dictis teſtiũ, confeſsionibus vel inſtrumentis: nec ſufficeret contineri in actis aſſertorijs, vt libello, & petitionibus. ita loquitur hic glo.

2 ☞ *Etiam in dote non ualet ſententia incerta. & nu. 4.*

1 *Poteſt ferri alia ſententia, etiam antè, quàm pronuncietur de nullitate primæ.*

3 *Qui non appellat, confirmat ſententiam.*

e HAec ſententia [e] Sentẽtia nulla ratione incertitudinis, nõ impedit aliam fieri ſententiam. h. d.

1 †Nota, q̃ etiam in dote non valet ſentẽtia

2 incerta. †Secundò nota, q̃ poteſt ferri alia ſententia etiam antequam pronũcietur de nullitate primæ: vt hic, in fin. Et de hoc dixi in l. ſi vt proponis. ſ. quomodo & quando

3 iud. †Tertiò nota q̃ qui non appellat, confirmat ſententiam: vidiſtis in l. ab eo. ſ. quomodo & quando iud. Nota, q̃ dixi: quia alibi non reperies: ideo tene menti.

f Oppon. contra. hoc iudicium de dote [f] eſt iudicium vniuerſale, ſicut in petitione hæreditatis, & ſimilia. Ita probatur in l. quod dicitur. in prin. ff. de impen. ergo procedit libellus incertus, & ſententia incerta, ſicut in petitione hęreditatis. Et ita determinaui vobis ſol. mat. ſuper rub. Hic videtur caſus in contrarium. Solu. Hic fuit ſententia

4 omnino incerta. †Nã pronunciauit iudex, q̃ bona fide accepiſti, ſolue. ſi enim pronũciaſſet hoc modo, condemno te ad reſtitutionem dotis, quia cõſtat eam te habuiſſe: licet nõ declaretur quantitas, vel qualis eſſet dos, valeret ſententia, ſicut in petitione hæreditatis. Et quod hoc ſit verũ, videtur velle hic text. in eo quod dicit, quod petitio incerta procedit ſuper dote. Et ita intelligo hanc legem.

e ¶ Hæc ſentẽtia. Not. ex iſto text. ſecũdum Bald. q̃ iudex poteſt in ſua diffinitiua eſſe ſibi contrarius, ſi prima ſentẽtia ꝓ eũ lata erat nulla: q̃ eſt notã dum ſecũdum eum.

f ¶ Iudicium de dote. Procedit libellus generalis in dote: vide Barto. etiam in l. j. de edẽ. poſt gl. & vide ſ. eo. l. iij. & Bal. hic tenet cõtra Bar. quando res particularis eſt data in dotem.

De ſenten. quæ pro eo, quod intereſt, proferuntur. Rubrica.

Continua rubri. ad præcedentem hoc modo: ſuprà dictum eſt de ſententijs, quę ſine certa quantitate proferuntur. verum quia ſuper intereſſe profertur quandoq̃ ſentẽtia incerta: ideo ſubijcitur rubrica de ſententijs, quæ pro eo, quod intereſt. Iſta continuatio non eſt vera: quia ſuper intereſſe debet proferri ſententia certa: vt Inſtit. de act. §. curare. & dicemus j. iñ proceſſu materiæ. Debet ergo aliter continuari, & ſic dictum eſt ſ. de ſententijs in genere, & in ſpecie de ſententijs, quæ ſine certa quantitate: verùm quia in ferendis ſententijs ſuper intereſſe, conſueuerunt oriri plura dubia; ideo ponitur hic rubri. de ſententijs, quæ pro eo, quod interſt, proferuntur.

2 ☞ *Intereſſe ſingulare in caſibus, qui habent certam quantitatem, uel naturam, non poteſt excedere duplum communis, uel intereſſe conuenti, ubi non reperitur commune. & nu. 6. 7. & 20.*

3 *Qui ſint iſti caſus certi, & qui incerti.*

4 *Contractus illi dicuntur certi, qui habent certam quantitatem, uel naturam reſpectu ſui uel adiuncti.*

5 *Incerti dicuntur, qui non habent certam quantitatem, uel naturam reſpectu ſui uel adiuncti.*

8 *Intereſſe quid ſit: uide plures opiniones, & diuiſiones.*

9 *Intereſſe ſtrictè ſumptum, prout in materia huius legis, & ſecundùm Bar. eſt æſtimatio alicuius utilitatis non habitæ propter alicuius factum iniuſtum, uel ceſſationẽ iniuſtam.*

10 *Intereſſe eſt triplex, ſcilicet ſingulare, commune, & conuentum. & nu. 11.*

12 *Intereſſe ſingulare quando ſit affectionis tantùm, & quando ſit affectionis continentis utilitatem.*

13 *Intereſſe intrinſecum debet dici illud, quod eſt ipſa res, ſeu eius æſtimatio: & illud, quod eſt immediatè ex ipſa re.*

14 *Ea uerò quæ ueniunt occaſione rei, non ex ipſa re, debent dici extrinſecum.*

15 *Intereſſe intrinſecum, hoc eſt ipſius rei æſtimatio, ſemper uenit in iudicio.*

16 *Quid ſi intereſſe eſt ex ipſa re, ut fructus & partus.*

17 *Intereſſe extrinſecum quando agitur propter non factum: ſi ſequitur rem penes quẽcunque uadat, habetur ratio eius in iudicio.*

18 *Quid ſi non ſequitur rem penes quemcunque uadat.*

19 *Intereſſe extrinſecum, quando agitur propter malefactum ſcienter, uenit in iudicio. & quid ſi ignoranter.*

21 *Pœna legalis non poteſt excedere quadruplum. & quid in pœna conuentionali.*

22 *In intereſſe habetur ratio lucri, quod contingit circa ipſam rem: ut frumentum modo ualet &c.*

23 *Et idem in lucro, quod uenit extra rem, quando percipitur ſine alterius iniuria, & ſequatur rem penes quemcunque uadat.*

P. P A V. P.

a ¶ Cũ pro eo. Circa materiam intereſſe mercatoris ꝙ iuſtè petatur & ſtatutum poſsit illud æſtimare,vide Comẽ. cõſil. cxxxix. inci. Laicus. circa fi. Item nota ꝙ intereſſe lucri ceſſantis debet iudex æſtimare ex ſuo officio, ſecũdùm Barto.in l.j. C. de colleg. illici. li. xj.ad quod vide Iaſ. in l.iij.§.fi. in ij. colũ. ff. de eo quod certo loc, vbi etiã dicit ꝙ tale intereſſe probatur per cõiecturas et veriſimilitudines.

b ¶ Materiam. Et de materia huius l. vide Inno.in c.ſacro.de ſent.excõ.& hoc ſtatim alle.Bar. in ij.col. Jũ.in verſi. exẽplum; dediſti mihi damnũ. ibi ad rationẽ Iac. de Are.tũc cõcludit, an in cõtractu emptiõnis & vẽditionis veniat factũ? per Bart. in l. ſtipulationes nõ diuidũtur.xxij. colũ. de ver.obli. & in l.j. in penul.colũ.de act. emp.& in l.certi condictio. in principio. ſi certum peta.& vide not. per Bald. hic in xij.col.

c ¶ Fuerit aduocatus. hic locus non habet ſenſum:quare crederem legendũ, Fuerit euocatus pro legendo, vel vt aliqui antiqui codices habent fuerit aduocatus pro rege Angliæ, videꝙ totam hanc repeti. ingenti curą reſtituam:Alex,Loſæus,

24 *Si uerò non ſequitur rem penes quemcunque uadat, & in eo lucro natura rei plus operatur quàm hominis induſtria,eius ratio habetur.*

25 *Et ſi in eo lucro ut plurimum operatur induſtria, & ille, cui debebatur,non conſueuit mercari, non habetur ratio iſtius lucri.*

26 *Illud,quod dicitur,quòd intereſſe non poteſt excedere duplum,habet etiam locum in maleficijs.*

27 *Intereſſe uſque ad quam quantitatem poſsit aſcendere.*

28 *Qualiter intereſſe in iudicium deducatur.*

29 *Intereſſe cõuentũ probatur per inſtrumẽta,uel per teſtes.*

30 *Intereſſe commune probatur per teſtes, qui dicunt quòd res communiter tantum ualet, & quòd communiter cuiuſque intereſt tantum dictam rem habere.*

31 *Articulus pretij & intereſſe communis temporis præteriti,nõ debet referri ad unum diem,uel duos:ſed ad quãs plures in loco publico & conſueto.*

32 *Intereſſe ſingulare qualiter probetur.*

33 *Quomodo formetur articulus ſuper intereſſe ſingulari.*

LEX vnica.

Ad pecuniam, habet quadrimeſtre tẽpus: vt j. titu. j. l. ij. niſi per iudicem cauſa cognita abbreuietur. † non enim poteſt, niſi cauſa cognita; vt l. ij. ff. de re iudica. & l. iij. §. ſi quis condemnatus. † Si verò agitur ad ſpeciem: tũc aut agitur actione reali, aut perſonali, ſi reali, habet tempus arbitrio iudicis: vt inſti. de offi. [a] iud. i prin. Si perſonali, habet quadrimeſtre tempus: vt l. in fidei commiſſi. in prin. ff. de vſur. & quod met. cau. l. ſi cum exce. §. quod ſi homo. Hoc dicit prin. glo. iuncto fine ibi: hoc in ſimplici perſonali, &c. Contrarium huius videtur notari in d. §. quod ſi homo. Vnde quidam doct. [b] dicebãt q̃ vbicunq; agitur ad ſpeciẽ, poteſt fieri executio incontinenti. Sed hoc eſt contra l. in fideicommiſſi. in princ. de vſur. Et ideo, quando † agitur ad ſpeciẽ, dic aut agitur actione reali, & tene quod dictum eſt ſ. per glo. Aut agitur merè perſonali; & habet quadrimeſtre tempus: vt d. l. in fideicommiſſi. † Aut agitur perſonali ſcripta in rem, vt actione ad exhibendũ, quę eſt perſonalis in rẽ ſcripta: [c] vt l. de eo. in fi. melius in l. iij. §. eſt autem perſonalis. ff. ad exhibendum. tunc idem quod in reali; vt inſtitu. de offi. iudi. §. j. † Et idem dico in actione quod metus cauſa. nam & ipſa eſt in rem ſcripta: vt l. metum. §. fi. ff. quod met. cau. tũc habet tempus officio iudicis, ſicut in reali; vt d. l. ſi cum exceptionem. §. quod ſi homo. & quod ibi no. in glo. [d] melius quam hic. † Si verò agitur actione miſta, vt in petitione hæreditatis: tunc prout in ea venit vendicatio rerum, ſapit naturam realium: prout in ea veniunt perſonales præſtatiões, ſapit naturã perſonalium: vt l. hæreditatis. ſ. de peti. hæred. † Quæro. intra quantum tempus pignoris fit vẽditio [e]. Gloſ. dicit q̃ ſtatim poſt quadrimeſtre tempus. Et vide gloſ. quando pignus prætorium venditur ex diffinitiua. poſt lapſum quatuor menſium debent expectari duo alij menſes: vt l. debitoribus. ff. de re iudic. quæ clare dicit q̃ dantur duo menſes poſt lapſum primi termini: licet gloſ. dicat eam corrigi. j. titu. j. l. ij. ſed non eſt verum, vt ibi dicam. Quando verò vẽditio fit ex interlocutoria, dicam in l. cum proponas. de bon. autho. iudi. poſſ.

De vſuris rei iudicatæ. Rubrica.

Glo tua continuat: & ideo continua vt habes in ea: dictum eſt ſ. de excep. rei iudi. ſequitur videre de pœna imponenda moroſo, qui non ſoluit. Pœna enim ſibi imponitur: quia tenetur ad vſuras rei iudicatæ: ideo ponitur hic iſte titulus.

L E X I.

TS, qui bona. Breuiter dicit: qui † non paret ſententię intra tempus tenetur ad vſuras centeſimas. hoc dicit iſta lex breuiſſima.

L E X II.

Os, qui. [f] † Condemnatus ad ſoluendũ, habet quatuor menſes, à die ſententiæ primæ, ſi nõ fuerit appellatum; vel à die cõfirmationis, ſi fuerit appellatũ. h. d. Oppo. de l. debitoribus. ff. de re iud. Solu. Illa corrigitur per iſtam. Dicit gloſ. hoc non placet vt dixi ſ. titu. j. l. fina. Nam quoddam eſt tempus, quod datur ad ſoluendũ cõdemnato: & de iſto loquitur hic. Quoddam eſt datum ad vendendum pignora capta poſt primam dilationem: & de illo loquitur lex contraria. Oppo. ff. de app. negotiorum. de vſur. l. tutor. Dicit glo. ibi loquitur quãdo fruſtratorie [g] appellauit. Tu dic [h] & ibi loquitur de vſuris primæ actionis, quæ vſuræ currunt pendente iudicio primo, nec extinguũtur per ſententiam, à qua eſt appellatũ. Fateor tamen, q̃ illud quod glo. dicit, q̃ ſi fuerit appellatum fruſtratorie [i], quòd currunt vſuræ centeſimæ lapſis quatuor menſibus à die primæ ſententiæ: & intellige fruſtratorie: quando euidenter calumniosè appellauit per dictam regulam.

1 ☞ *Illud à quo remouet genus, & quælibet eius ſpecies.*
3 *Sententia nouat primam actionem, & interrumpit curſum vſurarum.*
4 *Nouatio tribus modis ſumitur. & qui ſint.*
5 *Exceptio cõpetens principali, porrigitur ad fideiuſſorẽ cõtra principalẽ, niſi perſonæ cohæreat. & n. 1 & 6.*
6 *Sententia lata contra principalem, mandatur executioni contra fideiuſſorem.*
7 *Fideiuſſor iudicatum ſolui, qui exactus eſt pro domino, habet executionem paratam contra dominum.*

L E X III.

Ancimus. Bona lex eſt: breuiter dicit: Quadrimeſtri † tẽpore elapſo, currunt vſuræ legitimæ ſortis tantũ & non vſurarum, & dilatio, quæ datur reo, prodeſt fideiuſſori. h. d. Diuiditur in duas partes principales. In prima dicit vſuras currere ſuper ſorte tantũ. In ſecunda dilationem porrigit ad fideiuſſorẽ. Secunda ibi: & cùm antiquitas. Item prima ſubdiuiditur: quia primò ponit dictũ. Secũdò probat per rationem à remotione generis. Tertiò per rationem à remotione abſurdi. Quartò per rationem à maiori. Quintò per rationem à nouatione. Partes videbitis in tex. Secũda ibi: cũ enim. Tertia ibi: ſi eñ ſine. Quarta ibi: ſi eñ ex iudicati. Quinta ibi: ſi enim nouatur. Not. ex prima particula, q̃ currũt vſuræ ſortis tm̃, 2 nõ vſurarũ. † Secũdò nota illud, à quo remoueſ genus, & quę- 3 libet eius ſpecies. Tertiò nota ex quinta particula, ſ. q̃ † ſniã nouat primã actionẽ, & interrũpit curſum vſurarũ. Venio ad k primũ dictum. Oppo. de l. cũ quidã [k]. §. in tacitò. ff. de vſuris. Solue vt j gl. Vlterius op. dicit̃ hic q̃ per ſniam nouat̃ prima actio. Cõtra. ff. de pig. l. grege. §. etiã. Veritas eſt, cõ q̃ ponit Cy. 4 in l. aliã. ff. de noua. & gl. & Cy. tangũt ſ. de iud. l. j. † q̃ nouatio aſſumit̃ tribus modis. Vno modo, primæ actionis in ſecũdum transfuſio. & de iſta loquit̃ ff. de noua. l. j. Secũdo modo accipit̃ nouatio, hoc eſt, nouæ qualitatis additio. & iſta fit per lit. cõte. vt l. aliã. ff. de noua. fit enim actio prima, perpetua, & tranſitoriaj hæredes: ſed no erit noua. Tertio modo accipit̃ nouatio, hoc eſt nouæ formę adiectio: & iſta fit p ſniam, nã adijcit̃ noua actio per ſniam. Item impedit primas vſuras per cẽteſimas: nõ tm̃ q̃ prima actio tollat̃. Ita loquit̃ hic. Venio ad ſecũdã partem 5 ex qua nota duo. Primò, † q̃ exceptio cõpetẽs principali, por- 6 rigit̃ ad fideiuſſorem. Secundò nota † q̃ ſententia lata contra principalẽ, mãdat̃ executiõi cõtra fideiuſſorẽ. Ad primũ op. ff. de exce. l. exce. Sol. Quod hic dicit̃, Fallit in exceptionibus cohærentibus perſonæ: vt l. cõtraria. Ad ſecundũ op. & videt̃ 7 q̃ contra fideiuſſorem l. nõ poſsit fieri executio, [l] cõtra quem nulla præceſsit inſtãtia, nec ſniã; vt j. qui. res iudi. nõ no. p totũ.

nouo processu.etiã omnia ista intellige,nisi sententia feratur contra principalem cõtumacem ex ficta confessione.quia nocet fideiussori,per no. per Bar.in lege cũ filius.de verb.obligat.

a ¶ Item inducebã vide glos.in l.fideiussor ff.de re iudi.

b ¶ Non procedat.Hic adde quæ habes in l. Paulus. la ij.ff.de re iudica.

c ¶ Secundo modo.p Bart.latius.l.iij.§.j.ff. de duob.reis.

d ¶ Verba sentẽtiæ.Vide Bart.in l.j.ŝ.de erro.calũ.& Barto.in l. Paulus. la ũ.ff.de re iudic. verba sentẽtiæ debent intelligi secũdum sequentia. vide tamen Bald.in l.fi.ŝ. communi diui.

☙ P. P A V. P.

d ¶ Verba sententiæ. Vide quæ habes in bertach.in versiculo, sentẽtia interpreta.& adde quod si iudex cõdemnet aliquẽ,sententia intelligitur sine die vel conditione:licet instrumẽtum vigore cuius profertur sententia contineat diem vel conditionem.vide Aret.in l.j. C.si ad libe.& ibi ẽt vide Sali.aliter distinguẽtẽ vide ad doctrinam.Bartol.hic eundem in l. Paulus.la. ij.ff.de re iud.vide Alexã.in l.miles §.decẽ. eo.titu.de re iudi.ista tamẽ reg.non procedit in snia ad iudicatoria iuris regalis,qa intelligitur pro rata domini competẽtis. l.iiij.§.si alter. ff. fini. regund. vbi Bald.& Floren.no.& Aret.in l.si separanti. §. quoties.ff.de acqrẽ.posse. Ioannes de Imola.& alios in prin.

e ¶ Super toto. Facit quod not.Bal.in l.pe. in ij.col.de sentẽ.quæ sine cert.quãti.& expresse Bal.in l.ij.in ij. columna.de re iudic.

f ¶ His præmissis.De intelligentia huius legis vide doct.in l.repetita . & quod ibi Bar.de fide instru.& vide Alexãd.in leg.j. C.de iudi.

g ¶ Si neque.Vide Barto.in leg . neque.ff.de cri.expil.hære.

h ¶ Oppon.quod frater.Idem tenet Bart. in leg.sæpe.in ij.& ff. de re iudic.& vide in leg.ij.in fine.supra de eden.

i ¶ Res inter alios.Per Inno. in ca. quamuis. de re iudi.

k ¶ Nõ valet.Idem de mandato de discutiẽdo de possessiõe secũdum Baldũ.qui dicit hãc esse singularem.

tit.& suprà tit.j.l.j.ff.de pig.l.grege.§.si cũ defensore.Sol.Odof.intelligit ista in fideiussore de iudicato soluendo: licet glo.loquatur simpliciter. Leges cõtrariæ loquũtur in fideiussore contractus, licet gl. pen. loquatur hic simpliciter.Ista materia.vtrũ executio fiat cõtra fideiussorem, est valde longa quam plenissimè tractaui in l.j.et in rubri.ff.iu.soluí.Tamen quantum ad propositum doct. dicunt:Aut loquimur in fideiussore contractus:& loquuntur cõtraria. Aut loquimur in fideiussore iudicatũ soluí:& loquitur hic.Et ꝙ iste text.loquatur de executione,quæ fiebat in fideiussorem patet ex eo ꝙ dicit statim, vt ibi dixi.

a Item inducebam [a] hanc l.ad aliud,ſ.† ꝙ fideiussor iudicatum soluí, qui exactus est 7 pro domino habet executionem paratam contra dominum nec habet necesse cõtra eum dare libellum in actione mãdati, nec procedere ordinate:vt hoc text. ibi statim pecunias,&c.Plenè vide in l.j.iud.so.Guliel.tangit hoc in l.ij.§.fin.cum l.seq.ff. qui satisda.cogantur.

Si plures vna sententia condemnati sunt. *Rubrica.*

Libellus,in quo cõueniuntur plures simul,et quilibet insolidũ, procedit si adijcitur ꝙ una solutio sufficiat.

1 *Illud,quod dicitur,quod debet pronunciari super toto, intelligitur super toto quod petitur: licet in sententia omitteretur aliqua qualitas.*

LEX I.

1 SI nõ singuli. † Plures simpliciter condemnari, intelliguntur in partes æquales: nisi aliud sit expressum.h.d. totus iste titulus.

Not.quod dixi in summario.Op.aut tu dicis quod libellus sic præcesset,quia petebantur centum simpliciter ab omnibus:& tunc non verũ:quia sententia debet cõformari libello: vt in l.vt fundus. cõmuni dí. & ideo nullũ dubiũ habet lex:quia sic petebatur.† Aut tu dicis,ꝙ dabatur libellus insolidum cõtra plures:& tunc videtur ꝙ libellus non procedat [b] & per consequens nec sentẽtia,vt ŝ.de fideiuss.tut.l.j.vbi dicit expressè ꝙ non procedit libellus quãdo cõueniunt fideiussores & tutores pupilli insolidũ.Sed posito quòd procedat libellus, adhuc videt ꝙ nõ valeat sentẽtia:quia pro parte tãtũ iudicauit,& pro parte nõ:nã cũ petebat à quolibet insolidũ,condemnauit quemlibet pro parte:ergo sentẽtia est nulla: vt not.suprà si aduer.rem iudi.l.j.Dico ꝙ potest intelligi duobus modis hæc lex. Vno modo, ꝙ petebant simpliciter centũ: &dubiũ facit in lege: quia vbi obligatio præcedit insolidum:ita & petitio et sentẽtia videbantur insolidum debere intelligi, c quod hac l.remouet. Secũdo modo [c] põt intelligi,quod conueniebãt plures simul, & quẽlibet insolidum:hoc adiecto, ꝙ vna solutio sufficiat.Iste libellus procedit:vt j. de duob.re.auth.hoc ita.& l. in executiõe. §.insolidũ,ff.de verb,ob.Habes in glo.no. quę dicit in leg.si mandato Titij.§.Paulus respondit. ff. mand. & tunc dubium facit d hic:quia videbatur ꝙ verba sententię [d] deberent intelligi secundũ verba petitionis. ꝙ hic remouetur. Nã verba sentẽtię debẽt intelligi secundũ se,& scdm quod ipsa im- 1 portant,non per relationem ad libellũ:nisi ad libellum expresse se referant:vt vidisti in l.fi.ŝ.de sen.quę sine cer.quãti.Non obstat l.j.de fideiuss.tut. quia fatetur ꝙ nõ possunt conueniri insolidum si exigantur.Ita loquitur ibi.Ita sentit ibi gl. paruula. Sed si adijcitur in petitione,quod vnius solutio sufficiat:bene procedit,vt dictum est.ŝ. Non obstat ꝙ pro parte pronunciatur, & pro parte non quia imo pronunciauit su- e per toto [e] in eo quod est petitum, licet illã qualitatem an insolidũ, vel pro parte,omi 3 serit.quod nota† quia illud, quod dicitur, quod debet pronunciari super toto:intelligatis super toto quod petitur. nec vitiatur sententia, si omitteretur pronunciatio super aliqua qualitate. quod tene f menti. His præmissis [f] venio ad gloss. Oppo. & videtur ꝙ sententia prosit condemnato,contra l.euidenter.ff. de except. rei iudic.Dicit gl.hic videtur condemnatus in parte,& in pte absolutus. Ista est falsa,vt not.in l.j.ŝ.si aduer.rem iudi.Vel dic, m ꝙ non prodest ei: quia adhuc prima actio durat insolidum: ideo sententia non tenet,nisi pro parte,si est vera.

LEX II.

QVoties. Opp.si vnus ex pluribus app.l.j.Solutio, Vnius appellatio prodest alijs, vt ibi not. tamen non nocet vni,nisi alter non sit soluendo.

Quibus res iudicata non nocet. *Rubrica.*

2 *Frater admittitur ad defensionem rei fratris sine mandato.*

3 *Sententia lata contra eum,præiudicat eidem fratri,si non uult habere ratum.*

4 *Quod tunc frater,qui litigauit,tenetur ex cautione de rato,si eam interposuit.*

LEX I.

1 g SI neque. † [g] Breuiter dicit totus iste titulus. Res iudicata contravnum,non nocet alijs siue sit cõiuncta persona, siue non, siue in causa ciuili,siue in criminali:siue sit in eadem causa.siue in 2 simili.h.d.totus iste titu. †Oppo. ꝙ frater [h] est persona, quæ h admittitur sine mandato:vt l.sed & hæ.ff.de procu.† Solu.Ex 3 hoc non sequitur, ꝙ sententia lata contra eum præiudicet,si 4 non vult hoc ratũ habere.Fateor tamen,ꝙ† ipse frater,qui litigauit teneatur ex cautione de rato,si eam interposuit.

LEX II.

i RES inter alios. [i] Opp.de l. Papinianus.§. fi. de inoffi.test.Gl.quæ est hic, dicit,quod est regula,quæ fallit in casibus,quos glo. ponit hic:quos vide. Do.Cyn.omnes casus speciales inducit per modum cuiusdam distinctionis valde longæ, quam omitto pro modo:licet ista distinctio egeret multis supplet ionibus.

Comminationes,epistolas,programmata. *Rubrica.*

Ista rubrica ponit summarium totius tituli: continua vt in gl.

LEX Vnica.

k IVdex. No.† ꝙ mandatum de mittendo aliquem [k] in possessionem, non præcedente causæ cognitione, non valet, vt hic: quod not. Dicemus in l.meminerint.j.vnde vi.quod tene menti.Hic non sunt alia.

l Si ex falsis [l] testimonijs,& instrumẽtis iudicatũ sit. *Rubri.*

LEX I.

m SI tabulas. [m] Hic totus tit.Breuiter hoc intendit:Sententia prætextu falsorũ instrumentorũ lata,rescinditur tribus concurrẽtibus, seu cõuenientibus:si falso sunt producta,& de falso non sit cognitũ,& propter illa falsa

P. PAV. P.

¶ Si ex falsis.Not.ꝙ licet testes pducti in causa probarent falsi,non tamẽ retractatur sentẽtia,nisi cõstaret quod iudex motus fuisset per illos,et qualiter istud procedat vide Feli.in cap. ter cætera.in ij.colũ. extra de re iudi. vide Iati° de materia qõo post sentẽtiam possit opponi exceptio falsitatis.& quid debeat probari,vide Feli.in c.licet causam.in xv. colũ.& pluribus seq. extra de probat.Item an sufficiat probare testẽ fuisse corruptũ, vide Feli.in ca.sicut. in vlti.column.extra de testib.Item ꝙ pendente cognitione tantis falsitatis obseruari debet sententia,vide Feli.in ca.acceptamus.in iij.colũ. extra de fide instru.

¶ Si tabulas. Adde Barto.in l.duus.ff.de re iudica.

falsa sit iudicatum.quod prodest ad tria.s. ad sententiã rescindẽdã, ad executionem impediendã,& ad solutũ repetẽdum.h.d. totus tit. Postea examinabim⁹ inde l.ad l.

a Oppo.[a] de fide instrumẽ.l.vlti.Solu.Ibi fuit de falso cognitũ in primo iudicio, hic nõ.Si ergo in primo iudicio est cognitum de falso,nõ nocet in alio: quod intellige si ad eũdem finẽ quæratur de falso, in eodẽ iudicio,iuxta ea, quæ notantur per Cyn. in l.peremptorias.ſ.ſent.rescind.non possſ. Habemus in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff. de verb.obli.Item oppo. Insti.qui ma.non pos.§.semel.Solut.ibi exponit causa falsa, idest, non vera.

1 ☞ *Sententia lata prætextu falsorum instrumentorũ, & sic rescindenda,non firmatur per appellationem.*

2 *Probato falso,sententia rescinditur per restitutionem in integrum.& quando id fallat.*

LEX II.

Si qui. Quæro. dicitur hic, & qui nõ prouocaue rũt. Quæro quid† si appellasset, an sntia firmaretur? Videtur qđ sic.ff.rem ra.ha.l.cũ minor.§.falsus. Cõtra rium est verũ,per l.expresim.ff. de appel. Nõ obstat.§.falsus.quia ibi sententia solũ deficiebat propter defectũ consensus: hic verò propter falsitatem instrumentorum.

†Quæro,probato falso,qualiter sentẽtia rescindatur.glo.hic dicit per restitutio nem in integrũ:vt l.diuus.de re iud. Fallit in casu ſ.si ex fal.alleg.l.j.Hoc, quod glos. dicit,[b] est verũ,quando sententia propter falsa instrumenta,est lata contra præsentem.Sed si esset lata contra absentem esset ipso iure nulla:vt l.si prætor.§. Marcellus. ſ.de iud.& ibi no.Istam materiã plenè exa minaui in d.l.diuus.ff.de re iudic.

b

1 ☞ *Non sufficit probare,testes dixisse falsum & illis at⁹ testationibus iudicem motum,ut sentẽtia rescindatur: si quis in positiõibus,uel in libello dixit testes falsum dixisse,pecunia corruptos.*

2 *Quando committens falsitatem in iudicio,perdat causam.*

LEX III.

Falsam. Circa istã legem est examinãdum vnũ, de quo est opi.†vtrũ sufficiat pbare testes dixisse falsum & illis attestationibus iudicẽ motũ,ad hoc vt rescindat sententia.Hic videtur quod sic: In contrarium [c] videtur, qp debeant probari duo:ſ.qp dixit falsum,& qp corruptus pecu nia;vt l.diuus.ff.de re iudic.aliàs non rescindatur sententia. & hoc tenuit Plac.Glo.videtur tenere contrarium,qp non requiratur qp iudex sit corruptus pecunia;quia idem est iuris in testi bus,& in instrumentis;sed in instrumentis non adhibetur illa distinctio an sit corruptus,vel non: ergo &c. Veritas est ista. quando aliquis se adstringit in positionibus suis,vel in libello quia dicit testes falsum dixisse corruptos pecunia. Certè si ad hoc se adstringit debet vtrunqp probare,alias non. Secus si ad hoc se nõ adstringit.Istud probatur extra,de proba.c.licet. Et ibi vide de hoc per Bart.& Innocen.Ego plenius in d.l.diuus.

c

2 †Oppon.qp qui [d] falsitatem committit in iudicio, perdit cau sam;vt ſ.de pœna iudi.qui ma.iudi.l.j.& ff.de iure fis.l.in fraudem.§.neque instrumenta.Sed hic dicitur,qp causa restauratur in pristinum statum.ergo malè.Breuiter quandoqp quis committit falsitatem circa acta iudiciaria falsificãdo & fraudãdo; & tunc perdit causam;vt d.l.in fraudem. Quandoqp committit falsitatem corrumpendo aduersarium vel iudicem; & tunc perdit causam;vt supra dc pœ.iud.qui ma.iu. Quandoqp committit fraudem circa testes,vel instrumenta,& tunc nõ perdit causam.Ita loquitur totus iste titulus.

d

1 ☞ *Exceptiones oppositæ post sententiam contra actionem primã,& aliæ quæ possunt incontinenti probari,impediunt executionem sententiæ.*

2 *Practica formandi exceptionem,contra executionem sententiæ.*

e f 1 g 2 g

Iudicati. Vides hic,quod ista exceptio [e] impedit executionem.Contra.ſ. de ordi. cog.l.fina.Solu.Breuiter, † quædam exceptiones [f] opponuntur post sententiam,non contra sententiã, sed cõtra actionem primam:& istæ impediunt executionem, vt l.prima.ſ.de iur.& fact.ignoran.& ibi dicam istud. Quædã exceptiones opponuntur post sententiam:contra ipsam sententiam,non cõtra actionem primã.& hic aduerte. Aut de illa exceptione liquet nullo alio probato extrinsecus:vt quia fuit prolata nulla præcedente instantia,vel fuit condemnatus dominus:vbi deberet condẽnari procurator, & similia:tunc etiã impeditur executio:vt l.j.ſ.de exec.rei iudic.& l.cum nulla.ff. de re iudic.Si verò requiritur alia probatio extrinsecus: tunc au ista probatio requirit altiorem indaginem; & tunc non impedit executionem,vt l.fin.ſ.de ordi.cog.& j.de fal.l.ij. & extra de in integ.restitu.c.auditis.aliàs cap.fuscitata.Si verò illa exceptio possit probari incontinenti,tunc impediretur executio.& hic est casus in l.nostra:nam hic loquitur quando iam in alio iudicio instrumenta erant prodita falsa, ita qp de falsitate probatio erat aperta,& manifesta.& vide text.qui dicit, quòd ista distinctio sit vera,probatur per rationem. Nam vos scitis, quòd in executione sententiæ adhibetur cognitio summaria: vt l.à diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iudi. Sed in summarijs cognitionibus admittuntur exceptiones, quæ possunt probari incontinenti,non ista,quæ requirunt indaginem: vt l.iij.§. ibidem.ad exhi.& ad Trebel.l.ille à quo.§.si de testamento. & l.†à quo.in principio.vt in possesio.leg.ex hoc habes practicam [g] quando formas exceptionem contra executionem sententiæ: quia debes dicere,quam paratus sum incontinenti pbare.quod si non posset probare incontinenti, iudex posset eã respuere.quod not.& tene menti.

De confessis. *Rubrica.*

Continua vt in glos.Dictum est suprà,de verè condemnatis,sequitur videre de quasi condemnatis, qui dicantur confessi. Quærit glos.quomodo differt hic titulus, à titulo de interrogatorijs actionibus.Dicit glos.quod hic titulus habet locum post lit.contestat.ille titulus de interrogatorijs actionibus ante lit.contesta. Et vide glossam de hoc not.de interrogat.actio.super rubric.de procuratoribus.l.non solùm.in principio. Veritas est ista, quod hic titulus habet locum ante lit. contesta.& post:quia etiam nullo præcedente libello, vel litis contesta.fiunt cõfessiones,vt infrà videbitis.& differt ab illo: quia ibi de interrog.actio.quæ fiunt in iudicio ad litis ordinationem,hic de his quæ fiunt ad litis decisionem,dixi ff.eodem. super rubrica.

2 ☞ *A confessione sua facta in iudicio non potest quis recedere.*
3 *Confessio facta in iudicio habet executionem paratam.& nu.7.& 8.& 9.*
4 *Quando dicatur confessio in iure.& nu.7.*
5 *Quæ pertinent ad iurisdictionẽ uoluntariã iudicis:possunt in quolibet loco expediri.*
6 *Quid in his,quæ pertinent ad iurisdictionem contentiosam.*
7 *Confessio facta in iudicio prosequendo:an prosit confitenti.*
8 *Confessio incerta facta in iudicio meretur executionẽ in casibus,in quibus ualeat sententia incerta.*
9 *Confessio facta in iudicio,super eo,quod ius,uel natura respuit,non ualet.& nu.8.*
10 *Positioni iuris non tenetur quis respondere,ibi.& in causa capitali confessio sponta nea præiudicat.*
11 *In criminalibus,quando quis habetur pro iudicato.per confessionem non debet sequi sententia diffinitiua.*
12 *Idem in causa ciuili,quando confessio emanauit post litem contestatam.*
13 *Confessio facta in iudicio,in quibus æquiparetur sententiæ.& nu.6.*
Confessio adulti tenet,sed restituitur.
14 *Confessio tutoris,quando præiudicet pupillo.*
15 *Confessio facta in iudicio,debet poni in actis.*
16 *Quod confessio ualeat sine interrogatione.*
17 *Ad tales responsiones compellitur aduersarius officio iudicis.*
18 *Confessio facta coram iudice,an mandetur executioni per alium.*
19 *Si fiat coram iudice incompetenti,executionem non meretur.*
20 *Si fiat coram arbitro,ita præiudicat sicut coram iudice.*

a Oppo.ſ.idem dicit in l.diuus.ff.de re iudi.adde Bal.ind.l.vlti.in vj.colũ.& p hoc in l.ij.cum ibi not.j. de falsis.

b Gloss. dicit. Adde Bart.in l.nam postea. §.si minor. ff. de iureiuran. & hic adde Bald.j.eo. in l. fina.in vij.colũ. & Bar.in d. §.marcellus. & in l.j. ĩ.de aduoc.di.iudi. A D,D E quid iuris si testis corruptus dixerit verum Innoc. in cap.sicut.de testi.c. cum dilect. de dona. dicit quod sententia non tenet: sed in cap. cum causam.de proba.tenet contra. Adde gloss.in l.j.§.j.ff.de fal.cui conũge gloss. in l.damus.C. de fal. ponit quid iuris in dicto casu.Andr.Barb.

c In contrarium. An vt sententia rescindatur sufficit probare, testes falsum dixisse: an requiraẽ etiam qđ ꝓbeẽ, eos fuisse corruptos, per Bald.in l. fi.in j.col.j. eod.Adde Spec.& Io.And.in ti. de sentent.§. qualiter. verſic.itẽ oppo.& an tunc sententia retractetur vide in verſic. sequentibus. Et an si post terminum testes non possunt reprobari an iudex possit inquirere,vide Bartol. consil.xcix.

d Oppo quod qui.& scripsi post Imol. in d.l.j.de re iudi.

e Exceptio. An ista exceptio falsi impediat executionẽ,vide etiam Bal.in l.ij.cum ibi no.j.de fal.& Bal. in addi.Specu. de execu.sen.in iiij.col.

f Exceptiones. quæ exceptiones possunt oppon.in executione sententiæ, vide eũ in l.iij.§. condẽnatũ. de re iud.& vide eum in l.diuus.eo.titu.in fi.

g Practicam. Nota hanc practicam contra executionem sententiæ.

Secunda Bartoli super Codice.

LEX Vnica.

CONfessos. [a] Hæc est notabilis lex, & habet notabilem glos. Breuiter hoc intendit: † Confessus in iure, habet pro condēnato: & contra eū potest fieri executio. h.d. Iste text. habet duas partes, vt patet in summa. No. ꝙ confessus in iure habetur ꝑ condēnato. Simile in l.j.ff.eo. † No. quòd à cōfessione sua quis nō pōt recedere. ꝙ dicā in l.error.de iur. & fac.ign. & dixi ff.e.l.ij. † Tertio not. quod confessio habet executionem paratā. Ita dicit hic tex. & l.post rē ff.de re iudi. & l.debitoribus.e.ti. ꝙ not. & tene mēti. Et ꝑpter hoc in ciuitate ista, instrumenta confessionata [b] mādātur executioni, sicut sententiæ diffinitiuæ: [c] quia per statutū si sit cōfessio facta corā notario, videatur facta corā iudice: in Tuscia vocantur instrumēta guarētigionata. qđ no. Venio ad gl. siue est magna. Vides ꝙ gl. ponit regulā, & multas limitationes ad eā. Ego pro declaratione glos. formabo pro qualibet limitatione vnā oppositionē. Oppo. ꝙ confessio non præiudicet: vt l.si ex cautione. & l.ex contractibus.ſ.de nō nume.pec. vbi dicitur quod intra biennium pōt obij cere exceptionē nō nu.pec. licet fuerit confessus. Huius timore dicit glo. ꝙ hic debet intelligi cōfessus. ſ. in iudicio. Nam ibi loquitur de confessione extra iudicium, quę nō prodest ad obligādū, sed ad liberandū, dicit glo. Sed de hac cōfessione extra iudicium. nihil dicā hic. sed materia eius est in l.generaliter.de non num.pe. & ibi dicam. Tetigi in l.nō solū.§.si liberationis verba. de li.leg. iuxta hoc est videndū, † qñ dicat fieri cōfessio in iure. [d] Glo. hic dicit, in iure vbicunque sit iudex: vt ff. de interroga. actio. l.voluit.§. & ait. In cōtrariū videt. qđ iudex debeat seruare locū maiorū: vt l.cū sentētiā.ſ.de sentē. & l.pe.§.fi.ff.de iusti. & iur. Propter quod dic, & † quędā sunt, quę pertinēt ad iurisdictionē volūtariā. & ista possunt expediri in quolibet locovt l.ij.ff. de offi.procon. & le. & sic seruat in emācipationibus, & similibus casibus. † Quædā ꝓtinēt ad iurisdictionē cōtētiosam: & tunc si quidē debēt expediri summariè, etde plano, possunt expediri in quolibet loco: vt l. nec quicquā.§.de plano.ff.de offi.ꝓcon. & l.ij.§.dies.quis ordo in bon.pos. & ibi glo.

Quædā verò requirūt plenariā [e] causę cognitionē: tūc si quidē quod agitur pertinet ad litis ordinationē, pōt expediri in quolibet loco: vt d.l.voluit.§. ꝙ ait.de inter.acti. Si ꝓtinet ad litis decisionē, debet seruari locus maiorū: vt d.l.cum sententiā. ſ. de senten.cū simil. seruata distinctione, quā dixi in l.sivt proponis.la ij.quomodo, & quando iudex. & l.j.de sentē.ex breui.reci. † Istę ergo confessiones quæ pertinent ad litis decisionem, debent fieri in loco maiorum. Fallit ex causa quia propter qualitatē personæ potest mitti ad eam, vt respondeat. ff. de iureiuran.l.ad egregias. Modo habetis primum. Opp. de l.ætate.§.j.ff.de interro. actio. & suprà de probatio.l.exemplo. Dicit glo. intellige hoc, quando confessus est contra se: secus si pro se, vt in contrarijs. Hoc quod confessio facta pro se nō prosit fallit in casibus quando propter delictum aduersarij: vt l.si quando.j.vnde vi. Item qñ defertur iuramentū in litem, in casibus, [d] qui ponūtur in l.in actionibus.ſ.de in litē iuran. Item vbi defertur iuramentum in defectum probationis: vt l.admonendi.ff. de iureiur. & l.in bonæfidei.ſ.de iureiurā. Circa prædicta est videndum: quid si confessio contineat aliquid contra se & aliqd pro se, vtrum in eis quæ sunt contra se stetur, & in alijs non. Istum passum examinaui ibi in l. Aurelius.§.idem quæsijt.ff.de libe.leg.glos. tangit in l.si quidem.j.de excep. & ibi dicemus. Oppo. tertio de l.certum.ff.eo. Soluit gl. † ꝙ hoc debet intelligi, quando certū cōfessus est: aliàs si incer- [e] tum, cogitur ad certificandū, vt in contrario. Ego intelligo & in omnib⁹ casibus in quibus valeat sententia incerta, vt l.ij.ſ.de [f] sentē. quæ sine certa quātit. in illis valet cōfessio incerta: quia æquiparantur confessio & sententia. vt hic videtis: & eo modo meretur executionē cōfessio incerta, sicut sentētia incerta: & in executione declarabitur. Quid enim si esses confessus te esse hæredem Titij, & me possidere hæreditatem, quare non valet ista confessio, vel me gessisse negotia tua, per decem annos, & simi. Vlterius oppo. de l.confessionibus. & l.si is.ff.de interroga.actio. Soluit glos. [9] † quòd hic debet intelligi quod sit confessus id qđ ius, vel natura, non respuit: aliàs non valeret. vt in contrario. Ex qua glos. nota, quòd positionibus iuris non tenetur quis respondere: quia in eo responsio nihil releuat. Si enim ego responderem contra ius, nihil valeret: & secundum ius non releuat ponentem. No. de hoc in l.ij.ff.eodē. & ibi dixi. & est text. in l.ornamentorum.ff. de auro & arg.leg. Oppo. ff. ad legem Aquil. l. inde Neratius.§.fina. cum l.sequenti. & l.qui Stichum.ff.eodem. Huius timore, limitatur ista regula, quod hoc debet intelligi de eo, qui confitetur de eo, cuius nomine cum alio posset esse actum. Nam si ego essem confessus, me occidisse hominē viuentem, non valeret: quia huius nomine non potest esse actio cum alio. Sed si essem confessus me occidisse Titium, quem occidit Seius, ego tenerer: quia huius nomine cum alio posset esse actio. Opponi. ff. de quæstione. lege prima.§. diuus. & §. si quis vltro. Huius timore dicit glos. quod ibi debet intelligi confessus in causa, pecuniaria: nam in causa capitali confessio simplex non præiudicat, nisi perseueret. Ita [10] vult glos. † hic. Videte domini, quod hic dicit glos. quod in criminali non statur confessioni statim: esset verum si confessio esset extorta metu tormentorum, vt in contrario. Nam si confessio esset spontanea, statim ei staretur: vt infrà, de pœnis. l.cum reis. & tangitur per glos. vbi dixi. ff. de custo. reorum. l. j. & ibi vide. Veruntamen licet confessioni eius stetur, non tamen pro iudicato habebitur, nisi requiratur sententia, vt statim videbitis infrà dum loquar in criminalibus. Oppo. dicitur [f] hic, pro iudicato habebitur. [f] & sic innuit quod nō debet ferri alia sententia. contra. ff. eodem. l. certum. §. finali. & l. Iulia. Gl. [11] quæ est hic dicit optimè, quā menti tenebitis. † Quādoq; quis confitetur in criminalibus: & tunc sine dubio debet sequi sententia diffinitiua, aliàs non habetur pro iudicato, vel con- [12] demnato: vt l.si confessus. ff. de custod. reorum. † Aut in causa ciuili, & tunc aut confessio emanauit ante litis contestationem: quia nullo dato libello: & tunc habetur pro cōdemnato.

Et

---

a ¶ Confessos. Et de confessione erronea. vide Barto. in consil. cxxxj. incipi. in causa Ioā. Patrochij. Andr. Barba.

a ¶ Confessos. De differentia inter hunc ti. & titu. de interrog. actio. vide Bar. in rub. ff. eo. Et an confessio vnius noceat alij, vide Bar. in l.ij. suprà de eden. & docto. Quæ differentia sit inter cōfessum, & cōuictum, vide docto. & maximè Abb. in c. at si clerici. de iudic. & statutum faciens mentionem de confesso, intelligitur de spōte confesso. Ita dicit Bal. in l.ij. infrà quo. ap. vbi dicit, quod esset verū in materia actor ante: & statutum faciēs mentionem de confesso, similiter intelligitur de vero non de ficto. Ita notat dominus Anto. & alij, in cap. at si clerici. de iudi. & bene facit text. in l. quoniā. & quod ibi Bald. ff. de his qui not. infa. vbi dicit, ꝙ bannitus qui ex forma statuti habetur pro confesso non efficitur infamis. Et vide ꝙ singulariter tradidit Guil. in Specul. de confes. §. nunc videndum. cū concor. quas habes per Alexan. in l.ij.§. penulti. de eden. vbi dixit ꝙ quāuis cōfessio facta in vno iudicio, faciat probationem in alio, nunquam tamen hoc est verum si sit facta per procuratorem. recipit tamen dictum statutum interpretationē passiuam, vt habetur post Bar. in l.ij.j. quo. appel. Quādo autem statutum habens alium pro confesso, debes intelligere de confessione iudiciali, & solenni. secundum Bal. in leg. quoniam. in princip. commenti ff. de his qui not. infa. quod dixi tenendum. & scias quod ille, qui confitetur videt promittere dare, Bart. in l.ex facto, de heredi. institu. vide post Bartol. in l. Pub. §. fin. ff. depo.

b ¶ Instrumenta confessionata. Quæ est ratio ꝙ hodie instrumentum confessionatum habet executionem paratam de iure cōmuni, vide Bal. in l.j.ſ. de exec. rei iudic. in j. columna per Paul. de Eleaza. in commento capit. ex parte de confessio. circa penu. colum. & ibi etiam aliquid per dominum Anto. Ad de Paul. de Cast. consil. lxxiij.

P. PAV. P.

c ¶ Sententiæ diffini-

tiuæ. vide Bar. in l. cū huius. in fi. in prin. ff. de bo. au. iud. pos.

d ¶ Confessio in iure. Et quid fiat corā notario, vide gl. in Liubemus. ſ. de libe. caus. & quod not. Bart. in l. possessio. §. & si possessē. ff. de acquiren. possess. Sed quid si est facta coram arbitro? Petrus et Cy. hic cōcludunt ꝙ non dicatur facta in iudicio. Sed tu vide Bar. j. ea. l. in fi. qui videtur tenere contrarium, per Paul. de Eleaza. in c. ex parte. de confes.

e ¶ Plenariam. Tume lius per Bar. in l.iiij.§. hoc autem. in ij. & v. opp. de dam. infect.

f ¶ Habebitur. Ancōfessus habeatur pro cōdemnato, per Barto. in l. j. ff. eod. Idem tenet Innoc. in c. quærenti. de offic. deleg. ſ. quod in criminalib⁹ licet quis confitearetur, non mandatur executioni, nisi feratur sententia. Allega. l.si confessus. hic allega. & ij. q. j. ca. nos in quenquam. & cap. ficut. Secus in ciuili: vbi videtur velle ibi, dum dicit currit etiā confessio à die confessionis. ff. de confess. l. certum. Et dicit Innocent. in ca. qualiter. el ij. de accusa. quod si aliquis confitetur crimen in iudicio sine alio processu, ferretur sententia diffinitiua, quantuncunque pœna grauior imponi posset. Allegat. ſ. ad l. Aquil. l. proinde. de constitu. capit. ij. & ij. quæstio. j. capit. j. & ij. & vide glos. in capi. nos in quenquam. Ad materiam huius adde Bartol. suprà proxi. & an confessus possit appellare, vide post Bartolum in l. secunda, infrà, quo. appel. non recip. Adde an confessus habeatur pro condemnato. & quid si metu tormentorum, Petr. de Ancharra. consil. xxiij.

a ¶ Quærit glo. Vide Barto. in l. diuus. de cust. reo. per Pau. de Eleaza. in cap. ex parte. extra, eodem.

b ¶ Vtrum confessio. Vtrum confessio facta coram iudice mãdetur executioni per alium. Idem tenet Innocen. in cap. per inquisitionem. de electio. & Ioan. Andr. in titu. de confesso. §. sequitur. versicu. quinto non valet. in addi. Idem tenet domi. Feder. de Scalis disputando, & concludit quod vbicunque iurisdictio iudicis incompetentis, non potest prorogari per cõfitentem, ibi confessio facta est nulla. Sed vbi iurisdictio sua potest prorogari, confessio facta tenet. Quod dictum sequitur Ange. in l. prima ff. de confes. Dicit tamen Innocẽ. in dicto cap. q confessio clerici facta coram iudice seculari non valet, vt possit condemnari: tamen clericus tractus coram iudice incompetenti, poterit compelli ad confitendũ. quod quia prius fuit confessus. Hoc etiam sequitur Ange. in dicta l. j. & ibi ponit, quid talis confitens mortuus est. Alleg. Inno. in c. fi. de succes. ab intesta. Et istis adde singularem glo. in l. quid ergo. §. ex contemptu. ff. de in ius vocan. ad hoc alle. Angel & Imol. in l. infamẽ. ff. de public. iud. & dicit Lap. ad literã in ca. docet. de immu. eccle. q valet confessio facta in loco prohibito allega. quod scribit Archid. xxx. q. vlt. iudicantẽ. & But. de procura. c. auditis. quod est verum, si fit corã iudice non prohibito, secundũ not. per Inno. in d. ca. per inquisitionem. alias secus. d. cap. at si clerici. de iudi. Et secundum hoc tenet, q valet confessio à subdito facta corã suo iudice, licet extra territoriũ, quãuis processus alias non valeret. d. capit. decet. & adde Bart. & quæ ibi dixi ff. de cust. reorum. Et de cõfessiõe facta in ciuili, an præiudicet i criminali, vide Bartolum in l. ij. ff. vi bono. rapto. Adde Bald. in cõsi. aliquis cõfitetur corã iudice. dic q cõfessio facta coram in competẽti iudice valet, nõ quo ad condẽnationẽ, sed vt cogatur perseuerare. Allegat nouũ dictũ Inn. in c. cum super. de cõfessis. & i c. per inquisitionẽ. de electi. Pro quo alleg. Bal. in l. capite quinto. & ibi gl. de adulte. licet dicat in contrariũ. d. c. at si clerici. tamen tenet dictũ Innocẽ. Adde an confessio facta in iudicio nullo, absente parte valeat: Bald. consilio cxlix. ij. libr. Et an confessio facta super inepta inquisitione valeat, vide pulchrè Angel. consilio. clxxvij. Vnum tamen scias, quod vbi ex confessione alicuius mortui ante condemnationem, agi non potest contra eius hæredem: quod hoc non habet locum in famoso latrone: quia licet moriatur ante condemnationem: potest agi cõtra eius hæredes. Voluit Ioannes Andr. in additio. ad Specu. in titu. de accusatio. in ij. parte. §. j. ver. quid si latro.

¶ Quæro an sententia. Vide domi. Anto. & ibi dixi post alios in cap. præsentata de testa. Andr. Barb.

c ☞ P. PA V. P. ¶ Res inter alios acta. Limita istam regu. non procedere in sententia declaratoria, ius scilicet alicui competere. vide Roman. consilio cccxlvij. ad fi. Item q sententia inter aliòs lata probet inter omnes quòd sic fuit lata, vide Pau. cõsi. cccl xxxe in princ. Itẽ q sentntia lata inter alios suf ficiat in possessorio ad colonũ, vide Feli. in c. quãuis. & Ias. limitantẽ regu. plurib⁹ modis in l. j. in vlti. colũ. C. de eden. Item q testes recepti inter alios si sunt mortui, semiplenã probationẽ faciunt inter alios vide Iaso. in l. admonendi. in vi. chart. in iij. col. de iureiurã. in lectura, & in repe. in xxv. char. in j. colũ. vide aliqua in materia per Socin. in l. modestinus. ff. de execu. rei iudi. vide deci. consil. xliij. in vj. rubrica. ad fin. Itẽ quomodo sententia præiudicet tertio, qñ ipse fuit citatus, vide Alexã. in l. sæpe. in iij. colũ. ff. de re iudi. & in vij. colũ. & seq. quando sententia alteri præiudicet.

d ¶ Inter alios. Vide limitationẽ per Innoc. in c. quãuis. de re iudicata. & in l. sæpe. per docto. ff. eodẽ tit. vbi satis dixi. Gloss. in l. ij. §. de edend. dubitauit an acta facta in vno iudicio valeant i alio. & cõtra easdẽ personas, & cõtra diuersas. Et concludit quo ad qualequale præiudicium faciunt fidem in alio, non ad plenam probationẽ. Et quod qualequale præiudicium fiat. est casus in l. si duo patroni. in princip. ff. de iureiuran. maximè si persona in hoc secundo iudicio interueniens, fuit in primo. Idem si sit ratio connexitatis personarũ, vt in l. res hæreditarias. ff. de crim. inc. exspi. hæred. Pone ergo regulam in actis: & dic quod res inter alios acta, aliis non prodest, neque nocet. & l. j. §. qui. res iudic. non nocet in isto tit. Quẽ tamen intelligo in actis, post quæ in actis nulla est secuta sententia, quæ regulat ius dispositum: siue actio ex actis tñ non oriatur, vt est gloss. in l. & si possessori. §. penulti. ff. de iureiurã. præterquam in confessione in iuramento: vt de confessione est text. in l. proinde. §. j. ff. ad legem Aquil. & de iuramento in toto titu. de iureiuran. Vnde non bene fuit locutus Innocẽ. in d. c. causam quæ. de testi. dum voluit q qñ noceat sententia noceant acta: quia intelligo in actis, de quibus s. aut non æquiparando acta ipsi sniæ, sed referendo singula singulis: quã limita nõ habere locũ in l. sæpe. de re, iudica. vbi prior creditor patiens debitorem experiri, perdit iura sua ex actis factis per posteriorem. secundo limita, nisi sententia faciat ius. l. ingenuum. ff. de statu

Et ita loquitur hic. Aut post lit. contesta. tunc debet sequi sententia, vt in l. contraria. Item dicit glo. tua hic, & bene. Cõtra hoc videtur l. si debitor. de iudi. Solu. illud præceptũ quod ibi fit, non est sentẽtia diffinitiua: sed magis ad executionẽ pertinet, quàm ad condemnationẽ. Oppo. & videtur, q confessus non habeatur pro condemnato: vt ff. eod. vt l. certum. §. sed an. Solu. Intellige quando confessus erat maior. secus si minor: vt infra. Et hoc intellige in minore, scilicet in pupillo. † Nam confessio adulti tenet, sed restitueretur: vt d. l. certum. §. minorẽ. Et est hic vnus de casibus, in quo differt sentẽtia à confessione: quia sententia lata contra minorẽ indefensum, est ipso iure nulla: secus in cõfessione maioris. Rationem assignat Dyn. quia sentẽtia fertur in inuitum: confessio in violentum. Circa hoc tamen quidam sunt in contraria opi. vt Mar. Syl. Cyn. refert hic opi. Dy. & in l. clarum. de authori. præstan. & dixi in d. §. sed an. Oppo. iterum de ipso §. sed an. Solu. Ibi loquitur in confessione tutoris: hic in cõfessiõe principalis. † Istud habet magnum dubium, quando cõfessio tutoris, & curatoris, præiudicet domino.

Breuiter doct. videntur incidere in hãc sententiã. Si quidem confessio ista emanauit per modum voluntariæ iurisdictionis: quia fuit coram iudice tutor, curator vel procurator, & sponte confessus est: tunc nõ præiudicat domino: vt in §. sed an. Aut per modũ contentiosæ iurisdictionis: quia habebat necesse respondere positionibus, vel interrogationibus: tunc talis cõfessio præiudicat domino: vt l. non solũ. in princ. ff. de procur. Ita debet intelligi l. j. dixi latius in d. §. sed ad gl. dicit late. Oppo. de l. j. §. diuus. & §. si quod vltro. de quæstio. So. intellige quod hic fuit cõfessus spõte: secus si coacte, vt in contrario. Item opponi. de l. error. de iur. & fact. igno. & l. nõ fatetur. ff. eo. Sol. Dicit glo. hic quãdo confessus fuit sciẽter, secus si per errorẽ: vt in contrario, dicit gloss. Ad hoc oppo. quia error facti non potest reuocari post sentẽtiam: vt d. l. error. si confessus habetur pro iudicato incontinenti: ergo videtur quod talis confessio reuocari non possit. Solue vt dicam in d. l. error. Oppo. de l. certum. §. si quis absente. ff. eodem. Solu. intellige hic de confessione facta in iudicio parte præsente, alias non valeret. † Ideo sis memor facere poni semper confessionem in actis. Idem habes in l. fi. de interrogatoria actio. Opp. s. de lib. cau. l. interrogatam. & l. parentes. Solu. Intellige ibi quãdo cõfessio fit circa id circa quod quis non potest sibi præiudicare. Oppon. de l. ij. ff. de his quæ in frau. cred. Dicit glo. quod regula est vera, nisi fiat in fraudem. Certè ista limitatio non est necessaria: quia etiã tunc valet: sed reuocatur per Paulianam, vel Caluisianam actionem. Vltimò glos. ponit quosdam versus, qui omnia prædicta
16 comprehendunt. Quærit gl. os. † Vtrum confessio valeat sine interrogatione. Dic vt in ea. Casus est in l. si sine. de interroga.
17 actio. † Quærit gl. [a] quo iure possit cõ-
a pelli respondere. Gloss. dicit officio iudicis, & bene. Et de hoc dicemus in l. ij. §. qđ obseruari. de iura. calum. & vide gloss. & leges quas glo. allegat. Circa hoc quod dicitur hic, quòd confessio meretur execu-
18 tionem: † quæro vtrum confessio facta coram iudice mandetur executioni per aliũ. Breuiter idẽ quod in sententia dico: vt l. à diuo Pio. §. j. ff. de re iudica. & ibi de hoc.
19 Quæro, † vtrum confessio [b] facta coram
b iudice incõpetenti, mereatur executionẽ. Respond. q non, sicut nec sentẽtia: vt s. si à non cõpe. iudi. per totũ. & extra, de iudi. c.
20 at si clerici. Quæro, † an confessio facta corã arbitro præiudicet, sicut facta coram iudice. Pet. de Bel. perti. tenet q non: quia sententia arbitri non habet vim sententiæ: vt l. j. s. de arbi. ergo nec confessio. Cõtrarium hodie puto. Cum enim hodie est data vis sententiæ arbitri, quando est emologata. Item omnibus actis factis coram eo creditur: vt l. cum antea. s. de arbit. ergo & confessioni.

c *Res inter alios acta*[c]. *Rubrica.*

LEX I.

d INter alios. [d] Non egget sũma rio: quia rub. summat totum tit. Istũ tex. habuistis s. qui. res iudi. nõ nocet. Differt tñ hic titulus ab illo: qa ille loquitur de sententia tantùm: hic de omnibus actis.

De relationibus. Rubrica.

2 ☞ *Iudex post cõmissionẽ cõsilio sapiẽtis ex forma statuti, parte petẽte factã, si ante habitũ consiliũ pnunciet, sñia tenet, licet possit per appellationẽ rescindi.*

3 *Sapiens, cui committitur causa consulenda, non potest recipere nouas probationes.*

4 *Causa quando committitur consilio sapientis, debet formari punctus de consensu partium: & hoc debet apud acta apparere.*

5 *Sententia continens litis contestationem & alia acta, si lata est partibus præsentibus, & non reclamantibus, probat acta sic præcessisse.*

6 *Iudex quando facit aliquid parte præsente, cui displicet, debet contradicere, & facere poni in actis, parte præsente. & contradicente.*

7 *A relatione iudicis non appellatur: sed est contradictio quædam.*

hominum quatuor intervenientibus. Primo quod sit legitimus defensor: & hoc ab initio.l.cum non iusta.ff.de collusio.detegen.secundo in processu,quòd causam defendat.l.qui repudiauerit.in fine.ff.de inofficio.testamen. Tertiò in sententijs,quę ferantur verbis affirmatiuis.l.diui fratres.ff.de lib.cau. Quartò post sententiam, quòd non appareat collusio. Quintò limita in casibus,in quibus quis debet causam ab eo, pro quo sententia lata fuit:qa sentētia talis prodest. l.hæredes.§.idem scribit.ff.familiæ erciscū. & vide in lege si superatus.ff.de pignor. Sextò limita,si tractamus quod sententia noceat illi qui ex trāsuerso in iudicio comparuit pro interesse suo:vt lege à diuo pio §.si super rebus.ff.de re iudica.in l.si suspecta.ff.de inofficio.testamen. Septimò fallit in casu glo.in lege secunda.§.hæc pœna.ff.quod quisque iur. vbi quæ impetrauit ius iniquum contra vnum patietur retorsionē ab omnibus. Octauo limita:in materia feudali, in qua ex facto vasalli,dum modo fraudem non cōmittit, præiudicat domino scienti, vel ignoranti:vt in capitu.j.§.vasallus. vlti.si de feu.fue.controuer. inter do.& agn. Sed & hoc fallit in casu l. ij.supra de pact. Nono fallit in casu, quē ponit Cyn.in l.desiderium. supra depositi. vbi instrumētum inter Titium & Stichū probat,etiam contra Mar. Fallit decimò, in processu facto contra reū principalem: nam ex isto aperitur via contra fideiussorem.in §.primo.& in §.sed neque: in auth. de fideiusso.l.sancim. §.penul.supra ad Trebellia.in gl.Debitum autem principale debet probare contra fideiussorē.Aliter enim potuisset fideiussor condemnari:nisi fuisset fideiussor iudicij.l. fi.j.si aduer.rem iudi. vel nisi in patre condemnato in filio,in quem patrem fit executio in peculio:vt leg.si condemnatus. ff. de noxa.l.si filio.ff.solu.matri.latè per Dyn.& Bartol.in l.cum filius.de verbo. obliga. Vndecimò fallit in casibus,in quibus acta sunt facta cum procuratore & procurator ex aliqua iusta causa remotus est à iudicio.nam ista acta fidem faciūt contra dominum.l.in causæ.§.si ex parte. de procura. Quod singulariter limito, nisi remotus esset procurator ab instantia ratione suspicionis: quia tunc oporteret omnia de nouo actitari.l. quæ omnia. de procurat. Duodecimò fallit, vbi inquisitus confitetur furtum: nam ex hac confessione tenebitur etiam parti, cuius interest.dicit Inn.in c.cum oporteat, de causa Bald.in l.ij.C. de eden.& vide Ange.ff.de iurisdic.omnium iudi.in l.imperium. Tertiodecimo fallit in casu quo resultat confessio vera contra defunctum.Nam ista nocet hæredi,per casum singularem.ff.de iure fisci.l.eius qui delatorem.& per Bartol.& per eum in l.manifestè. §.de iureiurando.& singulariter limita habere locum in confessione resultante in vita conficientis. Si ante resultaret ficta confessio contra eum,qui se ipsum interfecit:& ficta confessio nocet hæredita.l.ij.& ibi per Bartol.qui testa.fa.pos.& vide Bal. in l.j. j. ne ex delic. defunc. Item fallit in casibus, in qbus prima causa.& acta inde facta,habent se ad secundam causam, & secunda acta:& quando absolutoria lata in prima parit exceptionem rei iudicatæ in alia. & iudicia sunt eiusdem naturæ,scilicet quia ciuilia omnia præiudicabitur.l.fundi.& l.fundum.ff.de exce.secus vbi causę sunt diuersi generis,puta vna ciuilis,& alia criminalis:fallit in casibus quos ponit.Bartol.in d.l.ij.de edendo.

LEX I.

a Si quis. [a] Iste titu. est satis bonus, & habet quandā bo. Gl. continuat vt habes in ead. diuiditur. Primò ponit quale sit officium b iudicis [b] facta relatione. Secundò quale sit officiū iudicis in ipsa relatiōe faciēda. Secūda ibi:sed nec ad nos. Breuiter hoc intēdit:† Facta relatione debet officiū iudicis cōquiescere:aliàs appellabit. Itē relatio debet fieri plenè: & examinatione eius facta cū partibus.h.d.no.hūc casum. Secūdò no. gl.positā [c] sup verbo,sententiā.† Dicit statutū qꝙ iudex debet cōmittere cām cōsilio sapientis,parte petēte: quid si post cōmissionē factam,ante habitū cōsilium,vult iudex pnunciare? Rñdeo,sentētia tenet,licet possit per appellationem rescindi. Casus est hic,secundū intellectū huius l. qꝙ perpetuo tene mēti. † No.ex hac l.qꝙ sapiens cui causa cōmittitur cōsulēda, nō pōt recipere novas ꝓbationes:nā ei debet mitti causa plene instructa,q̄ alia iteratiōe nō egeat. 4 Hic est casus in l.cū à nobis.§.de dil.† No. quādo cōmittitur cā cōsilio sapiētis,& formatur punctus, [d] debet hoc fieri de cōsensu partium:& hoc debet apparere apud acta. Sed si partes discordant in puncto, videbitis.j.l. proxi. Vlterius not. ad id, qꝙ ego dixi pluries:qꝙ† qñ in snia cōtinet lit.cō te.receptis cōfessionibus partiū, facta publicatione testiū,& iuramento de calūnia, & similia:si quidē snia est lata partib⁹ præsentibus, [e] & nō reclamātibus:dico qꝙ snia ista probat acta sic prȩcessisse. Hic est text. nisi pars cōtradicat:quia si displicet sibi,debet cōtradicere. aliàs cōsentire videtur, vt hic,& de hoc vide Cy. in auth.si quis in aliquo supra de eden.& qꝙ relatio fiat ita sum mariè narrando,videbitis j.eo.l.fi. De hoc per In. extra de offi.delega. c.cum in iure. & per eundem in c. quoniā contra falsam. f & no.in c.cū Ioannes, [f] extra de fide instr.

& per Cy.de nō nu.pe.l. si ex cautione. & l.cum aliquis.de iure deliber. & l. prædijs. ff.de lega. iij. & c. cum olim. extra de cen. Dixi de hoc de re iud.l.acta.in prin.tangitur per Cy.in auth. si quis in aliquos.§. de eden.& melius in l.emancipatione. de fid. instru. Dixi de hoc ff.de re iudica.l.acta.in g princi. Vltimò no. [g] qꝙ † quādo iudex facit 6 aliquid parte præsente [h], cui displicet, de- h bet contradicere. Ideo facias poni in actis, parte præsente & contradicente, aliàs innuit hic,qꝙ videatur consentire. quod perpetuo tene menti. Attamen in sententijs causarum diffinitiuis, & interlocutorijs, vbi appellationi locus est,non videtur cōsentire, nisi taceat per decem dies, vel aliū actum exprimat:vt l. Labeo. §. quomodo & quando iu.& §. de re iudic.l.ad solutio.

c Minimè. [c] †Condemnatus in ciuili, non debet in carcere detineri: secus in criminali, si fideiussores non habeat. h.d. Pro euidentia debes scire quòd in causis ciuilibus seu pecuniarijs, condemnatus non potest detineri in carceribus pro debito. j. qui bon. ced. post. l.j. Not. tex. facit etiam istud principiũ contra rectores terrarum qui faciunt appellantibus iniuriam ex eo quia appellãt. Videbitis in l. & in maioribus. j. eod. & q̃ ibi no. nota hanc legem.

2 ☞ *Postquàm causa est commissa consilio sapientis, iudex non debet admittere nouas probationes.*

1 E X illo tempore. †Lite pẽdente per appellationẽ vel consultationẽ non debet aliquid innouari, etiã ex rescripto Principis. h.d. Habes hic nouũ casum. Secũdũ lec. gl. lex post set intelligi etiã alio modo, & magis notabiliter: & breuiter dicit secundũ istã: Lite pendente per appellationem vel consultationem, nõ debet iudex admittere instrumenta, vel alia quæ coram eo producẽtur, sed iudici appellationis vel cõsultori, acta prima remittet. h.d. Et secundum hoc ha- 2 bes notare, q̃ postquam †causa est commis- f sa consilio sapientis [f], iudex non debet admittere nouas probationes: quod tenebis menti perpetuò. Sed quæro, quid si amiserit, & processerit, valebit ne? Vidistis ſ.tit. j.l.j. & dic vt ibi.

2 ☞ *Res iudicata dicitur intra decem dies, intra quos potest appellari in his in quibus sit executio ipso iure sine facto hominis. & nu. 4. & 5.*

3 *Donec iudex sedet pro tribunali, potest appellari viua uoce.*

4 *Differentia inter sententiam & rem iudicatam.*

1 g L Itigatoribus. †Statim lata sentẽtia potest viua voce [g] appellari. h. 2 d.No. istum text. †& sic innuit q̃ res iudicata dicitur intra decem dies, intra 3 quos potest appellari. h.d. †Op. dicitur hic illico. Contra, imò videtur q̃ possit appellari viua voce, donec iudex sedet pro tribunali, licet ad actus extraneos diuerterit, vt ff.de in integ.restit.l.diuus. Sol. secundum opin. Hug. quæ cõmuniter tenetur, ista lex supplebitur per cõtrarium, vt hic dicitur ibi, illico, ſ. iudice sedente pro tribunali: & hoc tenet gl.in l.rj.ff.eo. Quæro, an dicatur res iudicata intra illos decem dies, qui dantur ad appellandum. Hic videtur q̃ sic. Idem videtur velle gl.ff.de re iudi.l.j. Canonistę videntur dicere contrarium extra de re iudi.c.q̃ ad consultationem. dicitur enim sententiam transire in rem iudicatam, quãdo appellari nõ potest. Pro hoc videtur tex.in l.si fundus. §. si plures. ff.de pigno. Ego dixi vobis ſ.de re iud. super rub. †Differen- 4 tia est inter sententiam & rem iudicatam: nam sententia dicitur ille actus sententiandi. Res iudicata dicitur effectus sententiæ, 5 vt in toto titu.de re iudica. †Si ergo quæratur, an sententia habeat effectum intra decem dies, qui dantur ad appellandum. Respondetur. Quædam est executio quæ fit à iure, sine facto hominis, vt q̃ condẽnatus furti sit infamis, & similia: & tunc habet effectum incõtinenti, vt l.furti.in prin.ff.de his qui no.infa.ff.de pœn.l.q̃ ad statũ. & l. qui vlt. & ff.de iniust.testa. si quis filio exhæredato. §. irritum. Quædam sunt quæ requirunt executionẽ hominis: & quo ad illa nõ dicitur res iudicata: quia interim exe

¶ Tamen ego. Vide do. Anto. in cõtra. in c. in nostra in xxxvj. col. in princ. de cohab. cle. And. Barb.

¶ Dicebat breuiter Adde l. ab accu. §. nũciatores. ff. ad Turp. & ibi habes post eũ. & Bar. in l. de minore. §. tormẽta. in rj. co. ff. de quæst.

☙ P. P A V. P.

¶ Minimè. Vide ad Bart. in l. eos. §. super his. ſ. eo. titu.

¶ Consilio sapientis. Quãdo causa est cõmissa consilio sapientis, iudex non admittit nouas probationes, vide per Mod. & post Bart. in l. ad principem. ff. eod. & Bart. in l. in offerẽdis. j. eo. idẽ in grauamine secundùm Bar. in l. per hanc. in princ. j. titu. j.

☙ P. P A V. P.

¶ Consilio sapientis. Vide Bartol. in l.j. §. quæsitum. ſ. de app.

¶ Viua voce. Vide Bart. in l. inuitus. ſ. de procu. Sed qd si quis appellauit viua voce, post appellauit in scriptis: quæ appellatio teneat: vide Bart. in l. cum procura. §. si dominus. ff. de oper. no. nun. qui tenet q̃ prima tenet. De quo vide ibi per eum, & quæ dixi. Secunda fuit Ang. ibi contraria q̃ secũda teneat, & nõ prima, dũmodo vtraq; fuerit facta intra tempus appellandi. Mouet: quia re integra licitũ fuerit recedere à prima, & per secundam intelligitur recessum à prima. alleg. l. si quis libellos. ſ. eo. & hæc dicitur vera, quando vna sola sententia emanauit, sed iudex primò tulit interlocutoriam à qua ego appello: & sic per eã fui exemptus à iurisdictione sua, sed demum fert sentẽtiam diffinitiuam nõ propterea intelligor renunciasse appellationi ab interlocutoria. alle. no. per Io. Andr. post Innoc. in c. dilecto. ad fi. De hac, & pro hac opi. Ang. & posset allegari secundùm Imol. ibi, quod no. Bart. in d. §. si dominus. in vers. sed an personam appellantem. Et adde q̃ hanc opi. tenet d. Anto. in c. dilecto. de ap. Alia fuit opi. Ab. antiqui cum quo trãsit Ioan. And. in cap. bonæ. de app. sequũtur do. de Rota in suis antiquis decisionibus. decisi. ccccl xiij. q̃ vtraque appellatio teneat, & esset in potestate partis quã prosequi vellet. Et hæc opi. secun

dàm Innocẽ. in foro Canonico fortè ſeruatur in practica ꝓpter opin. doc. cano. & deciſiones Rotæ. in foro autẽ ciuili nõ libẽter diſcedunt aſſeſſores à Bart. tñ de iure etiã fortè verior eſt opi. Bar. per rõnẽ ſuã, & vide not. in c. bonæ. xxj. q. ij. c. Lotharij. & ꝑ do. Io. in d. §. ſi dñs. & ibi ſcripſi poſt Bar. & vide gloſſ. in cle. ſi ante. de appella. & hæc vera qñcunq; appellationes interponũtur ex interuallo. ſecus ſi eo dẽ tẽpore: quia tunc appellatio non eſſet niſi vna per no. ꝑ gl. & ibi dixi in l. ſi conuenerit. ff. de pignor. act. Et ita vẽ tranſire Imol. Adde tñ q; cũ opi. Ioan. And. & ſequacium vẽ tranſire Bal. in c. j. quo temp. mil. & in l. appellationes. j. e. & vide oĩno Lud. in d. l. ſi dñs. & in d. l. ſi qs libellos. & vide quæ dixi poſt Bar. ĩ d. l. ſi dñs. maximè ad fin. adde Pau. de ca. cõſil. xxv. q; tenet opi. Bar. in d. l. cũ ꝓcurator. & vide Bal. cõſi. cviij. lib.

a ¶ Qñ. Ad intellectum huius l. vide Barto. in l. j. ff. de lib. dimiſ. & Bartol. in l. eos. §. ſuper. eo. tit.

b ¶ Poteſt proſequi. No. appellationẽ eſſe deferẽdam, limita in caſibus not. per gl. in auth. de iudi. in §. noſtros. & intellige vt ꝑ Inno. in c. paſtoralis. de offi. dele. & vide j. quo. appel. l. j. vide omnino in l. ſciendum. de appel. recip.

☙ P. P A V. P.

c ¶ Licet epiſcopus. Adde ſimile qđ ſi in actis authoritas epi non ſufficeret, authoritas vicarij illo abſente, Ange. in l. adoptio nõ iure facta. ff. de adopt. ſic & licet eps extra dioceſim poſſit inſtituere poteſtatem, c. patronus. nõ iſtud poſſit vicarius. Bald. in l. ij. ff. de offi. proconſul.

d ¶ Sui vicarij. Si verò non poſſit appellari à ſententia Poteſtatis, poteſt tamen appellari à ſententia ſui vicarij. Adde quod not. Bart. in l. j. ff. qui & à qb. & ibi dixi.

e ¶ Ipſe punitur. Nota, quòd tantum punitur pricipalis rector quantum omnes alij quos ſecum habet: & hoc verum niſi officiales reſiſtant prætori. De hoc per Bal. in l. penulti. ĩ. de procurato. per ea quæ habentur in ca. j. de his quæ fi. à maio. par. ca. & vide Bart. latè in trac. repræſa. in vj.

cutioni mandari nõ poteſt: vt ff. nil no. appel. pen. l. j. & ibi not.

NE cauſas. †Breuiter dicit. Quæ retractationi non ſubiacent, diligenter ſunt agenda: & iudex qui conſultori omnia acta non miſerit, infamatur. h. d.

1 EOs etiam. †Breuiter dicit: A legato principis poteſt appellari. h. d.

1 SI apud. †Breuiter dicit: A prætore appellatur ad præfectum. h. d.

☞ *Qui nõ petit apoſtolos tẽpore debito, uel eos non præſentat iudici ad quem uidetur appellationem deferere. Item ſi non ueniat ad proſequendam appellationem.*

Quæ dicantur refutatoriæ preces.

QVoniam. [a] †Breuiter dicit: Si appellatio eſt deſerta propter apoſtolos nõ petitos, vel non præſentatos, vel propter proſecutionẽ omiſſam, ſnĩa executioni mandatur. h. d. †Not. ꝙ qui non petit apoſtolos debito tẽpore, vel eos non præſentat iudici ad quẽ videtur appellationẽ deferere: idem ſi non venit ad proſequendam appellationem tempore debito &c. Vidiſtis ſ. eod. l. præſes. Dicitur hic refutatoriæ preces &c. †Quæro, quæ dicuntur refutatoriæ preces. Quidam dicunt quòd intelligitur de ipſis apoſtolis. Alij dicunt quòd intelligitur de libello, qui datur ſuper proſecutione appellationis. Alij intelligunt de ipſa appellatione. Tene quam vis: quia non curo.

☞ *Licet epiſcopus eſſet priuilegiatus, ut à ſententia ſua nõ appelletur: tamẽ põt appellari à ſentẽtia ſui uicarij.*

Idem in Poteſtate & Capitaneo, ſi ex forma ſtatuti ab eius ſententia non poſſit appellari.

Pœna fruſtratoriè appellantis.

1 AProconſulibus. †A quolibet iudice excepto præfecto prætorio põt appellari: & ſi appellatio nõ recipitur, appellans poteſt proſequi [b], ac ſi recepta fuiſſet: ſi ſuccubuit puniatur: ſi obtinuerit, iudex mulctabit. h. d. iſta not. lex. †Not. ꝙ licet epiſcopus [c] eſſet priuilegiatus, ꝙ à ſua ſententia non appelletur: tamen poteſt appellari à ſentẽtia ſui vicarij. [d] Et vide tex. ibi: & his qui vice prę fectorum &c. Et vide gloſſ. †Idem dico in Poteſtate & Capitaneo, ſi diceretur in ſtatuto quòd à ſententia eius non poſſit appellari: tamen à ſententia eius vicarij poſſit appellari. Opponi. ff. à quib. appelatio. non licet l. j. Solu. Licet verum ſit quòd à quolibet iudice poſſit appellari: tamen fallit in caſibus qui ponuntur in hac gl. quam vide & not. Opponi. & videtur ꝙ ille qui fruſtratoriè appellauit, puniatur alia pœna, vt ſ. eo. l. eos. §. ne temere. Solu. †Quando; quis appellauit fruſtratoriè, & appellatio nõ recipitur: & tunc habet locum pœna huius legis. Quãdo; quis fruſtratoriè appellat, & appellatio recipitur: & habet locum l. eos. §. ne temere. Quando; quis appellat ab executione ſententiæ: & tunc habet locum pœna quę ponitur in l. ab executione. j. quo. app. non reci.

1 ET in maioribus. †A ſententia lata in qualibet ſumma, & in quacũ;

cauſa, poteſt appellari. hoc dicit.

2 ☞ *Appellatio quando interponitur à diffinitiua, iudex debet ei deferre.*

3 *Officiales quòd debeant reſiſtere rectori, quando malè facit: ſic & ſubditus prælato.*

1 QVoniam. † Si iudex appellationem à diffinitiua non recipit, ipſe punitur [e] tempore ſui ſyndicatus, & eius officialis. h. d.

2 †Not. ꝙ quando appellatio interponitur
f à diffinitiua: [f] iudex debet ei deferre: &
3 iam practicaui. †Nota, ꝙ officiales [g] de-
g bent reſiſtere actori, quando malè facit: ſicut & ſubditus prẽlato. Glo. ſignat quædã argu. contraria. & vide eam ibi. l. ſi quis id quod. §. doli. Sol. Non punitur illo edicto: quia requirit dolũ, ſed aliàs mulctabitur. arg. vi bo. rap. l. ij. §. hoc actione. & de pœnis. l. abſentem. in fin. Sed hæc conſtitutio non requirit dolũ. Sed contra. de ſan. epiſ. h §. j. Sol. bene debet eligi doctus, ita ꝙ non debeat doceri, vt ibi, ſed ſi eligitur indoctus, vel aliàs malè doctus, poteſt ſibi reſiſti. vt hic ſequitur in gloſſ. vt in l. quanquàm. Solu. not. per gl. in l. non videtur. §. qui iuſſu. de regu. iur. & per Dy. in c. quòd quis. extra de regu. iur. libr. vj.

1 IVdicibus. †Iudices debent appellationem recipere, et apoſtolos tradere: aliàs i
h mulctabuntur. [h] hoc dicit.

1 ☞ *Appellari poteſt ab iniquitate iudicis ex eo quòd nimis magnam mulctam impoſuit.*

1 IN in mulctis. Oppo. de l. ſi qua pœna. ff. k
de ver. ſig. Sol. † Aut quis vult appellare ab iniquitate iudicis: qa nimis magnam mulctam impoſuit, & poteſt, vt lege iſta. Aut ab iniquitate ſententiæ, & non poteſt, vt lege contraria.

i 1 CVm poſt. [i] †Breuitas cauſę, & itineris longinquitas, facit vt iudex appellationis
k cauſam in patria litigantium [k] delegare cogatur. h. d. Not. hanc legem: quia notabilis valde, nec minus vtilis.

1 NOminationes. Breuiter dicit † Ab electione inualida non eſt neceſſe appellare. hoc dicit.

2 ☞ *Appellans non poteſt pœnitere inquantum illa appellatio facit pro aduerſario.*

3 *Appellatio interpoſita facit pro appellato, in eo quod poteſt ea uti ut reſcindatur ſententia, ſi in aliquo eum læſit.*

4 *Et pro appellato etiam facit, quòd eo inuito appellans ab interlocutoria non poßit reuerti ad iudicem primum.*

1 SI quis libellos. † Qui appellat poteſt pœnitere. h. d. Duobus modis intelligit gloſſ. hanc legem. Primò quando vult pœnitere ſe totaliter appellaſſe.
1 Secundò quando vult pœnitere [l] ſe à tali iudice appellaſſe, & vult ad alium reuerti. quælibet lectur. eſt bona. Ad hanc lectu. oppo. extra eo. c. j. libr. vj. Solu. Appellans poteſt pœnitere inquantum appellatio fa
2 cit pro ſe. ita loquitur hic. † Sed inquan- l
tum iſta appellatio facit pro aduerſario, iſta pœnitentia non admittitur. Hic eſt caſus in contrario. et j. quando prouo. non
3 eſt neceſſ. l. ſi. † Appellatio autem facit pro aduerſa

q. & quæ dixi in l. j. ſ. quo app. non reci. in fin. & Bartol. in authenti. ſed omnino. in vij. col. ſ. ne vxor pro marito.

☙ P. P A V. P.

¶ A diffinitiua. Adde ꝙ idem eſt ſi ab interlocutoria. Vide Rom. cõſi. ccccj. circa prin.

☙ P. P A V. P.

¶ Officiales. Vide Alex. in conſil. j. in iij. col. in iij. volu. Laſ. in l. j. ad fi. ff. de offic. aſſeſſ. vbi dicit opus eſſet vt aſſeſſores proteſtentur ꝙ ipſi non conſentiant, nec ſatis eſſet in actis non apparere ꝙ ipſi conſenſerint.

¶ Mulctabuntur. Et dicit Io. An. in c. j. de app. in vj. in nouel. ꝙ iſta mulcta fuerit arbitraria, cũ nõ ſit determinata à iure, & vide ſ. e. l. quoniã iudices. et hic in l. à proconſulibus. ſ. e. & per Aret. ij. q. vj. Deciſus per glo. fin. tex. & ibi Bar. in l. Iul. ff. ad leg. Iul. de vi pub.

☙ P. P A V. P.

¶ Cum poſt. Vide etiam Bart. dicentem qplicet iſtud dicatur eſſe nouum dictum Petr. de Ancha. tñ eſt etiam dictum aliorũ.

¶ In patria litigantium. Et per hanc l. dicit Pet. de anc. in c. nõnulli. de reſcript. ꝙ licet ordinarius poſſit reddere ius ĩ qualibet parte ſuæ dioceſis. c. cum epiſcopus. de offi. or. li. vj tamen ſi de cauſa nimis parua vellet cognoſcere in loco nimis remoto à litigatoribus, poſſunt petere partes, vt cauſa committatur in loco magis propiquo eis ad hoc vt laboribus & expẽſis parcat. Et per hũc not. rex. & ij. q. vj. ad hæc. & per d. c. nonnulli. Et iſtud dicit eſſe nouum dictũ. & æquũ. & idẽ ipſe voluit in l. canonum ſtatuta. & in c. finẽ litibus. de do. & contu. & Bart. in l. mediterraneæ. j. de anno. & tri. li. x. & in l. ij. in iij. col. de re iu. & auditui ꝙ Pet. de anc. indiſtinctè dicit iudicem debere committere cauſam, ſiue ſit magna ſiue parua, & fuit originale dictũ Inn. in c. ſane. de fo. cõpe. et ibi reprehenditur. Adde ẽt Petr. de anc. in c. cum te conſulente. de offi. dele. & in c. j. de offic. iud. & in c. cum cauſam de teſti.

¶ Pœnitere. Vide Barto. in l. inuitus. de proc. ſ. in verſ. ad hãc lec. ibi, ſed inquanq; iſta appellatio. Sic ergo qñ appellãtis in

tereſt, nõ admittitur renunciatio appellationis: idem in alio caſu quando appellationem non detulit, ſi conſenſit appellare. Ita videt limitare hanc l. Inn. in c. ex parte. extra de reſcri. & ibi vide modum per quem quis videtur renũciare appellationi. & ibi not. gl. ij. & dixi in l. ſi ſeparatim. ff. eod. cp dixi, & quãdo etiam poſſit renunciare appellationi, vide in l. fi. §. ſin autem. j. tit. j. & in authẽ. ei qui. eo. tit. & not. Bal. in l. edita. in xiiij. col. in verſic. op. ſextò. ſ. de edend. & not. cp põt renunciari iudicio appellationis, extra autem nõ, niſi per pactum ſecũdũ Bal. not. in l. j. ſ. de pa. & iſtis adde Bal. in l. poſtquã. li. in vj. col. ſ. de pac. qui alle. iſtud dictum Inn. in c. ex parte. el j. de reſcrip. & ibi etiã vide Bal. an qs poſſit renũciare proteſtationi ſuæ inuito aduerſario: & ibi de multis ſimilibus. & not. cp appellatiõi in cauſa criminali quis nõ poteſt renunciare l. non tantùm. & ibi doc. ff. e. Not. Bald. in l. fi. ff. de neg. geſt. ſed Bart. videtur tenere contrarium in l. qui vlti. in fi. ff. de pœ. & cp in ciuili nõ poſſit renũciare inuito appellato, cui ex appellatione ius eſt quæſitũ. tenet Pet. de anch. in cle. j. de cau. poſſeſ. & ꝓprie. & ad Bar. vide Bal. in l. per hãc in fi. j. titu. j. & Ang. in l. j. ff. à qui. app. nõ lic. An autem poſſit renunciare appellatiõi, in præiudicium aliorum qui iuri poſſunt adhærere, vide Bar. in l. j. ad fi. j. ſi vnus ex pluribus. & de materia per d. Anto. in c. interpoſita. §. ille deniq;. de ap. & circa vlti. ver. hic addete tex. in l. j. §. fi rẽ. & ibi Bart. ff. de pœ. & cp ibi Bal. in l. ſi inſulam. in vj. q. de verb. oblig. Adde an recuſans iudicem poſt appellationẽ videatur renũciare appellationi, Old. conſi. cccij.

☞ P. P A V. P.

a ¶ In duobus. Vide Panor. in c. ex parte. in j. col. extra de reſc.

b ¶ Vicarij. A ſentẽtia vicarij nõ appellatur ad eum conſtituentem. facit. c. cũ ſit Roma. de appel. & in l. à procõſulibus. & ibi Bal. ſ. eod. Adde Cy. cp ibi Bald. in l. fi. & in authen. ſi quis. de epiſc. audiẽ. Et adde, & ſi alicui ſingulariter competit ex conſuetudine iuriſdictio in vno loco, ille dicitur iudex magis principalis, quàm ſuperior, ſecundũ Bal. ita referẽtem Archid. in c. j §. ad hæc. de pac. iur. firm. in ver. quæro. qũo iuriſdictio ſit in territorio. & in eo. vbi omnino vide & not. multum Io. mo. in c. ſi epiſcopus. de of. ord. & vide omnino, quæ dixi in l. iudicium ſoluitur. ff. de iudi. Alex.

¶ Quod ſi à duce auditores. Aſſeſſores, & auditores debent habere iuriſdictionẽ ordinariam. cp nota. Adde Barto. in l. j. in fin. ff. de offic. aſſeſ. & vide Bald. hic. quid autem in vicegerente, vide tex. no. & ibi Bart. in l. ij. ſ. de offic. eius q vic. al. Et dic, cp vicarius põt ſuã ſententiam exequi, dum habeat ordinariam: vt not. de offic. vica. ca. licet. in vj. & doc. in c. ſi quis. de foro compe. & eſt ordinarius ſecundũ glo. no. in c. Rom. in verbo, generaliter. extra eo. in vj. facit ad not. per Canoniſtas in c. pe. de offi. vic. & dicit Bal. in auth. ſed omnino. in v. colũ. ne vxor pro marito. qđ vicarius põt omnes cauſas mert imperij expedire, excepta cauſa ſanguinis.

a aduerſa parte in duobus[a]. Primò: quia ille contra quem appellatio eſt interpoſita, poteſt ea appellatione vti, vt reſcindatur ſententia, ſi in aliquo eum læſit, vt j. eod. l. ampliorem. in prin. & d. l. fi. j. quando prouo. non eſt neceſ. †Itẽ prodeſt in alio quando appellatur ab interlocutoria, requiritur cp totum ad iudicem deuoluatur ad quem eſt appellatum: & ſic renunciando appellationi appellans non poſſet reuerti ad iudicem primum inuito aduerſario, vt d. c. j. extra eo. tit. lib. vj. Vltimò Gul. de Cug. inducit ad q. ſi emphyteuta vendit rem inſcio domino: & eam reemit, vtrum incidat in l. fi. ſ. de iure emphy. Breuiter dicitur hic. Vide quendam tex. in l. ſequitur. §. idem Labeo. de vſucap. & dic vt ibi dixi.

2 ☞ *Cauſæ capitales debent diligentius examinari.*

1 ADdictos. †Damnatos ad mortẽ nemo poteſt vi eximere, ſed pro eis pmittitur appellare ad iudicẽ competentem. h. d. Iſtam legẽ habes de verbo ad verbum in l. addictos. ſ. de epiſ. audi. & per hanc l. & per l. nõ tantũ. ff. eo. tenent quidã cp poteſt mandari executioni intra decem dies ſententia capitalis. cp apparet: quia iſti ad iuſtitiam ducebantur intra tempora appellandi. Glo. tenet contrarium in l. qui vlti. ff. de pœnis. Item in ciuilibus hoc tenet expreſsè in l. j. in princi. nil no. ap. pen. Sed in ciuilibus non poteſt mandari executioni intra decem dies. multò magis in criminalibus, vbi cauſæ diligentiùs ſunt examinandæ, vt hic. & hoc tenet Spec. in titu. de execu. ſenten. Non obſtant iſtæ leges: quia vel eſt dicendum, cp iudex faciebat malè faciendo executionem ita repẽtè. Vel eſt dicendum cp hic renunciauerat appellationi, quæ renunciatio non nocet quo ad extraneos, vt d. l. non tantum. De quo dic vt dixi in d. l. qui vltimo. ff. de pœnis. †Item no. cp cauſæ capitales debent diligentiùs examinari, quàm aliæ.

1 SI quis. Breuiter dicit ſecũdũ lect. quam intendo tenere: †Ab iniqua ſententia põt appellari. Item propter iniuriã facti poteſt appellari, & in totũ iudicis iuriſdictio recuſari. h. d. ſecundũ lec. Pla. quæ eſt magis notabilis. Inquantũ hęc lex dicit cp ab iniurioſa ſentẽtia poteſt appellari, nõ habet dubitationem. Inquantum dicit cp ab iniuria facti poteſt appellari. Opp. iniuria illata vel tortura habita non poteſt appellatione tolli. vt l. verum. ff. de re iudi. & l. bello. §. factæ. de cap. & poſtli. reuer. Fruſtra ergo interponitur appellatio quæ interpoſita non releuat. Huius timore dicebat Io. lect. Pla. non eſſe veram: & ideo legebat iſtam l. alio modo vt primò dicat cp licitum eſt appellari à ſententia. & ſubdit cp appellatur ab iniuria ſibi illata, & facta in executione, vt j. quo appel. non reci. ab executione. Certè opi. Ioã. eſt vera in ſe: tamen non congruit bene literæ: ideo Placẽ. defendit opin. ſuã ſic: Fateor cp verbera & contumeliæ non poſſunt tolli per appellationem, nec interponitur appellatio, vt verbera tollantur, ſed per iſtam iniuriam tota iuriſdictio deuoluitur ad iudicem appellationis. Et iſta eius lectu. eſt vera probatur per l. j. ſ. ſi qua præd. po. Et iſtam tenet Gul. de Cug. in l. arbitro. ff. qui ſatiſd. cogã. Tene ergo menti hanc lectu. & vide glo. tuam notabilem.

2 ☞ *Si iudex denegat dare copiam actorũ, poteſt lite pendente adiri ſuperior.*

3 *Si quis petit reſcindi ſententiam uel inſtrumentum, & aduerſarius non uult exhibere: iudex debet pronunciare, quòd ſi aliquo tempore appareat ſentẽtia uel inſtrumentum, non poßit eo uti.*

SI appellationem.

1 †Si appellatio nõ recipitur, vel apoſtoli non dantur ad interponendã querimoniam: de hoc ſecundum diuerſitatẽ iudicum, diuerſa tempora ſtatuũtur. h. d. Opp. j. ti. j. auẽ. ei qui appel. Sol. hic non loquitur de tẽpore exercendę app. ſed de tempore exponendæ querimoniæ: quia apoſtoli non dantur, & exempla non exhibentur: & ſic accuſare iudicẽ, vt puniatur, ſecundum ea, quæ ponuntur in l. quoniam iudices. & l. iudicibus. ſ. eo. poteſt fieri demum intra tempora limitata. Quæro, dicitur hic, ad conueniendum aduerſarium:

2 quis eſt aduerſarius? Dicit gloſ. †cp iudex, quid denegat dare copiã actorũ, quo caſu lite pendente poteſt adiri ſuperior: vt lite penden. l. ij. Inno. de fide inſtru. c. G. perpetuus. ponit iſtam practicam.

3 †Si aliquis petit reſcindi ſententiam, vel aliquod inſtrumentũ, quod aduerſarius habeat: & aduerſarius non vult exhibere ſibi ſtatuto termino à iudice, quod iudex poteſt pronunciare, quòd ſi quo tempore illud inſtrumentum, vel alia appareat ſententia, non poſſit illo vti: & vide ibi Inno. & de hoc vide ſ. de eden. l. is apud quem

1 ☞ *Appellatur ad delegantem, à delegati ſententia, & numero 2.*

2 *Sententia uicarij lata, appellatur ad eum, ad quem appellaretur, ſi ipſe principalis ordinarius iudicaſſet.*

1 PRæcipimus. Hęc eſt lex ſatis faſtidioſa: quia nõ eſt inuſu. Breuiter dicit. †Si app. ad principem à ſententia ſpectabilium: cognoſcit præfectus, & quæſtor, & ſi à ſentẽtia clariſsimorum: præfectus tantùm, & à delegato appellatur ad delegantẽ. Et ſi princeps delegauerit nõ illuſtri: & à tali delegato appelletur, cognoſcit præfectus & quæſtor. Si verò ab illuſtri ſentẽtia appelletur, per cõſultationẽ principis, determinabitur in quo ſententię tempus inſpicitur, & idem ſi illuſtris non illuſtri adiungantur. h. d. Diuiditur in partes, & per partes legam. Primò loquitur quando appellatur à ſententia ſpectabilium, vſq; ibi: quod à duce. quam primo legam. Ex hoc habes notare primò quod dixi in ſummario. Secundò not. †cp licet à ſententia

2 delegati; appelletur ad delegantem vt j. videbitis: tamen à ſen-

b tentia vicarij[b] non appellatur ad eum, cuius eſt vicarius: ſed ad eum, ad quem appellaretur ſi ipſe principalis ordinarius iudicaſſet. hic eſt text. hic, & glo. ponit prout dicit, vicarijs eorum. & hoc modo poſſet intelligi illa lex difficilis. ff. quis & à quo appel. l. j. §. j. Decretiſtæ habent hodie caſum extra, de appel. c. Romana. lib. vj. & de conſuet. c. non putamus. lib. vj. quod tene menti perpetuo quia eſt notandum.

1 ☞ *Auditores principis, & ſummi pontificis, dicuntur habere iuriſdictionem ordinariam.*

2 *Idem de acceſſore Poteſtatis, & capitanei, ſecundum ſtatuta terrarum, licet de iure communi aliud eſſet.*

Quod ſi à duce. Hic loquitur quando appellatur à ſententia clariſsimorum iudicum:

1 quales ſunt præſides prouinciarum, & duces. Not. cp hic dicit

c de iure ordinario. Ex quo not. cp †iſti auditores[c] principis, &

P. P A V. P.

a ¶ Summi pontificis. Vide Feli. Rubri. de offic.delega.in ij.col. Bald.in l.fi. ſ. vbi ſenauel cla.

b ¶ Secundò not. Vide doc. in locis hic al leg.Sed quid de cauſa criminali? Dicunt quidam in authen. ſi quis litigantium. ꝙ iudex à quo:qa reus debet retineri in eius cuſtodia per l.eos.§. ſuper his. de app. ſed in contrarium eſt caſus in l.addictos. in fin.ſ.eod, qui probat expreſsè,quòd iudex ad quem. Andreas Barba.

c ¶ Mandat executioni. Quis mandat ſententiam executioni, an iudex principalis cauſæ,an appellationis, vide eum in l.à diuo pio. in ij. de re iudi. adde Bart. in d. §.qui prouocauit.& ibi plenè Bal. in rep. maximè per Can. in c.paſtoralis. de offic. dele.& Bald.in d.authē. ſi quis litigātiū. in fi.& facit ꝙ no.in d. l.à diuo pio. in §. ſententiā. & ibi doc. & adde Bal. in l. ij.ſ. de vſu.rei iudic.& in l.contra. ſ.e. Quid in cauſa criminali:vide Bald.in l.addictos.ſ. eo.vide authē.ſi quis litigantium. Et de materia per gl. Inno. doct.in c. paſtoralis. de offi.delega.§.præterea. per Bal. latè in d.§. qui prouocauit. & ibi etiam quid in criminali. Et dicunt do.de Rot. in ſuis de ciſi.cvij.ꝙ iudex datus in appellatione, elapſis fatalibus poteſt primam ſententiam confirmare. Et dicunt hoc tenere Innoc.in c.j.de conceſſ. præbē.vt innuit. qđ eſt not. ſi eſt verum, vide Bal.ſ.ea.l.

P. P A V. P.

d ¶ Cauetur ſtatuto. Vide Feli.in ca. quoniam Abb.in ij. col. de offi.deleg.in ij.col. Bald.in l.fi. ſ. vbi ſenа.vel clari.

e ¶ Doctor.Notabilis quæſtio facti de cauſa commiſſa non doctori qui cōſuluit factus doctor:& adde no,hic,ꝙ tempus debeat inſpici, vide Bal.in l.generaliter. ī v.col.de epiſc.& cle. de cauſa committenda canonico, q poſt commiſsionem renūciat canonicatui, an poſsit procedere: Et vide quod not.Bald. hic.& Bal.in l.humanitatis.in v.& vj.co. ſ.de impu.in ver. vl. oppo.

P. P A V. P.

f ¶ Cōiunctus eſt maiori. Vide omnino in iſta materia quæ

ſummi pontificis[a], dicuntur habere iuriſdictionem ordinariam. †Idem de aſſeſſore Poteſtatis, & capitanei, ſecundum ſtatuta terrarum:licet de iure communi in aſſeſſoribus aliud eſſet:vt habes in titu.de aſſeſſo. C.& ff.Barto.

1 ☞ *Productio iurium poteſt fieri coram notarijs,qui ſcribunt in cauſa.*

Ipſi autem notarij debent dare copiam partibus. 2

In his autem. Hic diſponit qui debent ſcribere in iſtis cauſis. Nota ex iſto §. ꝙ † productio iurium poteſt fieri coram notarijs, qui ſcribunt in cauſa,vt dixi ſ.ꝙ.l.eos.& auth.quæ ſupplicatio. de preci. Imper.offer. †Nota, quòd ipſi notarij debent dare copiam partibus.

☞ *Quis mandat executioni ſententiam à qua appellatur.*

Officiis. †No.ex iſto ver.duo notabilia ꝙ quando de eadem cauſa cognoſcunt duo iudices ꝙ mandare debeat ſententiam executioni qui eorum eſt maior.Secundò no.[b] ꝙ iudex ad quem appellatur,ſententiam mandat executioni[c], non iudex primus. Hic eſt tex.hic. Cy.tangit hoc in l.eos.ſ.eo.Gloſ.& Gul.tangunt in l.tale pactū.§.qui prouocauit.ff. de pact. †Breuiter quandoq; ſententia prima confirmatur : quia appellatio eſt deſerta propter curſum tēporis:& tunc iudex primus mandat ſententiam executioni,vt ſ.eod.l. ſi contra maiorem.& l.quoniam nonnulli. & j.titu.j.l.fi.§.penul. Quandoq; ſententia confirmatur per ſententiā iudicis : & tunc iudex appellationis exequitur. Hic eſt caſus hic in authenti.ſi quis litigantium.ſ. de epiſ.audien.& de iud.l.fi. hoc tenēt omnes doc. Quandoq; ſententia confirmatur per conſenſum partium : & tunc iudex appellatiōis exequitur, vt d.l.tale pactum.§. qui prouocauit.ſecundū Gul.de Cug.Gloſ. & Iac.Butr.dicebant ſe non videre rationem quare iudex primus nō debeat exequi ſententiam quando conſenſu partiū ab appellatione recedit, ſicut quādo per curſum fatalium appellatio confirmatur:arg.ſ. ea. l.ſi quis libellos. Non obſt.§.qui prouocauit:quia intelligitur ibi quando fuit appellatum à delegato ad delegantem:quo caſu etiam ſi appellatum nō eſſet delegatus ſententiam executioni mandaret, vt de re iu. l.à diuo pio.& ibi nota.& hæc ſatis placet. Ad vnum tamen aduerte, quia quandoq; iudex appellationis licet ſit maior in iuriſdictione : tamen quandoque eſt minor in potentia, ſicut vides hic in ciuitate iſta,iudex iuſtitię eſt minor in ciuitate iſta,quam ſit poteſtas & capitaneus:& tamen ſententia mandabitur executioni per officiales primi iudicis ad requiſitionem iudicis appellationis,vt ſ.de epiſ.aud.l.epiſcopale.

Hæc ſi. Hic loquitur quando à legato appellatur.

Huic ſaluberrimæ. Hic loquitur,quando Imperator cauſam delegauit non illuſtri.

1 ☞ *Si doctori occaſione ſalarij conſilij debet dari aureus pro cētenario,nō doctori uerò florenus Rhenenſis:& ſi cauſa cōmiſſa ſit nō doctori qui conſuluit factus doctor,an debeat habere aureū uel florenum? uide infrà.*

Sanè ſi illuſtrium. Suprà dictū eſt de ſpectabilibus & clariſsimis : hic loquitur quādo à ſententia illuſtriū appellatur. Nota hūc tex.valde ibi,licet ante &c.Fuit diſputata ſemel quædā queſtio Bononiæ.†Cauetur ſtatuto,[d] ꝙ ſalariū cōſultorum quod ſi ſit doctor[e] ꝙ habeat xij.denarios pro libra:ſi non ſit doctor, habeat octo denarios pro libra.Cōtingit ꝙ cauſa fuit commiſſa non doctori,qui conſuluit factus doctor.Quero,quale ſalariū debeat habere.Et videtur ꝙ debeat inſpici tēpus conſilij,vt hic.Breuiter aduerte ad me. Dic adiectiuū qđ regitur à verbo,ſignificat ſecūdū tēpus verbi,vt l.in delictis.§.ſi detracta.ff.de noxa. & de teſta.mili.l.Titius.In propoſito dico diligenter inſpicienda verba ſtatuti. Aut enim dicunt ſi doctor conſuluerit, ſit eius ſalariū tm̄:tūc qa iſtud ſubſtantiuū doctor regitur ab illo verbo cōſuluerit,ſufficit qđ de tempore conſilij ſit doctor:hic eſt caſus hic.Si verò ſtatutū dicit,ſi cauſa cōſulenda cōmittatur doctori ſit eius ſalariū tm̄:tunc quia dictio doctori, regitur ab illo verbo cōmittatur:tunc deber eſſe doctor tēpore cōmiſsionis:quia ſignificat ſecundū tēpus verbi,vt ſ.in legibus alleg. Si verò verba eſſent ambigua:tūc interpretaī ꝙ eis in benigniorē partem,vt habeant tanquam doctor.ar.huius l.& l.ij.§.Seio.ff.de mino.

1 ☞ *Si tibi eſt obligatus clericus,& laicus tali cauſa quæ debet coram iudice laico examinari,tunc occaſione clerici laicus coram epiſcopo conuenietur.*

Eodē obſeruādo. Not.hūc §. ex quo nota ꝙ † qui coniunctus eſt maiori[f] in indiuiduis gaudet priuilegio maiorum. Facit ad hoc.ff.quē ad.ſer.admi.l.ſi cōes.†Et pro hoc dico[g] ꝙ ſi tibi eſſet obligatus clericus & laicus tali cauſa,quæ debet coram iudice laico examinari:occaſione clerici laicus coram epiſcopo conueniretur.

2 ☞ *Ex idētitate ratiōis nūquā inducitur correctio legis.*

1 **Quicquid.** †Not.ꝙ non mutatur, quare ſtare ꝙhibetur? vt hic.& l.ſancimus.de teſta. Aduerte:qa hic dicit text.ꝙ nō mutaī ſpecialiter:& ſic requiriī ꝙ ſpāliter & ſpecificè mutet,ante quā dicaī,hoc videtur correctū. Secundū 2 † hoc videī caſus expreſſus eius qđ dixi in auī.quas actiōes.ſ.de ſac.ſan.eccle.vbi dixi quod ex idētitate rationis nunquā induci tur correctio l.vt dixi in l.ſi verò.§.de viro.ſol.mat.quod perpetuo tene menti.

EO caſu. Hic dicīt qn̄ appellatur à ſnīa lata ſup ſtatu curialiū, magiſter militū debet eſſe iudex.Et hoc ſit tibi pro ſummario.

2 ☞ *Quando iudex cōmittit cauſam conſulendā,eſt in arbitrio ſuo ponere in puncto opinionem ſuam uel non.*

3 *Conſultor quando examinat acta cauſæ commiſſæ non eſt neceſſaria præſentia partis aduerſæ.*

1 **Vbemus.** † Quando princeps ſuper aliqua cauſa conſulitur, ab eius conſiliarijs partibus præſentibus vel abſentibus cauſa examinatur, nec ab eorum conſultationibus appellatur.hoc dicit. Not.duo 2 ex hac lege. Primò † quod eſt in arbitrio iudicis,quando cauſam cōſulendam committit,ponere in puncto opi.ſuam,vel nō. Secundò

habes ad Barto.in l. ſolent.in ij.colū.ff.de ali & cibā.legat.vbi etiam Bar.tangit.

¶ Hoc dico. Adde Bal.in l.Gallus.§.ille caſus.de libe.& poſthu.cōtrarium tenuit Barto.in l.ſolent.ff.de alimentis legatis.Sed iſtud hic eſt verum: quia magis dignum trahit ad ſe minus dignū,vt hic,& in capi.quod in dubijs.de conſec.eccle.vel alta. Quid ſi qui cōueniat collegium licitum in quo ſunt clerici et laici.vide Barto.in l.fin. ff.de colle.il.Sed quid ſi duo ſunt clerici, vnus clericus,alter laicus,& diſcordant:an epiſcopus vel clericī eligat tertium. Dicit Guido de Su. quod alter ipſorum ſufficit. Alias.de excuſat. tuto.in l.iurſperitos. Ita dicit ipſe in l.prouidendū.ſ.de poſthu. Ita dicit ipſe Car.in ca.Ioannes.de teſt.qđ ſi clericus & laicus ſunt cōſtituti executores teſtamenti, iudex eorum erit iudex eccleſiaſticus. Itē vide Bar.in l.j.§.ſi quis in appellatione.ff. de appellat.Et ad materiā quid operetur miſtura, vide textū.l.ſi impubes.§. ſi pupillus. & in l.de bonis. circa prin.ff.ad Car. Facit l.quæritur.eod. titu.facit tex.in c.per tuas.de arbitr. Facit gloſ in l.quæ dotis.in verſic. expenſas ſolu. matri.quam Imo.reputat ſingu.ibi facit caſus not.& ibi gloſ. in l.fi.C.de muner.& hono. non continua. lib.xij.Facit quod dicit Bar.in l.ſi emancipati.ſ.de collatio. de duobus nepotibus, quorum vnus &c. Facit ꝙ dixit Baldꝰ in c.j. quib.mod.feu. amitt.facit quod dixit idē Ange.in l.Imperator.ff.de ſtat.ho. Facit quid dixit idē Ang.in l.ſi quis exargentarijs.ff.de edend. & Ludou.Romanꝰ conſilio.ccl.vbi dixit quod teſti reprobato, & vili adhibebitur plena fides propter adiūctionem alterius boni, & fide digni.Facit quod dixit Ludo.Roma.in l. arbitro.ff.qui ſatiſda. cog.Facit quod dixit Innocen.in capit.j.de reſcrip.& Inno.in capit.fin.Et vide quod voluit domi,Abb.in q.ſua incipi.Gandulphus.in xvij.colū.& do.Mar.de Matha.in no.ccxlvij.domi.Pet. de Ancha.in reperi. capitu. ea quæ.de regu.iur.in vj.& in prima parte q.principalis.facit quod ibidem

dixit Petr.de Ancha. in xvij. col. vbi dicit de vniuersitate scholarium, vbi sint permisti clerici. allegat Bart.in l.j.§. de colle. illici.& Bal. in auth. habita. C. ne fil. pro pat. facit quod dixit Bal.in l.præcipimus. in hoc ti. Facit quod dixit do. Cardi.in d. c.cùm Ioan. de testa. Facit q dixit Barto. in l.si is qui duos. de libe.lega. & Bal.in l. j.j.prosc. & vide in rubri. de succeſſ. edi. per Mod. qui ponũt multos casus. & facit quod dicit Barto. in l. cùm senatus. ff. de reb.dub.Adde qđ dictum testis vilis suppleatur per aliũ. Bald.consi. cxxxvij. iij.lib.

a ¶ In offerendis. Vide Alexand.in l.cùm quædam puella.ff.de iurisd.om.iudi.

b ¶ In causis. Adde Bart.il.qui tabulas. circa princ.ff. de fur. in vers.op. quod non valet ibi:non autem effectum exactionis. Hoc etiam facit ad statutum,& sic not. quod si debentur cẽtum pro libra consulatori inspicitur q petitur, non quod exigi potest per inopiã. quod tene menti. & facit tex. in authẽ.de litig.§. ad excludendas.& not. Bart. per istum tex.in l. pen.§. fi.ff.de iur.om.iud.licet litigans sit pauperiot petitore, vt hic.q est not.Tu videas per te Iacob. de Bel.hic.

P. P A V. P.

c ¶ Tenorem sententiæ. Sed quid si sententia contineat aliq quod factum & non quantitatem, q debeat ascendi. vide in l.ampliorem. §.fi. & quod ibi scripsi post Alexan.j.eo.

P. P A V. P.

d ¶ Tenorem instrumenti. Vide Mathe. nor.cxlv.

P. P A V P.

e ¶ Effectum exactionis. Adde circa ista statuta & multa similia Ias. in §. tripli. in j.not.Instit.de act. vbi de multis alijs ponit,& refert idem d.Ias.in §. actionum. in vj.char.in glosſ.in vers.communi diui. & tex.in l.ampliorẽ. j.eo.& quæ vbicũq dicit Bar.ad probandũ quod debeamus metiri ius ex persona& petitione actoris.

f ¶ Si quando.Quid si rex vel dux vel comes iudicat, an appellabitur ab ei' sententia,tanquam lata à rege vel a comite. & idem quod tenet

†Secundò no.q quando consultor examinat acta causæ commissæ, non est necessaria p̃sentia partis aduersæ. Siue ergo pars fuerit citata,siue non,nihil ad propositum; siue sit præsens siue non.

☞ Cũ quæritur quãta sit quantitas, inspicitur tenor sententiæ:nõ autẽ eius effectus,nec illud quod potest exigi.

Quando duo iudices ordinarij discordant, debent eligere tertium:& quid si proferant sententias dissonantes.

Quando causa examinatur in consistorio principis, dantur nouæ dilationes,nisi examinentur per modum consultationis.

IN offerendis.[a] Breuiter dicit. †In causis quæ sunt vsq ad decẽ libras auri, solum vnus iudex cognoscit in causis quæ sunt vsq ad xx. libr. principiũ nõ mutatur. In causis[b] quæ sunt vltra xx.lib.totũ auditorium Principis expectatur & ad appellationem introducendam est bienniũ cõstitutũ:& nouæ probationes recipiuntur.h.d.†Nota hic q quanta sit quantitas inspicitur secundum tenorem sententiæ[c] à qua appellatur. hoc facit imò determinat ad statuta huius ciuitatis & aliarum, dicit statutum q qui habet instrumentum à decem lib.ſ.debeat insinuare. modò aliquis habet instrumentum centum lib.non insinuat:opponitur sibi quod non valet. Respondet ipse,licet instrumentum sit de centum libr.fortè in patrimonio debitoris non sunt decem: & sic in effectu nõ est centum librarum, vt l.nam his.ff.de dolo. Certè per hanc legem respõdetur q debemus tenorem instrumenti[d] inspicere: non autem effectum exactionis[e].Hoc etiã facit ad statutum quod dicit q soluatur decimum, seu soluẽtur capita solidorum sex denariorum pro libra:q in estimatione inspicitur tenor instrumenti,seu tenor libelli,non inspecto effectu.Hoc est verum quãdo illud quod petitur est certum, sed quando estimatio esset incerta:dicam statim j.e. l.fi.in fi. †Secundò not. quòd quando duo iudices ordinarij discordant, debent eligere tertium, vt hic, sed si proferrent sententias dissonantes, quid iuris sit habes in l.inter pares.ff.de re iudica. †Vltimò nota,quòd quando causa examinatur in consistorio Principis,dantur nouæ dilationes, vt hic in fin.quod est verum si examinatur per modum appellationis, secus si per modum consultationis, vt de dilatio.l. cùm à nobis. Ita debet intelligi quod glosſ. no.ſ. eodem l. ne causas. Opponi. & videtur q alia tempora statuuntur, vt j. titul.j.l.ij. & iij.Solu.Hic loquitur de tempore appellationis introducendæ seu intimandæ:ibi loquitur de temporibus statutis ad alia, vt ibi dicemus.

☞ Si rex iudicat ut dux uel comes appellatur ad superiorem sibi in ducatu uel comitatu.

Episcopus uel clericus habens iurisdictionem à principe, si iudicat uigore illius iurisdictionis:an ab eo appelletur ad principem,& non ad papam.

SI quando.[f] †Si appellat' à duce, siue sit illustris, siue spectabilis solũ magister officiorũ cognoscit. & ī hoc corrigit l.præcipimus.h.d.†No.hãc legẽ[g] ex qua nota, q si rex iudicat vt dux vel vt comes,appellatur ad superiorem sibi in ducatu vel comitatu nõ inspecta regia dignitate:& videtur hic tex.illius quæstionis,Si aliquis †episcopus vel ali' clericus habeat feudum vel iurisdictionem à principe, & iudicat vigore illius iurisdictionis:q ab eo appellatur ad principem non ad papã. Hic est casus. Et hoc etiam tenent Canonistæ in c.j.de feud.Gloss.dicit aliter in c.fin.extra de delict.puer.& vide in c.Roma.extra de appel.lib.vj.in versi. debet.& hic est casus.Et ex hoc video q quando committuntur vni plures prouincię,in eo q iudicat vt rector vni' prouinciæ appellatur superior illius prouinciæ:& eodẽ modo in alia prouincia. Quod intellige verum quando vnus gerit duorum officium. secus si vnum officium vniretur alteri:aliàs confunderetur in altero: quia tũc illud q extinguitur nõ debet inspici.Et ita habes tex.in auẽ. vt iud.sine quo.suff.§.illud.& C.de metropo. Bery.l.j.& ibi not.& extra ne sede vacan. ca.j.& ista sunt notabilia ad multa:& tene menti,quia quotidie hæc fiunt.

☞ Iudex potest pro parte absente supplere de facto.

AMpliorem.[h] †Appellationẽ potest exercere tam appellãs quã appellat'.h.d. No.q dixi in summario.

†No.etiam q pro parte absente iudex põt supplere de facto.ibi:adimplere,&c.Et vide glosſ.quam no.& tene menti. Ego dico quod in causa appellationis non est specialiter imo est regula,vbicunq cõtra absentem potest peruenirì ad diffinitiuam sententiã, iudex pro eo potest supplere de facto. Hic est text.& ſ.quomo. & quando iud.authẽ. qui semel.ibi perquisita veritate.

☞ Aestimatio facta in principio litis pro soluenda decima non facit fidem in processu.

Sed cùm scimus. Breuiter dicit. † Si tempore sententiæ summa reperiat' maior quã prima facie videbatur,nõ impeditur iudex super toto pronũciare. h.d. notabilissim'. §.quem bene no. Tota die vides[i], q in ciuitatibus sunt iudices, qui possunt de causis cognoscere vsq ad certas summas quòd si illa causa prima facie non videatur excedere iurisdictionem iudicis, si postea reperiatur maior, potest super toto pronunciare,& sic videtur q ille iudex possit tunc cognoscere de illa summa:licet tẽpore sententiæ in ,pcessu,& post,appareat maior summa,& nõ posset cognoscere, quod nihilomin' potest cognoscere. Casum habes hic no.†Secundò no. casum ex hac lege quòd licet in prin. litis æstimatores ad æstimandum quantitatẽ litis propter soluendã decimam, q illa æstimatio non facit fidem in processu:sed debet examinari veritas. Casus est hic.quod perpetuò tene menti.

hic Barto.in l.j.§.ij.in fi.ff.eo.

¶ Nota hanc legem. Quod ab eo appellatur ad principem.& idem Bart. in d.l.j.§. ij.ad fi.ff.de appel. in vlti.q.in fin. & vide Barba.in l. si cum venerit. §. nulla. de pigno.actione.

¶ Ampliorem. Hic est casus in princ.huius legis multum singularis,quod si aliqs est condemnatus in quinq,& in alijs qnque absolutus: si iste talis appellat, quod iudex appellationis potest in alijs quinque condemnare, in quibus fuit absolutus in ipsius appellãtis præiudiciũ. quod tene mẽti perpetuò. & hoc dicit Baldus hic in princ.ad quod bene facit quod notat Innocẽ.in c. inter monasterium. de re iudi. & refert Bal. in l.fi. quando prouoc. non est necess. & ibi Bar.in l.fi.& clarius ibi Bald.ad fi.qui ad hoc alleg.istum text. Adde quod Io. And, in addi.ad Spe.in tit. de app. §. in quibus. versi. quid si victus. dicit Guid. de Suza. hic, quærere an beneficium huius l.cõpetat appellato,quãdo appellantem pœniteat & ab appellatione recedit. ibi causa breuitatis te remitto.

P. P A V. P.

¶ Ampliorẽ. Quid autem si lapsum est tempus appel. prosequi vide not.Abb.in c.ex parte. el ij. colũ. ij.extra de præscript. Item limita sin. vt q Albe. hic,nisi appellans accepisset sententiam quantum facit pro se, & inquãtum est contra se appellaret licet prout solet communiter fieri vide per eum. Item de materia huius l. vide latè Feli.in c.significauerunt.in iiij. co. extra de except. vbi ponit etiam de prædicta limitatione, vide Bar.in consi.cl. vide etiã omnino phili.in c.si duobus.in j. ij.iij.& iiij, col. extra de appel.Barba. in c. Raynutius.col. xliij. de testa.

¶ Sed cùm scimus.tota die vides. Hanc quæstionem decidit Bar.in l.si id. in prin. ff.de iur.om.iudic.& vide tu Bar.in l.in oferẽdis.in j.q.j.eo. qd cõtra, vide quæ dixi post Bart.in l.j.§.j.ff. de iur.om.iud. Quid autem si quæstio est super itinere esse aliquo, q à principio est inæstimabile qs cogno-

De temporibus appella. Rubrica.

LEX I.

SI quis. Breuiter dicit, tẽpus exercendæ appellationis interpositum à nominatione ad munera est duorum mensium à tempo-

cet.& not.Bar.hic & dicit Barto.in l.iiij.§. prætor.in fi.de dā.inſec.& ibi Ludo.in fi.

a ¶ Euidētia.Vide Barto. in auth.ei qui. & in auth.ſed his.ĵ.eo.

b ¶ L.qui ante.Et in l. item illa.de cōſtit.pe. Bal.in l.fi.qui admit. & Ludo.ibi.

c ¶ Citeť pars. An qñ impetrať à principe requirať ſcientia partis faciunt no.in l.fin. s.de leg:Et iſta videť tenere expreſſē Bald. in l.fin.vlti.colū.s.de fur.& hic expreſſē in l.fi.qui.res iu.& vide Pau.de Caſtr.in conſil.ij.& Bart.in l.Galſus.§.& qd ſi tantū. & Inno.in c.ex parte noſtra.& in ca.cū olim.de verbo.ſignifica & vide in l.ſi quis conſortiū.de fab.lib. x.Et intellige niſi ſit de plenitudine poteſtatis Principis,tollitur citatio ſecundum Hoſti. & alios in ca. noſtra.de procura.& vide ſi per viam gratiæ doc.in capitu.inter. & dicit Oldr.in conſil.ccxxij.circa fi. q qñ per reſcriptum cōfirmatur q de iure non tenuit,ſed qñ iuri cōi cōgruit,nō debet citari Ita dicit in præfato cōſil.in prin. alle.p parte nepotis ver.fi.ſententiæ. Primò allegat qđ quando priuilegium impetratur à principe, eſt a neceſſe qđ pars citeť. Vide per Cano.in ca. cū olim.de re iudi.& in cap.veſtra.de procur.& in c.inter quatuor.de ma.& obed. & per Bart.in l.ado. de adop.& per Bald. in l.fi.in vlt.col.C.de fru.& lit.expen.vt d. l.fin.quib.res iud.non noc.per Imo.in ca.cū dilecta.de confir.vti, vel inuti.

d ¶ Feriatam. Quādo dies termini cadit in 1
diē feriatā,vide Bart. & docto.in l.j.§.nunciatio.de ope.no.nun. et ibi latè de hoc per docto.& Imo.ibi dixi.Adde Bald.in l.j.s. de dilat.& in l.fina.ĵ. de fer.et in l.eos.§.ſin autem.in iij. colū.de appel.ibi etiā quid ſi die termini fuit impeditus.Et vide Baldū hic,quid ſi vltima dies inſtantiæ eſt feriata. Et iſta procedunt in dilatione iudiciali. Quid autem in legali vel ſtatutaria,vide Barto.in l.ſi pater.ĵ. quando prouo.& cum Barto.hic tranſit Imo.in ca.cupientes.§.quod ſi per viginti. de electio.in vj.per Bal.in l.ij.ff.ſi quis in ius voc. adde Ioan. Andr.in addit. ad Spec.in tit.de fer. §.j.verſi.pe.vbi dicit

re ſcientiæ.h.d. Oppo.s.titu.j.auť. hodie. Dicūt quidam quod hic eſt ſpecialè.quod nō videtur vērum:vt l.j.§.q in ſentētijs.ff. quando app.ſit.Dicas ergo q hic loquitur de tempore appellationis exercēdæ,ibi de tempore appellationis imponendæ. Sed contra hoc oppo.quia ad exercendā appellationē ſtatuitur maius tempus,vt j.eo.l.fi. §.illud.Solu.ſpeciale eſt in hoc caſu, vt ita modicum tempus ſtatuitur ad appellationem exercendam.

☞ *Quando parti datur dilatio octo dierum ad aliquid faciendum,tunc ſi in ultima die illud facit,non eſt neceſſaria citatio aduerſarij.*

2 *Priuilegium quādo impetratur à principe in his,quæ cauſæ cognitionem non requirunt,uel partem modice lædunt non debet pars citari.*

3 *Si dies termini cadit in diem feriatum:quando debeamus inſpicere præcedentem diem non feriatum.*

4 *Quando unus ſolus litigat,iudex poteſt ſupplere de facto pro parte.*

5 *Si iudex ſtatuit terminum unius menſis, de quot diebus intelligatur.*

LEX II.

qualiter intelligatur ꝙ posidens immobilia non teneatur satisdare: adde Bartol.in l.sciendum.in princi. Bal.hic in fi.dicit,nõ decido eo casu: quia glo.in d.§.quidã. non videtur hoc tenere, sed imò glo.in l.Iulia, in fi.eo.titu. expresse contrarium tenet.

a ¶ Formari libellus. Libellus vti possidetis, vide in Specu.de cau. pos. §. permitto. ver.& scias.& Bart. in l.j. §.interdictum. ff.eodem.

b ¶ Formabitur sentẽtia. Qualiter formet sententia vti possideatis adde Bart.in l.si duo ff.eod.& aliquas formas huius sententiæ, Vide Bald. in l.j.ĩ.de sen.quæ sin.cert. qua. sed in hoc interdicto vti possidetis,an interponatur primum decretum,vide Cyn. hic circa fin. & nota. Barto.in l.si prius. in vlti.qõ.de oper. nouiñ.Et Bal.in authẽ.ei q.de bo.auth.tu. poss.

c ¶ Quia iniustè non possidet.In hoc est gl. singu.secundum Bal. in l.cùm Papinianus. ĩ.de sentẽ. & facit ad ea quæ dixi post Bartol.in l.ij. §. si publico.ff.de adulte. & in l.si à te.§.j.ff.de excep. rei iud.hic per Bal.in pen.colum.

d ¶ Argu.in l.j. Sic no. ꝙ in casu huius interdicti admittuntur articuli,& probatiões, de dominio, pro quo omninovide Bart.in l.si de eo.§.fi.de acqr. poss. Et de articulis in hoc interdicto vide Inno.de renũ.in c. super.& ꝙ not.Bart. in l. ordinarij. de rei vend.& ibi dicit Bal. in v.colũ.id ꝙ Barto. hic,videlicet,quòd in hoc interdicto admittitur ꝓbatio proprietatis.& Bald.hic in fine nota.

e ¶ Quærit gloss.Adde glos.& Bar.in l.iij.§. ex contrario. & de acqui.poss. & istã gl. not.Bal.in authẽ.nisi rogati. in iij colum. ad Trebel.

f ¶ Totæ tabulæ.Qñ legatarius petit sibi exhiberi protocollũ testamenti per Bart. in l.argẽtarius. §.j.

ista lec.nõ est vera in se.Nã si ille possidet immobilia, non satisdat vbi possidet alia, quã ea pro quibus cõuenitur:vt l.de die.§. quidam.ff.qui satis.cog.licet gl. videat̃ aliter tenere in d.l.sciendũ.in prin. Præterea hic erat dubium,an posideret, vnde etiã de satisdatione de iudicio sisti posset intelligi hic,sed prout intelligit̃ de satisdatione iudicatum solui. Oppo.Insti. de satis. §.sed hodie.dicit gl.fateor ꝙ hodie corrigitur finis,quia hodie nemo suo nomine cõuẽtus cogit̃ satisdare iudicatũ solui. Licet hoc sit verũ in se,tamẽ lec.Ia. de Aret. magis placet:quia magis vtilis, & secũdũ illã hæc lex remanet incorrecta.† Ex qua lect.habes qualiter debeat formari libellus [a] in hoc interdicto.Nã tu debes petere ꝙ te non molestet,& ꝙ à turbatione, & à molestatione desistat, & ꝙ non caueat de non molestando te in futurũ:& ꝙ præstet interesse molestationis præteritæ. Prima duo probant̃ hac lege, & in legibus allegatis,ad probandũ hanc lec.Ia.de Are. vltimũ de interesse probatur in l.si duo. §. fi. ff.eod. †Hoc præmisso veniamus ad sentẽtiam,qualiter formabitur sententia [b] in hoc interdicto.Glos.quæ incipit, sed qualiter formabit sententiam,iudex multum se inuoluit.Hic aduerte.quandoq; constat actorẽ tm̃ possidere iustè,reum nullo modo.vel iniustè,ab aduersario ipse debet obtinere,& reus debet condemnari ad oia q̃ ĩ.dixi debere cõtineri in libello. Quãdoque constat actorem possidere iniustè ab aduersario:tunc reus absoluet̃ simpliciter: nõ enim potest actor vincere in hoc iudicio,neq; reus potest vincere,vt actor in alio condemnet̃:quia non possidet,vt ĩ.dixi tangitur in gl.præce. Quãdoq; constat reum tantũ possidere:& tũc si quidẽ iniustè ab aduersario.actor succumbit, qa non possidet reus:tamen in nullo cõdemnabitur,quia iniustè nõ possidet [c] ab actore. Si verò reus possidet iustè,vel iniustè, nõ ab aduersario:tunc ipse absoluet̃,& actor cõdemnabitur sibi ad illa tria.quæ dixi debere contineri in petitione,etiam si nõ sit petitum per reũ. Ratio: quia istud iudicium est duplex,quilibet est actor,& reus: vt d. l.si defunctus.in fi.ff. de procur.& l.sed cũ ambo.ff.de iudi.Et hoc videt̃ velle gl.tua præcedens,in vlt.q.quã format ibi.& vide eã.Non obst.de iureiur.l.sed & si possessori.in princ.quia illud est iudiciũ simplex, istud duplex.Ita tenebat Franc. Accur.et bene:licet quidã Vltramonta.dicant contra. Quandoq; constat vtrunq; possidere, tunc liquidem possidẽt iustè,vt puta vnus est proprietarius,alius fructuarius. vel vsuarius,vel emphyteuta, vel fructuarius: iudex ꝓnunciabit vtrunq; esse potiorem in possessione sua:& ꝙ de hoc caueatur,& interesse molestationis præteritæ præstet̃: vt hac l.in prin.& l.si duo. in prin.ff. eo.si vnus possidet iustè,& alter iniustè,non ab aduersario. Si verò vn⁹ possidet iustè,alter iniustè ab aduersario:ille, qui iniustè possidet,cõdemnabitur ad ea,quæ dixi ĩ.in libello debere cõtineri.Et prædicta vera,qñ constat vtrunq; possidere diuerso genere possidendi,vt vnus ciuiliter,& alter naturaliter vt dixi.Si verò vterq; probauit se possidere eodẽ genere possidendi,est aduertendum:aut vnus probat de antiquiori possessione quã alius:& ille vincit,quia possessio alterius præsumit vitiosa.Tex.est in c.licet.extra,de proba.Si verò vterque probat de eodem tẽpore:tunc siquidẽ vna pars habeat idoneiores testes,illa vincit:vt l.ob carmen.§.fi.ff.de testib.Sed si probationes essent hincinde æquales:tunc dicit Ia.de Are.si quidem vnus probat de titulo,alius non,ille præferẽ,qui de titulo probat.argumen.in l.j.[d] & l.vlti.de edi.diui Adri.tol.& d.c.licet. extra,de prob.& isto casu solo reperio quòd allegatio dominij prodest in interdicto vti possidetis:aliàs secus,vt vidistis ĩ.ti.j. l.j.Si verò neuter probat de tit.vel vterque probat:de hoc sunt opi.hic in gl.Quidam dicunt ꝙ iudex habet pronunciare, vti possidetis,ita possideatis.Quam opi.gl.reprobat:quia hęc sententia est incerta.De hoc tangit gl.in l.ait prętor.§.j.de re iud. Alij dicunt ꝙ iudex debet abstinere à iudicando:sed debet sequestrare possessionẽ,ne partes veniant ad arma,& rixas.Ego consueui dicere,quòd primò iudex debet pronunciare vtrũq; esse possessorẽ pro parte dimidia,pro indiuiso. Nam cũ vterq; pariter,siue æqualiter possideat,facient ibi partes per concursum:vt l.si finita.§.cũ autẽ.de dã.infe.sicut etiã dicimus in coniunctis:vt l.re coniuncti.de lega.ij. Restat hic vt examinemus vltimã partem gl.hic positã.† Quæro primò,aliquis habet in fundo vsumfructum,alius habet vsum:quæro vtrũ vterq; possideat. Videtur ꝙ nõ:quia cũ fructuarius habeat naturalẽ:ergo vsuarius eã habere nõ põt:vt l.iij.§.ex cõtrario.de acquir.pos. In cõtrarium videtur,& sicut vsuarius habet hoc interdictum: vt l.fi.ff.e.ergo vsufruarius possidet.Gl.fatetur ꝙ vterq; possidet,sed non insolidum:sed quilibet pro parte.& vide gl.Istud, quod gl.dicit,nõ insolidũ,sed pro parte:non placet mihi. Nam pars incerta ratione loci,& ratione quotę,nõ potest possidere: vt l.iij.§.incertam.de acqui.pos.& l.locus.e.ti.& l.emp.de vsuca.pro emp.sed pars vsuarij est incerta ratione loci:quia omnis pars pro indiuisa est incerta ratione loci: vt l.Mæuius.§.duobus.ff.de lega.ij.Itẽ ratione quotæ pars vsuarij est incerta:vt l. vsus pars.de vsu & habi.Nam pro vsu meo plus volui vno tẽpore,quàm alio:ideo dico ꝙ vterq; possidet insolidum naturaliter,diuerso tamen iure.vnde illud,ꝙ gl.hic subdit, vel nõ eodem iure,&c.istud est verum.† Quærit gl.quid si feudatarius facit alium feudatarium,vtrum iste feudatarius primus possideat.Gl.dicit ꝙ non,sed possidet dominus, & tertius feudatarius tantum naturaliter:& vide gl. †Quærit gl.qualiter retineatur naturalis possessio.Gl.dicit,donec qs est in fundo, vel in cõspectu.Plenius dic vt ff.de acqui.pos.l.j.in gl.mag.& dic vt ibi.† Vltimo quærit gl. [e] Quid si ego possideo naturaliter, & tu ciuiliter,tertius ingreditur:quis possideat.Dicit gl.ꝙ tertius possidet,quando vsufructuarius deponit animum possidendi.Ego verò,qui consueui tenere ꝙ triplex est possessio,dico ꝙ iste tertius possidet,etiam antequam iste vsufructuarius deponat animum possidendi:vt dixi in d.l.j.de acqui.pos.& l. clam possidere.§.qui ad nundinas.eo.ti.&c.

De tabulis exhibendis. *Rubrica.*

Dictum est ĩ.de interdictis adipiscendæ,recuperandæ,& retinendæ possessionis.Sunt quædam alia interdicta exhibitoria:ideo de his ponit.Ita potes continuare istam rubricam.

1 ☞ *Legatarius potest petere hoc interdicto sibi exhiberi illam particulam testamenti,quæ pro se facit.*

3 *Viuo pupillo non possunt peti tabulæ testamenti pupilli.*

LEX vnica.

1 SI in potestate.† Post mortem pupilli tabulæ pupillares postulantur exhiberi,hoc interdicto.hoc dicit.† Opp. & videtur ꝙ legatarijs detur hoc interdictum: vt l.iij.§.solent.ff.eo.Solu.Concedo istud quod dicit gl.vnde hic subaudi maximè.Tu dic aut quis vult petere quòd exhibeantur totæ tabulæ [f],& totum testamentũ, & hæc non potest facere,nisi hæres ita loquitur hic.Sed si vult petere sibi exhiberi illã particulã,quæ pro se facit:tũc potest quilibet legatarius:vt ff.de eden.l.argentarius.§.j.Oppo.& videtur ꝙ debeat agi ex edicto,quemad.testa.ape.ff.quemad. testa. ape.l. j.in princip.Huius timore gl.intrat in illam materiam,quæ sit differentia inter hoc interdictum,& illud edictum, & actionẽ ad exhibendũ:& vide gl.tuã,quæ est clara.Quærit gl.† vtrum viuo pupillo possint peti tabulæ testamenti pupilli. Text.hic

innuit q nõ, & eſt verũ, ar.l.ij,§.planè.alʼs, interdũ.ff.de vul.& pup. Quæro, ego peto mihi exhiberi tabulas pupillares: opponit̃ mihi q ille, qui fecit illas ſubſtitutiões, nõ habebat filios in poteſtate: an iſta exceptio exhibitionem tabularum impediat? Hic innuit tex.q ſic. hoc autẽ an ſit verum, qualiter procedat, dixi ff.e.l.j.

g ¶ Aliqua caſtra. Si commune Peruſij tenet caſtra ciuitatis, & ciuitas Caſtellæ vult repetere: an debeat agere contra caſtra vel Cõmune Peruſij, adde Barto.in l. deinde ait prætor. §. hoc autem.ff.eo.& in l.j.§.j.ff.de rei ven.

b ¶ Poteſt agi. Et vi; de Bar.in l.j.ff.eo.

c ¶ Cõpetat. De materia hic tacta vide in l.j.ff.eo.vbi plene per Barto.

d ¶ A ſententia lata. Et vide Bart.in l.j.ff. eodem.

De liberis exhibendis. Rubrica.

Iſtud eſt interdictum exhibitoriũ, &c.

2 *☞ Ciuitas, quæ uult repetere aliqua ſua caſtra, quæ tenentur ab alia ciuitate, contra quem diriget libellum.*

LEX I.

1 SI vt proponis. † Si inter patrem & filium eſt cõtẽtio de poteſtate propter res, hoc interdicto expeditur.h.d.Opp.& videtur q officio iudicis debeat expediri iſta cauſa; vt ff.e.l.ij.§.hoc autem. Huius timore gl.ponit hic vnam diſtinctionem, quam tamen latius ponit in l.j.per hanc ff.de rei vendicatio. Finaliter tota virtus eius conſiſtit in hoc, q interdictum dicitur quaſi inter duos redditum de re tertia. Si igitur eſt cõtentio inter patrẽ & filium de ſeipſo filio, nõ habet locum interdictum; quia nõ eſt de re tertia. Sed ſi eſt contentio propter aliud, vt puta propter hæreditatem: & tunc recurritur ad interdictum. Hic eſt caſus hic, vt l.pe.ff.e. Idem ſi filius poſsideatur ab alio inuitus, poteſt eſſe contentio inter me & illum de filio meo: & tunc recurremus ad interdictum: quia eſt inter duos cõtẽtio de tertia re. Secus ſi ſpõte ſua retinetur. Et hoc eſt, quod vult dicere tota iſta
2 gl.quam vide. † Vlti.no. iſtam gl.& leges, quas allegat ad vnã
a quæſtionẽ. Ciuitas iſta detinet aliqua caſtra [a] ciuitatis Caſtellæ, ciuitas Caſtellæ vult repetere, contra quem diriget libellũ. Diriget ne libellum contra illa caſtra, vel contra cõmune Peruſij. Materia iſta eſt arg.q debemus hic diſtinguere, aut illa caſtra detinentur ab aliquo voluntarie aut non, aut à nemine, prout hic diſtinguitur.

LEX III.

b SI ad inſtar. Breuiter dicit ſecundum iſtam gl. Ad ſimilitudinem huius interdicti, poteſt agi [b] de vxore exhibenda.h.d.Gl.vt hic vides, intelligit hanc legem de illo interdicto de vxore exhibenda: vt dicitur in l.j.§.fina.& l.ſeq.eo.titu. ſed hic, vt videtis in tex. nulla fit mentio de vxore: vnde fortè non erat vxor, ſed erat concubina. Qualiter ergo tunc ponemus caſum in ſcholari habente concubinam, quæ fuit &c.& tunc hæc lex faciet mentionem de ſecunda parte rubricæ, ſed prima lect. eſt magis clara.

De precario & Saluiano interdicto. Rubrica.

2 *☞ Quomodo differt Saluianum interdictum ab hypothecaria.*

LEX I.

1 SI te non. Breuiter dicit. † Pro pignore vẽdito cõtra emptorẽ, non cõpetit interdictũ Saluianũ directũ; ſed ad hypothecariam actionẽ eſt recurrendum.h.d. Op.ff.e.l.j. vbi cõtra actorẽ datur hoc interdictũ. Sol. Fateor de hoc interdicto vtili, vt ibi; nõ directo, vt hic. Sed tũc inſtatur, cũ oĩa interdicta ſint ſcripta in rẽ, vt l.j.§. pe.de interdic. videtur q iſtud interdictũ directum debeat dari contra quẽlibet poſſeſſorem. Gloſ. hic videtur fateri q ſit in rẽ, & ad cõtraria nõ rñdet. Vñ ſuſtinẽdo gl. debemus dicere q hypothecaria eſt qd acceſſoriũ ad actionẽ pſonalẽ; & ſicut perſonalẽ ſequit̃ fundum, ita hoc interdictũ non ſequitur fundũ. Vel aliter, & melius dico, quòd iſtud interdictum non eſt ſcriptum in rem: ideo directum non datur contra tertium poſſeſſorem. Quæro, an hoc interdictum competat [c] pro alijs rebus quàm pro rebus coloni, & ſic an detur locatori fundi vrbani, vel creditori. Certè de hoc eſt contentio. Certè credo quod ſic. Caſus eſt hic in eo quod dicit debitor tuus, & ſic ſimpliciter: & in fin. dum dicit, quæ ad exemplum eius inſtituitur, &c.

c

2 † Quæro, quid differt hoc interdictum Saluianum ab actione hypothecaria. Gl.mirabiliter loquitur & dicit q differt in natura. Item in modo probandi. Natura differt quia iſtud interdictum eſt poſſeſſoriũ, ſed hypothecaria eſt petitoriũ iudiciũ. Et vide gl.in fi.licet hypothecaria nudam poſſeſsionẽ auocet tamen dicitur petitoriũ iudicium. Ratio, quia ſicut rei vendicatio auocat poſſeſsionẽ ratione dominij: ita hypothecaria auocat poſſeſsionem ratione hypothecæ, de qua debet conſtare: &
d ſic eſt petitorium iudicium. Vnde à ſententia lata [d] ſuper hypothecaria appellatur: ſed hoc interdictum eſt poſſeſſoreum, cũ in eo nõ habeat dicere rem eſſe obligatã ſed poſſeſſam ab eo qui obligauerat. Et ex hoc inſurgit alia quæſtio: qd habetis ꝓbare in hypothecaria? Gl.dicit q debet probare obligantem tempore obligationis eſſe dominum. Gl.dicit aliter in l.cũ res.j.ſi alires pig.dat.ſit.& ibi dicam, & l.rem alienam.ff.de pig.actio.

LEX II.

HAbitantis. Contra hæredes eius qui rogauit, competit interdictum de precario. hoc dicit.

De pignoribus. Rubrica.

Rubrica iſta poteſt continuari duobus modis: Vidiſtis ſuprà de Saluiano interdicto, vbi mentio fit de pignore: ideo merito ſubnectitur hic rubr.de pign. Vel ſic: Dictum eſt ſuprà de obligationibus principalioribus et etiam dicitur j.in pluribus partibus: ſed quia principalibus obligationibus accedunt pignora, idcirco ſubnectitur rub.de pignoribus, &c.

2 *☞ Pignus, licet minus ualeat quàm ſit pecunia debita, non tamen præiudicatur creditori.*

LEX I.

1 DEbitor. † Licet debitor cedat pignori non tñ liberatur.h.d.No.q licet debitor velit cedere pignori, q nõ ideo liberatur: vt
2 hic; Ad idem ſupra de act.& ob.l.aduerſus. † Et ex hoc habetis aliud inferre, q licet pignus minus valeret, quã eſſet pecunia debita, nõ tñ præiudicatur creditori: vt l.creditor.ff.ſi cer.peta.& ibi nota.licet Veneti ſeruent contrarium, vt dicit gl. Hic non ſunt alia.

LEX II.

1 VAmuis. † Habens ſpecialem hypothecam, ac etiam generalem, nõ recurrit ad generalem in præiudiciũ ſecũdi creditoris, ſi ſpecialis ſibi ſufficiat ad debitũ.h.d.Not.quod dixi in ſummario. Op.dicitur hic q iſte creditor primus non põt proſequi quæcunque pignora velit. Contra ff.de diſtra.pig.l.creditoris arbitrio. Solu. Dicunt quidam q iſta lex loquitur de rigore: hæc de æquitate. Vel verius, ibi erat vnus creditor tantùm: hic plures. Sed contra iſtam ſol.inſtatur de l.qui generaliter.in princ. ff.qui po.in pig.hab.vbi indiſtinctè primus præfertur ſecũdo. Sol. Ibi tam primus creditor, quàm etiã ſecundus, habebat generalem hypothecam: tamen hic primus creditor habebat ſpecialem hypothecam & generalem. & ideo ſi poteſt ſatisfieri ex ſpeciali, non recurritur ad generalem in præiudicium ſecundi creditoris. Sed contra prædicta inſtatur: & videtur q indiſtinctè ſecundus non ſolùm ſit potior, ſed ſolus in tali hypotheca. Vnde op.de prædicta l.qui generaliter.in fi.pro cuius ſol. breuiter ſic dicas, q quandoque eſt vnus ſolus creditor habẽs plura bona hypothecata: & tunc proſequi poteſt quæcunque velit. Ita intelligitur præallegata l.creditoribus.ff.de diſt.pig. Si verò ſunt plures creditores: tunc aut primus habet tantæm generalem hypothecam, & ſecundus etiam generalem tantũ: & primus præfertur. Ita intelligitur præallegata l.qui generaliter.in prin. Aut primus habet ſpecialem, ac etiam generalem, & ſecundus alteram tãtùm: & tunc aut habet eas purè, aut ſub conditione. Si purè, tunc licet de rigore iuris poſsit proſequi quancunque hypothecam velit, tamen de æquitate non; & ita intelligitur lex noſtra. Si verò habet ſpecialem hypothecã purè, & generalẽ ſub cõditione, videlicet, ſi nõ poſsit ſibi ſatisfieri ex ſpeciali: tunc ſufficiente ſibi ſpeciali hypotheca, ſecũdus creditor nõ ſolùm eſt potior, ſed etiam eſt ſolus in illa hypotheca.

Et ita

Et ita debet intelligi prę allegata l.qui generaliter.in fi.secundum Iac.But. Modò pro declaratione legis nostræ, & gl.quæro,quid si primus creditor, vel alia extranea persona,possidet ista pignora,nũquid habeat locum ista lex? Breuiter habetis dicere quod sic.Nam eadem est ratio, & per consequens debet esse eadem iuris dispositio.arg.l.illud.ad l.Aquil.& l.milites.argu.de re mili.cum suis similibus.

a ¶ Secundũ Dyn.An si creditor ingreditur possessionem rei sibi obligatæ, præsumat in dubio hoc facere causa sui iuris conseruandi,Adde Bald.in d.l.in possessionẽ. & Barto.in d.l.cũ creditor.& cum glos.allega.in materia Bald.ſ. e.l.j.in v.col.in princ.

b ¶ Determinationẽ. Non valet pactũ debitoris dantis licentiam creditori ingrediendi eo inuito.Adde Bar.in l.alia.§.eleganter.solu.matr.

c ¶ Successorem. Aut est corruptus,aut male dicit. Nam in isto casu naturalis et ciuilis est apud creditorem:licet debitor interuertat, & priuet creditorem naturali: tñ propter naturalẽ remanentẽ penes eũ, debet posse ingredi. Etiam dicit Bart.hic ſ.proxi.dũ alleg.l.clã possidere.& ita tenet Bartol.infra in tertia quæstione princi.Cogita, quia fortè est verius quod hic dicitur:quia si per talem alienationem priuatur ciuili & naturali: vt nota.in l.peregre. §.quibus.de acquirẽ. pos.ergo nimirum si amisit possessionem non potest propria authoritate ingredi: nisi faceret inconuenienti,per ea quæ no. in d.l.cum fundũ. de vi & vi arma.

d ¶ Debitor alienet. Adde quod idem tenet Barto.in repe.huius l.in fine.v.q.principali.in ver.sed pone quod debitor. quem sequitur hic Salic.in contrarium tamẽ tenet Bart.in l.interdũ. §.fin.a.ff.de acquiren. possef.& in l.Celsus. iij.col.in ver.sed pone quod debitor. ff. deviuca.quem ibi sequitur Imol.& communiter omnes. qđ verius est.

1 † Creditor secũdũ formã pacti,sua authoritate,& sine iudice potest ingredi possessionẽ rei sibi obligatæ:vrbanius tñ fit cum iudice.h.d. Not.† ꝙ pactũ,per quod datur licentia creditori de ingrediẽdo possessionẽ rei sibi obligatæ,tenet & valet.Secũdò habetis notare,quòd † creditor faciens secundũ pactũ,nõ dicitur inferre vim. Tertiò habetis notare † ꝙ licet qđ possit fieri sine iudice,vrbanius tñ fit cum iudice;quãuis si fiat sine iudice,nõ punitur,vt hic colligitur,in l.iij.§.non perpetuæ.ff.de sepul. vio. Modò opp.dicitur hic quod creditor ingrediens possessionem rei sibi obligatæ, non infert vim.Contra,in l.possessionem. infrà ad l.Iulia.de vi pub.vel priu.vbi tex. expresse dicit,contra.Sol.hic per pactum data fuit creditori licentia ingrediẽdi possessionem:& tamen ideo dicitur vim committere,quia fit secundum pactum.in lege contraria nullum pactum fuit appositum. Sed contra istam solu.instatur de l.cũ creditor.ff.de fur.vbi indistinctè creditor ingrediens possessionem non dicitur cõmittere vim.Sol.Dicas secundum Dyn.[a] qđ quandoꝙ creditor ingreditur possessionem rei sibi obligatæ, causa sui iuris conseruãdi;vt puta,quia pactum præcesserat: & tunc non dicitur inferre vim,vt hic, Quandoꝙ ingreditur possessionẽ causa iniuriãdi alĩ;& tũc habet locũ l.ĩ possessionẽ.j.ad l.Iul.de vi pu.vel pri.Quandoꝙ dubitat.& in casu dubio præsumitur creditorẽ magis ingredi gratia sui iuris cõseruandi,quàm causa inferendi alĩ iniuriam.& isto casu loquitur l.cum creditor.ff.de fur.secundum Dyn.arg.l.meritò.& quod ibi not.ff.pro solu. Modò pro declaratione legis nostræ quærit glos.† 5 debitor dedit licentiam creditori ingrediendi possessionẽ sua authoritate:creditor vult ingredi:debitor resistit: nunquid creditor dicit vim inferre? Primò videt ꝙ nõ dicatur vim inferre,neque debitor possit resistere,cum semel pactum sibi placuerit.argu.l.in diem.ff.de aqua plu.arcen.& l.sicut,§. de actio.& oblig.cum simi.In contraria opin.fuit Mar.& pro eo facit l,non est singularis.ff.de regu.iur.Ad idem l.æquissimum.in princi.de vsufru.Glo.approbat primam partem.Sed b contra determinationem [b] glos.l.posset instari de l.colonus,& l.cum fundum.ff.de vi & vi ar,quare secundũ do.Iac.dicas sic; Nam quandoꝙ debitor facit pactũ creditori,vt etiam eo inuito creditor ingredi possessionem possit; & istud pactum non valet:vt l.conuenire.ff. de pact.do.l.si vnus.§. illud.ff. de pact. Quãdoꝙ debitor facit pactũ creditori simpliciter, vt possit ingredi possess.authoritate sua:& tunc per istud pactũ videtur agi,vt creditor etiã non citato nec requisito debitore ingrediat quo casu si creditor ingrediat possessionẽ iusta causa adeptus est: quia secundũ formã pacti, & non dicitur inferre vim, & si vellet creditorẽ expellere,non posset:quia rectè possidet:vt l.j. §.vnde vi.& isto casu est vera opi.hic posita. Quãdoꝙ creditor vult ingredi possessionẽ cõtra omnimodã voluntatẽ debitoris resistẽtis:& tũc non potest imò dicitur inferre vim. Sicut aliàs dicimus in colono. nã colonus mutãdo voluntatẽ priuat dñm possessione,licet dñs possideat:vt in præallega.l.colonus, & l. 6 cum fundũ.ff.de vi & vi ar.secundũ Iac.But. †Item quærit gl. j.circa mediũ:ecce debitor in instrumento dedit licentiã creditori ingrediendi possessionẽ authoritate propria: postea eam alienauit: nũquid creditor poterit ingredi possidente emptore? Glos.nostra hic determinat ꝙ sit,per l. Titius.de ser.expor. Contra determinationem gl. posset instari;quia istud pactum, qñ datur licentia creditori ingrediendi, nõ tribuit aliquod ius reale neꝙ personale;sed quandã licentiam concedit.Imo plus: quia posito ꝙ aliquod ius personale tribueret,tamen actio personalis,siue ius personale,nõ intenditur cõtra singularem succ cessorem [c]; vt l.j.§.si hæres.ff.ad Treb.& l. si fideicommissum. §.tractatum.ff.de iudi. Quid dicemus? Dicas secundùm Iacob. Butr.& sunt optima verba;quia quandoꝙ debitor facit pactũ creditori solum dando sibi licentiam ingrediendi: & tũc sicut resistendo creditori volenti ingredi, dicitur mutare voluntatem, vt dixi in præcedenti quæstione: ita & alienando. Quo casu est dicendum idem in debitore,ꝙ in colono;quia colonus mutando voluntatem priuat dominum possessione;vt præalleg.l.colonus. & l.cũ fundũ. & sic creditor ratiõe possessionis non poterit ingredi,nec etiam ratione pacti;quia nõ afficit singularem successorem, vt prædixi. Quandoꝙ debitor non solum facit prædictum pactum,sed constituit se possidere nomine creditoris, per ꝙ ipse creditor videtur possidere: vt l.quædam mulier.ff.de rei vendi.& l.ꝙ meo.ff.de acquirẽ.pos. Et in isto casu dices,vt præcedenti mẽbro,secundùm Iac.Bu.Quandoꝙ debitor impetrat possessionem precario ab ipso creditore,& creditor sibi concedit: & tunc an nulla possessio est trãslata in debitorem precario rogantem,ꝙ fieri potest: vt l.certè. §.ij.ff.de preca.Et in isto casu etiam dicas vt in præced.Quandoꝙ in debitorem precario rogantẽ solum naturalis possessio est translata,ꝙ præsumitur in dubio;vt l.& habet. §.eũ qui. & d ibi no.ff.de preca.Et isto casu si debitor alienet [d] in emptorem, transit solum naturalis pos.quam debitor habebat:& sic creditor ratiõe ciuilis poterit ingredi illam pos.nisi sit repulsus, vel suspicetur se posse repelli.arg.l.clam possidere.§. qui ad nundinas.ff.de acquir.pos.Quandoꝙ in debitorem precario rogantem.omnis pos.est trãslata,ꝙ fieri potest:vt l.in rebus.§.j.ff. de preca.& no.in præalle. l.& habet.§.eum qui.eo.tit.& isto casu creditor poterit ingredi poss. rei sibi obligatæ. & ab emptore possessæ.Primò ratione pos.non,quia nullam habet.vt prædixi.Secundò ratione pacti non:quia pactum istud nõ afficit singularem successorem:vt præalleg.l.fideicommissum.§. tractatum.ff.de iudi.& in l.eum.ſ.de actio.& oblig.

LEX. III.

Creditores. Ista est optima lex, & habet optimam glos.quã vide,& signa.

1 ☞ *Creditor ingrediens uel occupans rem debitoris sua authoritate, dicitur committere uim.*

2 *Dictio debet,quandoque exponitur pro potest, & recipit limitationem de urbanitate.& nu.3.*

3 *Quod fit contra urbanitatem,uel ciuilitatem,quæ non sunt præcepta,sed consilia, non punitur.*

4 *Tutor,uel pupillus, cum eius authoritate fit data licẽtia creditori ingrediendi eius authoritate,quando ualeat.*

5 *Quid in alijs personis, & in casibus,in quibus translatio possessionis esset prohibita ratione personæ,uel rei.*

6 *In rebus ecclesiæ potest creditor uigore talis conuentionis ingredi, si ualida conuentio præcesserit.*

7 *Vel nisi res essent sacratæ.*

8 *Talis licentia ingrediendi propria authoritate, potest concipi in ultima uoluntate.*

9 *Et tam in alijs contractibus,quàm in pignore,talis conuentio,& licentia ualeat.*

10 *Constituens se creditoris nomine possidere,ut eius conductor transfert in eum & naturalem,& ciuilem possessionem.*

11 *Si uerò constituat se eius precario nomine possidere, transfert in eum ciuilem possessionem tantum retenta naturali:& tunc debet adijci quòd licet ingredi &c.*

a ¶ Ingreditur. Et tene mẽti ꝓpetuò qđ licẽtia de ingrediendo poſſeſsionẽ in bonis viđeť hypothecata, ſecundũ Bal. hic ſingulariter in fi.

b ¶ Verbũ debet. nota hic de verbo debet, an importet neceſsitatẽ, no. j.l. ſolet. hic alle. in gloſ. Adde glo. in verbo, debeat hic in cle. j. de ſta. mona. & legitur & not. in c. j. de ſpon. impube. xxv. q. j. confidimus. in gl. quod aũt. in verbo, ſolet. vide Bart. in l. j. ſ. quomodo & qñ iudex. nec ſemper verbũ, debet, importat neceſsitatẽ, ſed aliqñ honeſtatẽ; vt probatur in c. intelleximus, de iud.

c ¶ Dictio poteſt. An verbũ, poteſt, importet neceſsitatẽ, adde quod not. in l. j. ff. de iniuſto teſta.

d Pro cõcordia aduerte ꝙ ingredi põt propria authoritate poſſeſsionẽ dñs rei emphyteutæ præſuppoſita ipſa caducitate emphyteuſis ipſo emphyteuta cõtradicẽte. Ita do. Ias. in l. ij. ſ. expediẽdo gl. in ver. repellere. col. ij. C. de iure emphyte. alleg. Bart. tenere in l, certa form i. C. vt in poſ. leg. Cõtra alleg. Bar. tenere in d. l. ij. & cõtra principiũ diſtinctionis, vbi tenet negatiuam & ibi alle. Barto. contrariari in hac repeti. l. creditores in iij. q. princi. in verſi. & prædicta vera &c. qñ in inſtrumẽto inueſtiturę adeſt conſtitutum, vel precarium poſitũ in pacto de ingrediẽdo bona debitoris propria authoritate: qa ſaltẽ ciuilis poſſeſsio eſt penes creditorẽ: ideo incõtinenti poſſet propria authoritate: quia dicitur poti⁹ defenſio, quã occupatio, tanquã ſpoliatus ab illa ciuili ſaltẽ poſſeſsiõe quem habet, poſſe incõtinẽti vim vi repellere: vt cõtingit in ſimili in l. cum fundum. ff. de vi & vi arma. vbi ample per docto. & ſic in duobus viderur contraria: ſed quia aptas accommodat ipſe ſolutiões in d. l. ij. ideò dicendum vt ibi per eũ qui valde ſubtiliter, & copioſè loquitur poſt Imo. in c. potuit. de loc. Alia etiã poſſet colligi ſolutio vt in apoſtil. do. Alex, ad Bart. in d. l. ij.

13 *Pactum quòd licet creditori non ſolùm ingredi poſſeſsionem, ſed etiam in ſolutum accipere ſua authoritate, an ualeat.*

14 *Tale ius intrandi, & retinendi poſſeſsionem propria authoritate, non competit ante debitum liquidum, ſeu in notorium deductum.*

15 *Liquidatio debiti fit parte citata ſolenniter libello dato, & lite conteſtata.*

16 *Remedium quod creditor ex pacto poßit ingredi poſſeſsionem, negotio non liquidato.*

17 *An tunc poßit creditor ingredi ante moram ſuper obligatione principali.*

18 *Per talem conuentionem licet debitor reſiſtat ſolo uerbo, poteſt creditor ingredi: niſi debitor offerat debitum. & nu. 19.*

19 *Si de facto reſiſtit, & conſtituit ſe creditoris nomine poßidere, poteſt creditor per uim ingredi, iudex poteſt committere parti ut ingrediatur ſine ui.*

20 *Per talem conuentionem ingrediendi propria authoritate, poteſt creditor ingredi clàm, ſeu debitore ignorãte.*

21 *An tale ius poßit exerceri contra uniuerſalem ſucceſſorem.*

22 *An contra ſingularem ſucceſſorem & an ſine iudice dicatur debitum liquidum contra eũ, ſicut erat contra principalem. & nu. 24.*

23 *Quando iſtud ius exequendi imploratur à iudice contra ſingularem ſucceſſorẽ, an debeat fieri nouus proceſſus.*

25 *An poßit adhiberi remedium, quòd indiſtincte contra ſucceſſorem habentem cauſam à debitore poßit exerceri talis conuentio.*

26 *Quando ex urbanitate aditur iudex in caſu conuentionis de qua in hac lege an debeat pars citari, libellus dari, & ordinariè procedi.*

27 *Si in inſtrumento fuit tantùm data licentia de ingrediẽdo tũc neceſſarius erit libellus ad acqſitionẽ poſſeſsionis.*

28 *Quando creditor implorat officium manus militaris contra debitorem, qui armata manu reſiſtit, debet præcedere ſummaria cognitio.*

29 *Cùm iudicis officium imploratur, ut declaretur iuſtũ pretium rei, expeditur res ſummatim cauſa cognita, & quomodo eligantur æſtimatores. & nu. 13.*

¶ Creditores. Hæc habet materiã quotidianam, & malè explicatã: & ideo placuit mihi aliqualiter eã contingere. Et primò ponã lect. gl. communem, & eam explicabo. Poſtea ponam lect. meam nouam. Tertiò ponam alias. Vltimò ponã materiam per quæſtio. Hæc lex diuiditur in duas partes. Primò, ponit qd poteſt facere creditor qui pactus eſt ingrediendo ſecundum iuris rigorem. Secundò ponit quid debet facere de vrbanitate. Secunda ibi: attamen. & breuiter hoc intendit, Creditor ſi ex pacto poſſeſsionem ingreditur [a] ſine iudice: non tamen vim committit: ſed vrbanius facit ſi cum iudice. hoc dicit cum gloſſ. Ad euidentiam præmitte, quòd †creditor ingrediens, vel occupans rem debitoris ſua authoritate, dicitur committere vim. & incidit in edictum diui Marci, in l. extat. ff. quod met. cauſa. Hoc præmiſſo pone caſum per te, & collige notabilia: ſed quòd ex pacto licet ingredi poſſ. vt hic, & l. pen. de pignor. actio. & l. qui ratiario. ſ. illo. eod. titu. Secundò not. †quòd dictio debet, exponitur pro poteſt, vt l. obſeruare. de officio proconſu. circa finem. & in concord. ibi poſitis. Tertiò nota, quòd dictio debet recipit limitationem de vrbanitate. Oppon. & dicitur ꝙ hæc lex ſibi inuicem contradicat. nam in princip. dicit, ꝙ licitè poteſt ſine iudice; & hoc probant cõcor. poſitæ in gloſſ. ſed in fi. dicitur quòd hoc debet facere cum vrbanitate, vel iudicis authoritate: & ſic innuit, ꝙ non licet facere ſine iudice. Solu. gloſ. duobus modis. †Primo, vt exponatur dictio debet, id eſt. Poteſt. Secundo, vt determinetur dictio debet, ex vrbanitate. Sed cõtra hoc op. ꝙ ſol. iſta nõ procedat, nã hoc verbũ debet, importat neceſsitatẽ: vt l. prætor. in princ. ff. de edẽ. & l. j. ſ. ꝙ quiſq; iur. ff. de ver. ſig. l. debitor. Ad huius

b declarationẽ diſtingue, aut hoc verbum debet [b], ponitur affirmatiuè, aut negatiuè: vt non debet. Primo caſu, aut diſpoſitio reſpicit fauorem eius, ad quem refertur hoc verbum debet; & tunc exponitur, id eſt, poteſt: vt ff. de offic. procon. l. obſeruare. ſ. fi. de interro. act. l. qui interrogatur. Aut nõ reſpicit fauorem ipſius: & tunc ſi importat neceſsitatem, reſultat prauus intellectus, ſeu alterius legis contradictio; & tunc ponitur debet, pro poteſt. vel determinatur cum hac dictione ex vrbanitate: vt l. ſi quis ſeruum. ſ. ſi inter. ff. de lega. ij. & de iud. l. & poſt edictum. circa princi. Aut non reſultat prauus intellectus, ſeu contradictio l. & tũc ſtat propriè & neceſsitatem importat: vt d. l. prætor. de eden. & in cõcor. ibi allegatis. Secũdo caſu, quando ponitur negatiuè; & tunc importat neceſsitatem: vt l. non debet. ff. de dolo. & de regu. iur. l. non debet. Fallit vbi ſic intelligendo, reſultat iuris contrarietas: quia tunc determinatur, non debet, ſ. ex vrbanitate, vel honeſtate: vt ff. de offic. procon. l. ſolet. ſ. ſicut. Tertiò contra hoc oppo. ꝙ iſta expoſitio non tollit con

c trarium. Nam dictio poteſt [c], importat neceſsitatem, ſicut dictio debet; & ponitur poteſt pro debet: vt ſ. ſine cenſu, vel reli. aut. ſed & periculũ. Sol. Regula eſt ꝙ dictio poteſt, non importat neceſsitatem: vt l. ſæpe. de offi. præſi. & de iudi. l. non quicquid. Fallit in quibuſdã caſibus notatis in d. l. obſeruare. ſ. fin. Cùm ergo aſſumitur hæc dictio debet, pro poteſt: intelligitur ſecundũ ſuã propriam naturam, & regularem, vt neceſsitatem non importet: vt voluit hic ſentire gloſ. De ſignificatione tamen huius verbi poteſt, non dico: quia eſſet nimis longum: nec eſt de noſtra materia. Dixi vobis, anno. in dicta l. ſæpe. Oppo. quartò ad aliam exceptionem, prout exponitur hic: debet, ex

4 vrbanitate. †Contra, nam quod fit contra vrbanitatem, vel ciuilitatẽ, venit puniendum, vt ff. de leg. l. j. & ij. & hic non punitur, ſi fiat inciuiliter, & ſine iudice; ergo &c. Solu. Sicut in ſacra pagina quædam ſunt præcepta, in quibus contra faciens peccat mortaliter, vt in non dilectione proximi, & ſimi. Quędam ſunt conſilia, vt illud: vende omnia quæ habes, & da pauperibus: in illis contra faciens non tenetur. Ita in iure ciuili, ſi quis facit contra ciuilitatem, & vrbanitatem, quæ non ſint præcepta, ſed conſilia, non punitur, vt hic: quia illud de ingrediendo cum iudice, eſt conſilium, nõ præceptum. Sic ff. de ſolu. l. ſi ſtipulatus ſum. ſ. j. & de re. eo. l. ſi pupillorũ. ſ. ſi pupillus. ff. de rei ven. l. is qui. Si verò quis facit contra ciuilitatẽ, ſeu vrbanitatem, quæ ſunt præcepta: tunc punitur: vt d. l. j. & ij. de legibus. Tamen quandoq; punitur ordinariè, ſi pœna ordinaria eſt ſtatuta: quandoq; & extraordinariè. arg. l. at ſi quis. ſ. idem Labeo. ff. de relig. & l. fi. in fi. ff. quod me. cau. licet ibi gl. ſimpliciter alleg. Non eſt ergo verum dictum gloſ. quæ indefinite dicit quòd inciuiliter factum non punitur, & hoc ſuſtinent lect. glo. Dices ergo ꝙ hic ponitur debet, id eſt, põt, & hoc propter euitandam cõtrarietatẽ legũ. Sed ego oſtendo, ꝙ hæc l. poteſt legi propriè, prout iacet: & ſic dicta expoſitio non eſt neceſſaria, & non debet fieri. lego ergo eam alio modo, & ſic vos ſcitis, ꝙ eſt differentia inter eum, qui poſſidet, ſiue eſt in poſſeſsione, & eũ, qui intrat poſ. vt l. iij. ſ. fi. ff. de acqr. poſ. & ex qui. cau. in poſ. ea. l. cũ legati. & l. ij. in prin. pro hærede. Item aliud cõſequitur, qui intrat poſ. & aliud qui poſſidet, ſiue poſſeſsionem acquirit: vt l. is cui. in prin. & ſ. qui legatorũ. ff. vt in poſſeſ. leg. Hoc præmiſſo pone caſum ſic: Conuentũ eſt inter creditorẽ, & debitorẽ: vt liceat creditori ingredi poſ. authoritate ſua, nõ ſoluta pecunia creditor ingreſſus eſt: quæro nunquid incidat in

☞ edictũ diui Marci, & ingrediens poſ. committat vim. Reſpõ. ꝙ non facit vim. Secundò quęritur an ex vigore talis pacti poſſit poſſidere & poſſeſsionem ſibi acquirere. Reſpõ. ꝙ hoc non debeat fieri ſine iudicis authoritate: & hęc eſt vera ſi ponas pręceſsiſſe ſimplex pactum de ingrediendo: & plana eſt lectu. & ratio eius eſt, quia hoc non venit in pactum: quia fuit ſolum actum ingrediendo poſſeſsionem. Probatur hæc caſus poſitio expreſsè per l. ſi quis ante. ff. de acquiren. poſſeſ. & hoc nouum tenemenți. Lectu. tamen glo. in ſe poteſt eſſe vera, ſi ponamus conuentionem præceſsiſſe de vtroq; ſ. de ingrediendo. & poſ.

acqui.

acquí.hoc faciunt notarij hodie, qui dicũt in inſtrumento.quam poſ.ingrediendi, & accipiẽdi,& retinendi ſua authoritate &c. ꝙ bene aduertas,rogo te. Nunc venio ad materiam legis noſtrę,quã examinabo per quinq; quæſtiões principales. Primò quæro de perſonis debitorũ hoc promittentiũ. Secundò de forma ſeu modo conſtituendi tale ius ingrediendi. Tertiò de tempore, quãdo incipiat competere effectualiter tale ius. Quartò quæro,cõtra quas perſonas cõpetat. Quintò de officio iudicis,quando ad hoc aditur:de quo tangitur in fi.glo.noſtræ. Primò ergo quæro, †quid ſi tutor vel pupillus eius authoritate,dat hanc licentiã creditori:videtur quòd nõ valeat:quia pupillus poſſeſ.animo perdere non poteſt. vt l.pupillus.de acqui.re.do.& l.poſſeſ.de acquiren.poſſeſ. Hoc videtur magis expreſſum in l.magis puto.§. j.de reb.eor. Econtra videtur ꝙ valeat:quia poteſt transferre poſſeſsionẽ:vt l.ij.§.ſi à pupillo.ff. pro empto. Rñdeo,aut creditor vult vti pacto,tamẽ ad executionem iuris realis,ſ.ipſius pignoris: & tunc ſi pignoris conſtitutio valuit, valet iſtud pactum:vt ff.de reb.eo.l. ſi pupillorum.§.j. Aut non valuit:& tunc nõ valet pactum:vt j.titu.ij.l.curator. & l.cùm principalis.ff.de reg.iu. Aut creditor vult vti pacto ad executionem iuris perſonalis: & tunc aut fit pactum cum creditore, ꝙ liceat ingredi tãtum:& valet:quia conditio perſonę pupilli non eſt impedimento:vt l. apud Iuli.in princ.& §.ſequen.ex qui. cau. in poſ.ea Aut fit pactum ꝙ liceat ingredi, & poſſeſsionẽ adipiſci,& retineri: & tunc quantum ad res, quæ ſeruari non poſſunt, valet: quia res quæ ſeruari nõ poſſunt,per tutorem alienari valent:vt l.lex quæ tutores.ſ.de admini.tuto. ſed quantum ad alias res,non valet ſine iudicis decreto:ſua volũtate non poteſt poſſeſsionem in aliũ tranſferre: vt d.l.pupillus. & l. magis puto. §.j. de reb.eor.Nec obſt.l.ij.§. ſi à pupillo. quia ibi debet intelligi quòd poſ. erat penes emptorem. Vel loquitur in re mobili,cuius alienatio ſecundum
6 illa tempora non erat prohibita. †Quod
a modò dico in pupillo[a] idem dico in omnibus perſonis, & in omni caſu, in quo translatio poſſeſsionis eſſet prohibita, vel
7 ratione perſonæ,vel ratione rei. †Quæro,quid in rebus eccleſiæ, an creditor poterit ingredi vigore talis conuentionis. Innocen.not.quòd non: extra de foro competen.c.verum.& ibi per eũ:not.quòd non licet ingredi ſine authoritate iudicis eccleſiaſtici. Nam cùm ſemel dominium rei translatum ſit in eccleſiam,ſanctum ſanctorum eſt Domino: & in eam committitur ſacrilegium.argumen.xij.quæſtio.ij.nulli liceat.&c.j. Sed
b Hoſtien.dicit contra hoc[b] per c.cum dilecti.de dolo.in quo reſidet Ioan.Andr.in d.c.verum.& hoc credo,ſi valida conuentio præceſsit:vt ſuprà de epiſcop.& cleri.l.ſi quis curialis.& facit: quia executio iuridica excuſat à ſacrilegio: vt l.quanquã. in princip.de aqua plu.arc. Ad quod facit quod not.per Dyn. in d.l.ſi pupillorum. §.j. vbi dicitur quod creditor poteſt vendere res eccleſiæ:non ſeruatis ſolennitatibus,quæ aliàs requi-
8 runtur. †Prædicta vera, niſi res eſſent conſecratæ vel ſimilia: vt in c.ſemel Deo dedicatum.de re.iur.lib.vj.Secundò princi-
c paliter[c] quæro circa modũ conſtituẽdi †an talis poteſtas cõſti-
9 tuendi concipi poſsit in vltima voluntate. Breuiter dico quòd ſic in contractu:ergo in teſtamẽto:vt l.ſeruum filij.§. eũ qui.ff. de leg.j.& maximè cum ex vltima voluntate, trãsfertur dominium recta via:vt l.à Titio.ff.de fur.& hæc opi.probatur.ff.de pig.act.l.nõ eſt mirũ.& de ali.& ci.le.l.Lucius. & eſt caſus expreſſus.ff.de leg.ij.l.Titia cũ teſtamẽto.§.j. ſecundũ tertiã lect.

10 Iuxta prædicta † quæro,an in aliis contractibus quã in pigno re,valeat talis conuentio? Breuiter dico ꝙ ſic:vt l.Titius.ff.de ſer.expor.& ſ.ſi ſeruus extero.l.j.& ij.& ii manci.fu.ita alie.l.j. Et ſic illud pactum eſt vtile,tã in pignore,vt hic,quã in aliis cõtractibus:aliàs occupans poſſeſ.ſua authoritate eſſet prædo.vt ff.de acquirẽ.poſ.l.ſi ex ſtipulatione.& ſ.de acquir.poſ.nec ex
11 vera. Itẽ quæro,† qd ſi in inſtrumẽto[d] pignoris apponatur qđ
d conſtituit ſe creditoris vel emptoris noĩe poſsidere,velut eius cõductor,ſeu precario nomine ipſius,& adiciat.hanc l.ꝙ licet ingredi & adipiſci poſſ.ſua authoritate: aut alia pacta: an valeant,& quid operentur? Rñ.Primo caſu,qñ conſtituit ſe alieno nomine poſsidere velut cõductor, trãtulit in aliũ omnem poſ.quæ erat apud cõſtituentẽ:vt l.ꝙ meo.& l.re pignoris.ff. de acqui.poſ.& l.ſi pignus.de pig.act.& l.quædã mulier.ff.de rei vendi.& iſto caſu illa adiectio,quòd liceat mihi ingredi & adipiſci poſſeſsionẽ, modicũ operetur,cũ iam poſ.habeam,ſed poſſet operari talis adiectio.ſi cõtingeret ꝙ talis cõſtituẽs interuerteret poſ.creditori,quia tunc fortè illud pactũ remanet ꝙ liceat ingredi,& adipiſci ſua authoritate:vt l.j.in iij.q.prin
12 cipali dicã.† Secundo caſu,quando cõſtituit ſe precario noĩe poſsidere:& tũc etiã valet talis cõuentio.l.ꝙ meo.ff.de acqui. poſ.& operatur hoc ꝙ ciuilis poſ.videatur transferri in creditorẽ,ſeu aliũ cõtrahentem:naturalis autẽ remanet penes illum qui conſtituit ſe precario nomine poſsidere. & hoc in dubio vbi aliud non eſt actum:vt l.habeat.§.j.ff.de preca.ibi nota.& hoc tenebat Iac.Butr.in terminis noſtris:& tunc illa adiectio, ꝙ liceat ingredi,operatur ſuum effectũ per illã naturalẽ. Vlte
13 rius iuxta prædicta quæro† vtrũ illa cõuentio poſsit vltra extendi,vt non ſolum liceat creditori ingredi, & adipiſci, & re-
e tinere poſſeſsio.ſed etiã liceat ſibi in ſolutum accipere[e]. Breuiter iſta materia expeditur j.de pact.pign.l.j.per glo.& doct. ideo ſic diſtingue:quia aut tale pactum apponitur inter debitorem,& eum qui factus eſt creditor,& pro debitore fidẽ ſuã adſtrinxit:aut cum alio creditore. Primo caſu valet:vt ff.de contrahen.emp.l.ſi.in princi.Secundo caſu,aut auditur,vt habeat in ſolutum pro debito,aut qđ habeat emptum pro iuſto pretio.Primo caſu,aut pactum ab initio apponitur,& non valet ſecundũ Pet.vt l.j.j.de pact.pigno.& l.quãuis.in prin.aliàs Callipodus.ff.de ſolu. Aut ex poſt facto,& ab interuallo:& valet:vt l.Titius.ff.de pig.act.& j.eo.l.cũ dominã. Sicut enim poteſt dare inſolutum purè:ita ſub conditione; quia ceſſat ratio quæ eſſet tempore contractus,vt no.per Cy.in d.l.j. Si vero ſit pactum ꝙ habeat in ſolutum:aut ꝙ ſit empta iuſto pretio,valet:vt l.ſi fundus.§.fi.ff.eodem not.in d.l.j.de pact.pign. Quod autem ſit iuſtum pretium,intelligitur arbitrio boni vi-
f ri,hoc eſt iudicis[f]:vt l.cõtinuus.§.cũ ita.ff.de verbo.obliga.& expreſſum in caſu iſto.j.de iure do.impe.l.fi.in fi.quod eſt mirabile,aliàs rei pretium quod cõmittitur tertij,nõ valet: vt l.ſi merces.in prin.ff.loc:hic verò valet fauore creditoris ꝙ eſt notandum.& hoc explico j.in v.quæſtio. Iuxta prædicta,apponunt quidam creditores propter præmiſſa tale pactũ:Tu obligas mihi bona tua:& vt eligant vnam rem, faciunt eam æſtimari per iudicem, quod eſt valde vtile:& eſt pulchra cautela. Et aduerte:quia non confertur in poteſtate ipſius pretium,ſed res vt not.l.in vendentis.ſupra,de contrahen.emp.& l.in perſonam.§.generaliter.ff.de regulis iuris. Tertiò principaliter
14 † quæro,de tempore,ſcilicet quãdo incipit effectualiter com-
g petere tale ius[g] intrãdi,& retinendi propria authoritate,quia iſta lex loquitur quando debitum eſt liquidum tempore contractus ex partium conuentione:ponc quod nõ fuit liquidum ex partium conuentione: vt ecce, promiſiſti mihi non venire contra aliquã promiſsionem ſub pœna mille, pro quibus obligaſti mihi omnia bona tua: & adiecta clauſula iſtius legis; nunc ego reperio te veniſſe contra: an potero ingredi poſſeſsionem;an debeo petere quod poſt hoc liquidetur à iudice? Et videtur quod nõ requiratur iudicis liquidatio: vt lege prima. & ſecũda,de ſer.expor. Ecõtra quod ſic;vt l.j.ſ.ſi man.ita fue, alie. Reſpondeo ſic. Quandoque liquidatur debitum tempore contractus;vt loquitur lex noſtra. Quandoque debitum tẽpore cõtractus non liquidatur;ſed in notorium deducitur per ipſum exercitium, ita quòd intentio actoris eſt fundata, niſi per aduerſarium probetur aliud;vt quando capio in ipſo loco

a ¶ In pup.Imo.in d.l. §.ſi à pupillo. tenet ſecus gl.ibi: ſecunda ſolutione, & melius.
b ¶ Hoſti.dicit contra hoc.not.in c. verũ tenuit contrarium. & cõmuniter ſequũtur ibi docto.facit l.ſi qs curialis. & quod ibi no.Bal.C.de epiſc.& cler.& Bal.in l. nemi nem.ſ. de ſacroſanct. eccle.Cũ Bar. tranſit domi.Anto. & Imo. in c.verum.
c ¶ Secundò principaliter.Adde Bald.in l. 5 legis. qui bon.cedere poſ.
d ¶ In inſtrumẽto.Vide Bart.in l. interdũ. ff de acqui.poſ. & vide Bal.in l. quiſquis. vide doc. & Bar.ibi.
e ¶ In ſolutum accipere.Et vide Bart. in l. Titius.j. alle. de pig. act.& latius in l.quãuis.alias,Callipodi?. de ſol.& ꝙ no.Bald. in l.legis.qui bo. ced. poſ. & quid in dote vide Bald.in l.ij. ſi in cau.iudi.pigno.
f ¶ Iudicis. Et vide Bart.in l.ff.j.de pact. pig.& j.in fi.huius l. & in l. quãuis. alias. Callipodius. de ſolu. de practica j.vide & not. ꝙ licet pretium poſsit cõmitti in arbitrium tamen fallit in caſu l. ſi fundus.§. ff.eo.allega.hic. & adde Bal. poſt in l.in ementis.de contrahẽ. emptio.& Bald.in l. ſi fundus.§.fi.
g ¶ Cõpetere tale ius. Et an requiratur liquidatio, vide Bart. in l.j.ff.ſi ſer.vend.& in l.ij.in verſi. quæro vtrum dominus. de iure emphyt.& adde Bal.in l. per diuerſas. ſ.manda in x.q.

in quo prohibitum eſt morari: & tunc non requiritur liquidatio iudicis: vt l.j. ſi mãci. ita fue. alien. Ita intelligo iſtud ꝙ non erãt notoriũ ancillã proſtitutã: aliàs poſsit abducere ſine iudicis authoritate: vt ff. de cõtrahen. empt. l. ſi quis ſub hac. Si enim non præceſsit aliqua liquidatio iudicis vel partis, non video qualiter poſsit ſuſtineri iſta lex. Facit ſ. de execu. rei iudi. l. j. ff. de re iudi. l. ſi cũ nulla. Hoc etiã videmus in cõpenſatione, ſi quis ſua authoritate cõpenſat qđ ſibi debeť, cũ eo, quod ipſe debet tamẽ hoc non habet locũ, niſi in debito liquido; vt l. ſi. §. de cõpen. & ſic hæreditatis aditio non poteſt fieri, ſi dubiteť de viribus teſtamẽti; vt ff. de acqui. hære. l. ſed & ſi de ſua. & l. cũ falſum. eo. titu. †Sed qualiter liquidabitur hic? Rñdeo, parte citata ſolenniter, libello dato, & lite conteſta. vt ff. de mino. l. in cauſæ. & l. iudices. ſ. de iud. & aut. offeratur. ſ. de lit. cõteſt. Sed an †poſsit adhiberi remediũ ꝙ poſsit ingredi poſ. negotio nõ liquidato. Rñd. ſic, vt dicat expreſsè in conuentione, & liceat ingredi poſ. & eam retinere ante declarationẽ ſeu liqdationẽ pro dicta quantitate, ſeu ꝑ alia, qua apparebit ipſum debitorẽ debere ex cauſa prędicta: & ſecũdũ hoc poterit ante liquidationẽ ingredi. Sed an talis ingreſſus habeat effectum, qui apparebit ex ſentẽtia iudicis poſtea ſequẽti. arg. pro hoc. j. de pact, pig. l. ij. Et pro hoc facit; quia omnia prædicta, quæ in pignore apponuntur, valent, niſi reperiantur pro hibita: vt j. de iur. do. impe. l. ti. §. j. †Itẽ quęro, quãdo debitũ eſt liquidatum, an poſsit quis ingredi non præcedente mora ſuper obligatione principali. Videtur ꝙ non, ſed requiriť ꝙ mora præcedat; aliàs hypotheca vel mora non haberet effectum: vt l. debitores. j. eo. & ibi not. In cõtrarium no. ff. e. l. quæſitũ. in prin. Reſpõdeo. Aut ſubeſt cauſa, quia fortè dubitat debitorem receſsurum: & poteſt ingredi ante morã: vt d. l. quęſitũ. Aut nõ ſubeſt cauſa, & nõ põt, niſi præcedente mora; vt d. l. debitores. j. eo. & ff. quib. mod. pign. vel hypo. ſol. l. ſoluitur. §. j. & not. in d. l. quæſitũ. & ideo vt hoc impedimentum tollatur, debet apponi in cõtractu ex nunc, id eſt ipſo die celebrati cõtractus dedit licentiam. Quartò principaliter quæro, contra quas perſonas quæritur iſtud ius. & primo videamus †vtrum poſsit exerceri[a] cõtra ipſum debitorẽ reſiſtentem. Azo ꝙ nõ. Io. contra, per multas leges hic alleg. quæ bene faciũt. Iac. butr. tenet opi. Azo. nã quis nõ poteſt ingredi poſſeſsionẽ quã colonus poſsidet; vt l. colonus. & l. cũ fundũ. ff. de vi & vi arma. Sed hoc eſt in colono, qui nullo modo poſſidet; ergo multò magis in debitore, qui poſsidet omnimodo. Præterea, aut dices ꝙ pactum dedit ius perſonale, & nõ eſt verum: quia nõ naſcitur actio ex pacto. Aut dices ꝙ reale, & malè: quia non conſtituitur ius in re; ſed ius intrandi in rem propter licẽtiam & voluntatẽ debitoris; quia voluntate ceſſante, ceſſat licẽtia: arg. l. interdum. §. fi. de acqui. poſ. & ſic nõ obſtat l. in cõmo. §. ſicut. ff. cõmo. & l. ſicut. ſ. de act. & obli. quia iſtud eſt verum, quãdo aduerſario eſt ius quæſitum; ſed hic nullum erat ius quæſitum, nec reale, nec perſonale, vt dictum eſt. Non obſt. leges allegatæ per gl. quia in eis erat ius quæſitũ in re: vel dubitabatur de voluntate debitoris. Iſta ſunt verba ſua, quæ mihi non placent: nam tale pactum incontinenti appoſitum veſtitur cohærentia contractus: vt ſ. de pactis. l. legem. & in l. bonæ fidei. Ponamus enim te ſtipulatum eſſe, vt fit hodie communiter in omnibus inſtrumentis emptionis: & per hoc ero obligatus ad patiẽtiam, ad patiendũ te re vti, vel rem ingredi. Si igitur contrauenio, teneor ad intereſſe vel ad pœnam: vt l. quoties. §. fi. & l. pe. de ſerui. l. corruptionẽ. ſ. de vſufr. & quod ibi no. & ſic patet ꝙ eſt cõtracta obligatio perſonalis. Præterea, licet tale pactum non cõſtituat ius in re: tamẽ eſt executiuũ iuris realis: & in pacto executiuo quis obligatus nõ poteſt cõtrauenire, ſicut nec in ipſa obligatione; vt l. aliud. ff. de ſol. Prętereà nõ poteſt dici ꝙ in legibus allegatis in gl. duret volũtas debitoris: vt l. de acceſsio. in fi. ff. de diuer. & temp. præſcr. cum illud ius vẽdẽdi, ſit quoddã executiuũ: & ſic nõ obſt. l. colonus. & l. cũ fundũ, quia cũ ante colonus interuertit poſ. dñs nõ poteſt ex interuallo poſtea ſua authoritate auferre; licet habeat ius ad recuperandũ poſſeſsionẽ non tamẽ habet ius executiuũ illius iuris, nec authoritate legis, nec conuentione preambula; & ideo oportet ꝙ agat; ſed in caſu noſtro creditor habet ius pe tendi: & habet ius executiuum iuris. Tene ergo ꝙ talis licẽtia non tollatur per reuocationẽ, per d. l. aliud. ff. de ſol. & per alle
29 † Septimò quæro, pone ꝙ ad vnū ex correis quenit tota quātitas, vtrū alius possit petere ꝙ ille pri⁹ excutiatur. Rñ. si quidem hoc fuerit actum ab initio cū creditore, vt ad vnū tantùm perueniat pecunia, & alius esset fideiussor, veruntamē obligauit se principaliter, vt corre⁹: & tunc sine dubio posset hoc petere per tex. in auth. de fideiuss. §. j. j. ti. aut præsente. Si verò non fuit actum cum creditore, sed tantùm inter eos: tunc videtur prima facie quod factum eorum non præiudicet creditori: vt in authen. eo. §. si verò minus idonei. ibi nullum sustinebit dānum finaliter tamen dico, quod si alter correus ostendit hoc, scilicet hanc totam pecuniam ad alium peruenisse, seu negotia ad alium totaliter pertinere, & petit aliū discuti ipsius periculo, quod actor cogitur hoc facere: vt lege vnde quærit in prin. ff. cōm. vbi est casus: prout est in litera cōueniri. Pro hoc facit, ꝙ tutor, qui gerit, prius conuenitur, quā nō gerens: quia ad eū negotiū principaliter spectat. Sed cōtra prędicta facit: quia qñ vnus tenet alio excusso, nō sunt duo correi: vt l. decem. de verb. obli. Sed id verū est, si ipsa obligatio in illā cōditionem differatur, hic verò obligatio est pura, sed executio est dilata. Item facit ff. de cur. bo. dā. l. j. in fi. Sed dico quod illa l. debet intelligi

secund

secundum istam, nisi alius, ad quem principaliter non spectet, petat per eum conueniri suo periculo: arg.d.l.vnde quæritur.
30 ff.commo. †Octauò quæro, dixi q̃ ad hoc vt beneficium diuisionis locum habeat, requiritur q̃ omnes sint præsentes: qualiter debeat intelligi, & qualiter debet constare de præsentia & absentia. Aduertatis: vt ego iam dixi suprà, istud beneficium diuisiõis est introductũ ad exemplum illius beneficij, q̃ datur per aut.de fideiuss. Sed gl.in auth.de fideiuss.§.j. intelligit præsentes, scilicet si sint in eodẽ territorio, ita q̃ facilè possint citari. Et aduerte q̃ gl.intelligit de eodẽ territorio, s.eiusdẽ ciuitatis: secus si essent eiusdẽ prouinciæ: vt sub eodem præside diuersarum ciuitatum: vt ibi patet. Et q̃ tenent doc.etiam tex.ibi videtur exprimere, acerbũ est creditori mittere alicubi &c. Sed eo casu, quo sunt eiusdẽ territorij, puto q̃ ad hoc q̃ contra vnũ tantùm procedi possit, debeat præcedere solennis excussio de persona, sicut dictum est de rebus, vt citetur: & si nõ venit, mittatur familia ad capiendum & conducendum eum: & si retulit eum ipsum nõ posse habere, tunc procedatur contra vnum
31 tantũ. Ita videtur colligi ex auth.eo.§.pe. †Nonò quæro, vtrũ vni correo sit dandum tempus contradicendi instantiæ, sicut fideiussori. Glo.tenet hic q̃ non: vt j.tit.j.auth.præsente. & in
32 auth.eo.§.si minus idonei. †Decimò quæro, quid si aliquis ex correis est soluendo, & præsens, sed non potest conueniri. Rñ. quando q̃ non potest conueniri propter defectum prohibitionis in persona ipsius: vt quia minor nõ habens tutorem, vel curatorẽ: & opus esset ire alio loco, vel debeat dari cũ inquisitione, & sic cũ magno labore, habebitur pro absente.argu.eius q̃ not.in auth.de fideiuss.in §.j.in glo.quæ incipit, quid si pignus. & quia sicut imminet periculum extra territoriũ pro petendo debito, ita pro petendo tutore: vt C.qui pet.tut.l.cùm à matribus. Quando q̃ nõ potest cõueniri propter defectũ iuris, q̃ est penes actorẽ: vt quia alter correus tenetur naturaliter tantùm: vel est restitutus, vel impetrauit rescriptũ Principis, q̃ nõ posset conueniri vel similia: & sic non est ius agendi, nec etiã speratur: tunc si quidẽ alius correus hoc ab initio sciuit, vel scire debuit, cessat beneficium diuisionis, per l.si Titius.in princi.ff. de fideiuss. Sic intelligatur l.si ex duobus.§.j.ff. eo. Si verò nec sciuit, nec scire debuit: tũc videtur Cy.tenere hic, q̃ habeat beneficium diuisionis, per d.l.si Titius.ij.respon. Contrarium credo: quia illud beneficium factum est ad exemplum beneficij, q̃ datur fideiussoribus: quia pro parte, pro qua videtur pro alio fideiubere. Primò debet alter cõueniri, vt dictum est: sed fideiussori illud beneficium ordinis nõ cõpeteret: siue ponas principalem tantũ teneri naturaliter: vt ff.de fideiuss.l. Marcellus: vbi hoc expressè per Dy. siue principaliter sit restitutus in integrum: vt l.j. & ij.C.de fideiuss.mino. & ff.de procu.l.minor. si ue q̃ impetrauerit rescriptum: vt ff.q̃ quisq̃ iur.l.iij.§. si is pro quo. Non obstat.l.si Titius. quia aliud in beneficio diuisionis, quod competit fideiussori, vt ibi no. quia potest habere regressum contra principalem: & ideo est minus periculum. in casu nostro secus, arg.eius quod not.in d.l.ij.ŝ.de fideiuss.mino. Sed si poneres in casu l.si Titius. principalẽ solum naturaliter teneri, tunc inuestiga rationẽ: & prædicta sunt vera, nisi facto creditoris hoc acciderit: tũc enim secus esset: quia actor correo præiudicare non posset: vt ff.de admi.tut.l.si pupillus. & de solu.l. Stichum.§.pen. Quando q̃ non potest conueniri de præsenti, sed spes est q̃ possit conueniri de futuro: vt quia alter ex correis promisit in diẽ, vel sub cõditione, alter purè: isto casu, etiã de iure antiquo ille, qui promittit purè, potest statim insolidũ conueniri: vt insti.eo.§.fi.& ff.eo.l.ex duobus.la j. Quod videtur tenere gl.ff.de fideiuss.l.si plures.in prin. Sed glo.in authẽ. ista format quæstionem, & non soluit. Dy.in d.l.ex duobus.in prin.dicit, q̃ hodie nõ potest conueniri insolidum, propter beneficium diuisionis.arg.l.plures.in prin.ff.de fideiuss. q̃ Cy.videtur sequi: & fortè contrarium est veritas: nã, vt ego dixi, tũc beneficium huius auth.habet locum cùm videntur inuicem fideiubere: sed ille, qui promisit purè, non potest videri fideiubere pro eo, qui promisit in diem, vel sub conditione: vt l. Græcè.
33 §.illud.ff.de fideiuss. † Vndecimò quæro, an huic beneficio possit renunciari. Glo. & doc.dicunt q̃ sic: quia licitum est vnicuique renunciare iuri suo, per regulam generalem, quilibet licitum est &c. Ita not.insti.eo.§.fi.& in aut.eo.§.j. Et aduerte tamen: quia notarij dicunt in instrumentis, quòd renunciauit beneficio nouarum constitutionum de fideiussoribus, & de pluribus reis debendi. Et bene dicunt. Non enim est solum beneficium diuisionis: sed etiam illud, scilicet vt fiat summariè causæ examinatio, vt dictum est suprà, Illud autem, quod apponitur de fideiussoribus, fit ad cautelam per illam opinionẽ, an vi-
34 deantur fideiubere. †Duodecimò quæro, an vnus ex correis conuentus possit petere ab agente caueri correum credendi rẽ ratam habere? Gl.tenet q̃ non.ff.sol.mat.l.ij.in fi.glo. magnæ, quod tractant doc.in hac aut.aduerte tamẽ solicitè, q̃ licet cautio de rato, nõ possit peti: tenetur tamen cauere defendẽdo debitorẽ, si conuenitur ab alio correo credendi, vt l.fideicõmissa. §.plerunq̃.in fi.ff.de leg.iij.quod est notandũ. Tertiò principaliter est quærendum, an factũ vnius correi prosit, vel noceat alteri correo debẽdi, vel credẽdi. Et hic aduertẽdũ est circa multa. Primo circa solutionẽ. Secũdo de acceptilatione. Tertio de petitione. Quarto de sentẽtia. Quinto de iuramẽto. Sexto de pacto. Septimo de nouatione. Octauo de cessiõe. Nono de cõfessione. Decimo de successiõe insolidũ. Vndecimo de mora. Duodecimo de culpa. Tertiodecimo de rescisione. De quolibet istorum est videndũ, tam ex parte reorũ debẽdi, quàm credendi. In primis ergo quæro, †an solutio facta vni ex correis
35 credẽdi tollat alteri actionẽ? Et dic, si solutio est facta vni integre, tollitur actio alteri, vt l.ij.& iij.in fi.ff.eo.de pact.l. si vnus. in prin.de noua.l.si rem.§.si duo. cum similibus. & hoc si solutio est facta sibi, vel eius legitimo procuratori. Si verò negotiorum gestori, dic vt l.si quis offerenti.in fi.ff.de solu. Si verò pars tantùm fuerit soluta, tunc posset dubitari: nã sicut litis cõtestatio præiudicat alteri correo in totum, vt j.dicam: ita etiam perceptio.arg.l.iij.de noua. Tamen cõtrariũ est veritas, quod si apparet pro parte vni soluta, alia pars potest alteri solui: vt qui hominem.§.j.ff.de solu. Ergo apparet quod alteri nõ erat perempta actio.argu.ff.de verbo.oblig.l.si duo rei. Et illud argumentum, quod partis perceptio æquiparatur litis contestationi, nõ est verum in materia nostra: vt probatur in l. cum decem.in prin.ff.de solu.coniuncta l. si quis stipulatus fuerit de-
36 cem in melle.eo.tit. Sed videamus †de reis debẽdi, & hoc certum est q̃ solutio facta ab vno, de tota quantitate, liberat aliũ
37 correum, vt d.l.ij.& iij.eo.ti. Sed an solutione partis †facta ab alio videatur facta diuisio, ita quod quilibet à domino debeat conueniri viriliter iure exceptionis pacti. Dic, aut erant duo rei tales, qui non habebant beneficium diuisionis, & tunc recipiẽdo solutionem partis ab vno, videtur diuidere: ita quòd per alios iure exceptionis pacti debes viriliter cõueniri, vt l.si creditores.ŝ.de pact. Fallit fauore legati, vt de leg.j.l.si ex toto.§. j.in fi.§. Aut sunt tales personæ, quæ habent beneficium diuisionis: & tunc aut vnus exprimit q̃ soluit pro parte sua specialiter: & tunc ipse solus liberatur, pro eo quod soluit, ipso iure pro residuo, ope exceptionis, vt ff.de solu.l.in his.§.j.& l.quoties vnus. & ibi de hoc per Iac.de Aret.in sol.l.ex iudicatum.ŝ. iudic.sol.sed cæteri remanent insolidum obligati. Aut soluit simpliciter, non exprimendo pro parte sua, & tunc recipiendo partis solutionem de rigore iuris non videor diuidere: & sic in residuum possum quemlibet insolidum conuenire: sed de æquitate iuris, ille solus potest opponere exceptionem beneficij diuisionis, & sic illa solutio primo facta sibi proficiat, vt l. inter eos.§.j.ff. de fideiussorib. licet enim ibi loquatur in fideiussore: tamẽ idem ius & eadem ratio est hodie in duobus reis habentibus beneficium diuisionis. Ratio est: nam vbi non habent beneficium diuisionis, creditor nõ tenebitur recipere partem: vt l.planè.ff.famil.erciscun.& l.tutor.§.Lucius.ff.de vsuris. Vnde si recipit partem, videtur creditor ex liberalitate facere. sic inducitur pacti exceptio: sed in eo, qui recipit ab vno eorum qui habent beneficium diuisionis, hoc dici non potest: quia facit ex necessitate: cùm in necessitate nemo liberalis existat: &c, vt in l.fideicommis.§.si rem.ff.de leg.iij.& de adimen. lega.l.rem legatam. Et hoc tenebat Oldr. Quod autem ex necessitate tenebatur recipere. habes tex.& glos.in l.in his.§.j ff. de sol.& l.ex iudicatum.ff.iudic.sol. Sed posses dicere, quis est effectus huius, cùm etiam primo casu de æquitate sibi proficiat? Respon. quando ipso iure per partem receptam fit diuisio tunc si alij efficiuntur postea non soluendo, non præiudi-

cat primo soluẽti:vt l.inter eos.§.cũ inter.de fideiuſ. Sed quando per receptionem partis non fit diuiſio ipſo iure:tunc illa æquitas ita demũ habet locũ,ſi in illo tẽpore,quo conueniuntur cæteri,ſint ſoluendo:vt d.l.inter.§.j.ff.de fideiuſſo. præiudicat ergo ſoluenti, ſi poſt ſolutionem alij efficiantur non ſoluẽdo.

38 Iuxta prædicta quæro,†verum eſt quòd vnus creditor recipiẽdo partem ab vno ex correis debendi, præiudicat ſibijpſi: ſed an alteri correo credendi præiudicet. Dico quòd ex tali partis receptione inducitur pacti exceptio: nam ſicut idem eſt in eodem caſu, quo pactum vnius præiudicat alteri correo credendi:ita eo caſu præiudicat talis partis receptio.

39 †Secundò quæro,vtrum acceptilatio facta ab vno correorum credendi,alteri præiudicet:& facta vni ex reis debendi alteri proſit. Gloſſ.videtur diſtinguere an ſint ſocij, vel nõ, per l.& per iuſiurãdum.§.fi.de accept.& de noua.l.ſi rem.§.ſi duo.in gloſ. ſuper verbo, ferè.& ff.eo.l.ij. Alia gloſſ. videtur indiſtinctè dicere, ꝙ vnius acceptilatio alteri noceat:vt ff.de pact.l.ſi vnus.circa fi.j.gloſſ. magnæ.& de ſolu.l.qui hominẽ.§.fi.& ibi gloſ.& hæc eſt ipſa veritas. Nam ꝙ acceptilatio facta vni correorum debẽdi, proſit alteri,etiã ſi nõ ſit ſocius,hoc exprimitur de libe. leg.l.iij.§. nunc de effectu.Facit de accep.l.ſi ex pluribus.& ibi etiam videtur expreſſum. Item dico ꝙ liberatio facta ab vno correorũ credendi,noceat alteri,etiam non ſocio eadem ratione, quę eſt in reis debendi:cùm in hoc æquiparentur.vt l.ij.ff.eod. quia l. & per iuſiurandũ.§.fi.de accep.generaliter loquitur.& quia l. ſi rẽ.§.ſi duo. de noua æquiparat poteſtatẽ vnius rei credendi, circa litis conteſtationẽ,& acceptilationem:ſed per litis conteſtationẽ vnius præiudicatur alteri, etiam nõ ſocio, vt expreſsè habes l.fideicommiſſa.§.plerũq;.ff. de leg.iij. Et ideo dico ego, ꝙ quantum ad hoc idẽ eſt acceptilatio, & ſolutio, per d.l.ſi ex pluribus.de accep. Et prædicta ſunt vera,qñ nouatio interponitur ſuper obligatione iuris ciuilis.Si verò iuris gentium: dicam in vij.q.Si verò acceptilatio facta eſt vni pro parte ſua tãtùm:certè alij pro illa parte non prodeſt, neq; nocet, vt ſ.dictũ eſt de ſolutione.& videtur caſus in l. ſi ex duobus.iudic. ſoluí.

40 Item quæro †ſi acceptilatio eſt facta vni inſolidum,hoc acto, ꝙ tantùm ſibi & non alij proſit:an hoc pactũ ad aliũ impediat porrigi effectũ ſuũ? Gloſ.tenet ꝙ ſic,in l.& per iuſiurandũ.§. ſi legatorũ.ff.de accep.Ad quod facit ff.de libe.leg.l. ſi quis reũ. Præterea,idem videmus in ſolutione: nã ſi vnus hoc acto ſoluit,ꝙ pro parte ſua tantũ ſoluit:alter nõ liberatur:vt l. Modeſtinus.ff.de ſol.& hoc tenet Dy. Circa hoc tamẽ eſſet plenius, clarius,&vtilius videndum:quia paſſus ſubtilis eſt,ſi bene in-

41 ſpiciatur. †Tertiò quæro, de petitione: vt ſi quid petatur ab vno reorũ credẽdi, vtrũ hoc alijs proſit. Et ſi quidẽ fuit petitio ſimpliciter facta,ita ꝙ ad litis cõteſtationem non eſt peruentũ: facta ab vno poſſet alijs prodeſſe quo ad interruptionem præſcriptionis:vt j.eo.l.fin. Si verò eſt proceſſum ad litis conteſtationẽ: & tunc ſi quidẽ eſt facta conteſtatio ſuper toto debito: lex videtur velle ꝙ ille, qui conteſtatur litẽ, totum debitũ ſibi præoccupet,ita ꝙ alij ſolui non poteſt: vt l.ex duobus. la ij. ff. eod. Sed ad intellectum illius legis ibi in gloſſ. dubitatur, nec per docto.declaratur:nam ſecundũ Azo. ibi loquitur quando non erant ſocij: ſecus ſi eſſent ſocij. quæ opinio eſt mirabilis, reſpectu aliarum gloſſa. quòd plus præiudicet illi, qui non eſt ſocius, quàm illi, qui eſt ſocius. quod videtur contra omnes alias gloſſ. allegatas: & ſ.tetigi,& j.dicam. Alij dicunt, quòd ibi vnus ſolus egit, & ſuccubuit: & licet iſtud ſit verum in ſe: tamen quantum ad illam legem diuinare eſt. Dico ergo ſimpliciter reſpondendum quod per ſolam conteſtationẽ factam ab vno correorum credendi,ille ſibi totum debitum præoccupauit,ſiue ſint ſocij,ſiue non:vt ff.de leg.iij.l.fideicommiſſa.in §.plerunq;.in fi.vbi expreſſum eſt.Si verò alter ex reis credendi, partem tantùm petierit, litem conteſtando, pro ſua parte tantùm ſibi præoccupat:vt ff.eod.l.iij.in fin.& quod ſuprà dictum eſt in acceptilationibus, & ſolutionibus. Ex parte verò reorum debendi,ſi ab vno petatur,vtrum proſit creditori quo ad conſtituendum alios in mora, infrà dicam. Sed an alijs reis debendi proſit, vt de toto debito petitione facta ab vno alter reus debendi ſit liberatus: text.in l.ſecunda.ff.eodem videtur dicere quòd ſic,& ff.de euictio.l.ſi per imprudentiam.in §.fin. ſed tex.j.tit.j.l.fi.dicit contrarium. Glo. dat plures ſolutiones. vna eſt:aut quis petit in iudicio:aut extra.Iſta ſol.not.in d.l.ij. ff.eo.quæ ſolutio eſt contra l.fin.j.titulo.j. Alij dicunt in l.ij.ff. eo.petijt animo nouãdi.quod non placet:qa cũ petitur ab vno ex correis debẽdi,agitur cõtra eum ex ſua propria obligatione:ſed nouatio,quæ fit lite conteſtata,fit cùm vnus litem conteſtatur contra alium,ex obligatione, quam alterius nomine ſuſcepit:vt ff.de noua lege delegare. Alia ſolutio eſt,& illa cõtinet veritatem, quod petitione facta ab vno & exactione alter liberatur,vt d.l.ij.ſecus in petitione tantum facta vt j.ti.j.l. fin.Facit ff.de his qui deie.vel effu.l.perceptione.& depoſi.l.j. §.ſi apud duos.Si verò apud vnum ex reis debendi pars tantũ petitur,an per partis petitionẽ videatur eſſe facta diuiſio? Gl. in l.creditores.ſ.de pac.videtur dicere ꝙ ſic: vt l.ſi per imprudentiam.§.fi. Veritas eſt,ꝙ aut vnũ conuenio pro parte:& nõ videor diuidere,vt l.ſi ex toto.§.j.de leg.j.et j.titu.j.l.reos.Aut omnes pro parte conuenio:& videor diuidere,vt j.titu.j.liberum.Intelligo autem de petitione,quæ fit lite conteſtata vt patet in d.l.liberum.Sed quid ſi vnus reorũ credẽdi egit & reus fuit cõtumax,propter quod miſſus eſt in poſſeſsionem ex primo decreto:an videatur ex hoc ſibi debitũ præoccupaſſe,cùm

42 hic non interuenit litis conteſtatio. Cogitetis. Item quid †ſi poſt litis conteſtationem ab vno inſtantia cauſę perijt triẽnio: an remanebit actio communis vtriq; reorum credendi? quod videtur:quia perempta inſtantia perit litis conteſtatio,& eius omnis effectus:vt l.cum lite mota.ff.iud.ſol.Facit optimè glo. in l.ij.de fruc.& lit.expen.in gl.Contrariũ credo,nam notum eſt quod inſtantia perẽpta perimitur litis cõteſtatio, & omnis eius effectus non perfectus,ſed perficiendus in futurũ.ſ.ſecuta ſententia,effectus autem iam cõſummatus & perfectus, vt interruptio præſcriptionis, vel vitiũ rei litigioſæ iſta durant vt determinatur ſ.de iud.in l.properãdum.in §.ſi quidem in gloſ. quæ incipit.i.vt nõ teneatur.Nec ob.gl.ſ.de fruc.& lit.expen. quia illa non dicit verum, ſed hic effectus acquiſitus per litis cõteſtationem eſt iam perfectus,ergo &c. Sed an per litis conteſtationem factam coram arbitro,vnus ex reis debendi inſolidum ſibi totũ debitũ præoccupet? Dic ꝙ nõ,vt l.ſi duo.ff.de arbi.Nã ibi ſententia lata contra vnũ,non impedit aliũ agere, qui ſocius non eſt,ſed litem ſibi præoccupando alter omnino repelleret.Et hoc ꝓcedit de iure antiquo:hodie ſecus in arbitro ſine pœna electo:vt l.cũ antea.§.pe.ſ.de arb. Quartò quæ-

43 ro,† quid de ſententia,& an primò ſententia lata pro vno ex reis debendi alijs proficiat? Tu dic,aut ſententia lata eſt ſuper facto,quaſi non ſit debitum,vel quaſi nõ fuerit cõtractum.aut ſuper iure:vt in perſona vnius,qui non potuit obligari,aut dubitatur.Primo caſu indiſtincte ſentẽtia lata ꝓ vno,alteri prodeſt:ſiue ſint ſocij,ſiue nõ.Et hoc argu.legũ dicẽtiũ ꝙ ſnia lata pro fideiuſſore ꝓdeſt reo principali,licet fideiuſſor nõ interſit vt l.duobus.§.à fideiuſſore.ff.de iureiurã.& de fideiuſ.l.amiſſi.§.fin.Secũdo caſu,aut quaſi perſona ipſo iure non teneatur, & non prodeſt alteri:quia nõ ſunt duo rei,arg.l.ſi ex duobus. in prin.ff.eo.Aut quaſi teneatur:tamen eſt tutus aliqua exceptione,vel teneat ſaltẽ naturaliter:vel non ꝓbauit creditor:& tũc aut ſunt ſocij,& abſolutoria lata pro vno prodeſt alij.Aut non ſunt ſocij:& tunc non prodeſt:vt ff.rem ra.habe.l.j. Facit ff.de arbi.l.ſi duo.Et ſic debet intelligi qđ no.Iac.de are.in l.ij. ff.eo.vbi iſta tetigit.Aut dubitatur:& tunc in dubio videt lata abſolutoria;quia actor nõ probauit:& rectè inſpiciẽdo colligitur exemplum in l.Iulianus.in princip.ff.de conditi.inde. & l.procurator ad exhib.ff.rem ratam habe.de exceptio.rei iudica.l.& an eandem.in §.j.alias.l.ſequẽ.licet aliud in iureiurã-

44 do:vt dicam.j.in proxima quæſtio.†Secundò eſt videndum, vtrum ſententia condemnatoria lata contra vnum ex correis debendi,alteri prẽiudicet? Et dico indiſtincte quod nõ;vt colligitur in l.fi.j.tit.j.vbi ſententia lata contra vnum,nõ mandat executioni contra aliũ,ſed contra eũ remanet integra actio:& ſic opus eſt nouo proceſſu:& ſic abſolutoria aliqñ prodeſt:condẽnatoria nunquã nocet.Similiter habes ſ.ſi ſer.ven.l.loci cor-

45 pus,§.ſi fundus.& l.ſi de cõi.eo.tit.† Tertiò eſt videndũ de reis credendi:& hic indiſtincte dico,ꝙ lata ſententia pro vno ſiue contra vnũ,indiſtincte nocet alijs;cùm per litis cõteſtationem præoccupauerit debitũ ille agens,ſiue ſit ſocius,ſiue non,vt l. fideicõmiſſa.§.plerunq;.ff.de le.iij.l.ex duobus.ff.eo.ergo &c.

Dice

Dices tu:istud est contra casum l.si duo.ff.de arbit.vbi sententia lata contra vnum de reis credendi,nocet alij ita demũ, si socius est:sed ibi dico in sententia arbitri illud est, ex qua nulla oritur actio:vt C.de arbi.l.j.& litis contestatio facta coram arbitro non habet illum effectum,de quo dixi ſ.proxi.q.sed solum ius,scilicet quod oritur ex cõpromisso:de quo dicã.j.in vj.

46 q.†Quintò ex ordine quæro, de iureiurando. & hic videtur quodam modo idem dicendũ,quod in sententia; nã primò videndum est de iuramẽto delato vni ex correis debendi,qui iurauit se non teneri,an alteri prosit? Et dic aut fuit iuratũ super facto, quasi non sit debitum: & indistinctè alteri prodest, siue sint socij, siue non arg.d.l.duobus.& ibi not.in §.à fideiussore. aliàs j.ff.de iureiu. Aut super iure quasi persona iurãtis non teneatur:& tunc iuramentũ alteri prodest,si sint socij:aliàs secus vt d.l.duobus.§.ex duobus. Aut dubitatur,vtrum sit delatum super iure,vel super facto:& tunc in dubio videtur delatũ merè super facto,& non super iure:vt l.fin.de iureiu.& hoc tenet gl.in l.duobus.§.j.de iureiur.& ff.qua.re.act.non da.l.j.§.si fideiussor. Et si dicas,quare secus in sententia,vbi non videtur iudicatum super facto: vt ſ.proxi.q.dictum est? Respon.quia iuramentum habet vim solutionis:quod secus est in sententia.

47 Et hoc videtur de intentione glo.ſ.alle.†Secundò est videndum, quid si vnus ex correis debendi actori detulit iusiurandum,an correo noceat? Dico ꝙ nõ, vt dixi ſ.in sentẽtia:vt l.iij. §.pe.ff.de iureiu.l.nã postea.cũ l.seq.eo.ti.Illud est verũ, quantum ad actionẽ,quæ oritur ex iureiurãdo:sed quãtũ ad præscriptionẽ interrũpendã,alteri correo nocebit:vt j.e.l.fi.coniuncta

48 l.nam posteà.§.si is qui tẽporali.ff.de iureiu.†Tertiò est videndum de iureiurãdo delato ab vno ex correis credẽdi,vtrũ alteri noceat? Et dico ꝙ nocet alteri indistinctè, siue sint socij, siue non:nã cũ iuramẽtum habeat vim solutionis,aliàs litis cõtestationis,vt d.§.si is qui tpali.& per litis contestationẽ alteri præiudicatur:vt dictũ est in l.fideicõmissa.§.plerunque.de lega.iij. ergo &c.sic loquitur l.duobus.in prin.ff.de iureiu.& glo.hoc sentit in l.si vnus.in princ.ff.de pact.& sic gl.in d.l.de duobus.

49 quę distinguit,siue sint socij,siue non:loquitur malè. † Sextò principaliter quæro de pacto,an pactum factum vni ex correis debendi,prosit alijs correis. Et cõis doct.opi.est,ꝙ pactũ vnius prosit alteri,si socij sunt: aliàs secꝰ. Ita no.in d.l.idẽ in duobus. ff.de pac.vbi tex.contrarius videt in leg.eandẽ.in §.j.ff.e.& ff. de arbi.l.si duo.de li.leg.l.iij.§.nunc de effectu. Sed certè text. in d.l.eandẽ.§.j.videt requirere duo,ſ.ꝙ sint socij,& cõis culpa interueniat. Idẽ gl.in d.§.nunc de effectu.videt sentire idẽ, qñ non sunt socij. Vñ ꝑ declarãdo isto passu,primo oportet videre qualiter intelligãtur iura,quæ dicũt,si sunt socij,vel non: de qua societate hic intelligatur. De hoc sunt multæ glo. Vna est ff.ad Velle.l.vir vxori.§.fi.in glo.mag.quæ dicit ꝙ licet cõiter cõtrahant,& in cões vsus accipiãt: nõ tñ dicũtur socij. Alia gl. ibi sequẽs dicit,ꝙ ita demũ sunt socij,si hoc actũ est:aliàs,secus. Alia gl.est in l.si duo.ff.si qs cau.quę dicit,siue sint socij omniũ bonorũ siue eiusdẽ obligatiõis. Certè inquãtũ d.gl.dicũt de socijs omniũ bonorũ,bene loquuntur:sed inquantum dicunt de societate eiusdẽ litis,vel eiusdẽ obligatiõis,etiã bñ dicũt:sed debes intelligere hoc acto,ꝙ oẽ cõmodũ & incõmodũ ꝓueniens ex illa lite,vel obligatiõe sit cõe:& tũc sunt socij:vt ff.ꝙ soc.l.si vnus ex socijs.in prin.Ita tenet Ia.de Are.in l.eãdẽ.§.j.ff.e.& l. si duo rei.Hoc præmisso dico,ꝙ pactũ factũ vni ex reis prodest alteri,si & inquantũ continet interesse eius,cui pactũ factũ est secundum regulam positã ff.de pac.l.& hæredi.§.fi.& hoc siue sint socij,siue nõ. Declaro primò in non socijs:factũ est vni pactum de non petendo,si alter cõuẽtus est,& exactus ab eo ipse habet regressum contra eum,cui pactũ est factũ in totum:quia forte tota pecunia ad eũ peruenit,vt in partẽ:si pars tantũ pecuniæ peruenit ad eũ eatenus,sibi pactum proderit:quia eatenus interest eius,cui pactũ est. Et hoc tenet gl.in d.l.iij.§.nunc de effectu.de lib.leg. Sed si sint socij:tunc idem,si alter conuentus non esset habiturus regressum cõtra illum cui pactũ factũ est: vtputa,si ex propria culpa cõuenitur:tũc pactũ factũ vni, non prodest alteri:secus si esset habiturus regressum per actionem pro socio:vtputa,quia ex cõi culpa cõuenit. Et hoc est qđ dicit in d.l.eãdẽ.§.j.ff.e.si socij sunt:& cõis culpa interceſſerit.quasi dicat,secus si ex propria culpa cõueniat. Ad vnũ tñ aduerte, ꝙ eo casu,quo socius cõtra socium est habiturus regressum:tũc pactum factũ vni,prodest insolidũ alteri in solutione:& hoc differt à nõ socijs. Ad cuius intellectũ pone exẽplũ:Sũt duo socij in viginti:facio vni pactũ:certè nõ potero aliũ cõuenire in decem:quia si ille ipsa decem solueret,quinque repeteret à socio, cui factũ est pactũ. Eodẽ modo si vnũ tantùm denariũ repeterẽ, illius partẽ repeteret ab eo,cui est factũ pactum:& ideo qa non põt taliter cõueniri,qn inquietet ille,cui factũ est pactum ideo pactũ sibi prodest insolidũ:& hoc vult dicere,si bñ aduertatur. ff.de arbi.l.si duo.in prin.,put legitur in duobus reis debẽdi.facit ff.si quis cau.l.si duo.in prin.& quod ibi no. Sed cõtra prædicta opp.de l.si ex duobus.in prin.ff.de neg.gest.quæ cõtradicit in duobus. Primò quod denũciatio vnius ex socijs nõ prodest alteri:hic secus in pacto. Sed certè licet ibi sint socij:tamen non erant correi:qa quilibet pro parte sua tenebat:ideo vnius denunciatio impedit pro parte tantũ actionẽ correi:sed hic loquitur,cũ essent insolidũ obligati,vt rei,& socij:tunc pactũ factum vni simpliciter solidã obligationẽ respicit, cũ insolidũ teneatur:ideo alij prodest,cũ pacisc̃tis interest, vt dictũ est. Sed si poneres pactũ esse factum vni,pro parte sua tm̃:tũc fateor ꝙ alijs nõ proficeret:quia esset eadẽ ratio quæ est in d.l.si ex duobus. Secundò opp.etiã ad illud quod dixi ꝙ si aliquis pro parte dimidia cõuenitur,habet recursum contra alium,cui pactũ factum est sic:quia hoc vr̃ contra d.l.si ex duobus.& qđ ibi no.in vlt.gl. Sed certè gl.in illa l.dicit ꝙ illa lex non põt habere locũ in socijs omnium bonorũ:& ideo inquantũ hic loquitur in socijs omniũ bonorũ,illa lex non obst.sed inquantũ loquitur in socijs eiusdẽ obligatiõis,illa lex cõtradicit. Sed fortè illa gl.nõ bene loquitur:quia ille tex,dicit,ꝙ ille,qui ꝓhibuit,nõ debuit dãnũ pati ex persona alterius:nõ autẽ dicit,ꝙ ex persona alterius lucretur. Sed si alius cõicaret sibi lucrum veniẽs ex gestione,& illud qđ soluit gestori non recuperet,iam hic lucraretur. Sed posito ꝙ illa gl.verũ dicat:Rñdeo, ꝙ legis prohibitio habet vim solutionis pro parte prohibentis tantũ:hic verò pactũ vim solutionis nõ habet.vt no.in l.si vnus.in §.sed si generali. ff.de pac. Ratio:qnia cũ nil pro sua parte videatur soluisse ille, cui factum est pactũ,alter cõuentus ab altero repeteret. Habemus ergo ex prædictis,ꝙ quandoq; sunt socij,& non correi:& ita loquitur l.si ex duobus,Quandoq; sunt correi,& non socij, & ita loquitur gl.l.iij.§.nunc de effectu.ff.de lib.lega.vt ſ.dixi. Quandoq; sunt duo socij,& correi:& tũc aut pactũ factum est vni pro parte sua tantũ:& alius põt pro parte sua cõueniri: ar.d.l.si ex duobus. Aut fit simpliciter:& tũc dic vt ſ.dixi. Sed

50 quæro quæ † est ratio diuersitatis inter pactũ, & acceptilationem. Rñsio patet qa acceptilatio habet vim solutionis. Itẽ quæ est rõ:quare distinguitur aliter in snĩa,& iuramẽto,& aliter in pacto. Dico ꝙ ratio est:quia snĩa & iuramentũ declarant debitum nõ subesse:secus in pacto. Itẽ iuramẽtũ habet vim solutionis,vt dixi. Vidimus an pactum factũ reo debendi, prosit alteri.

51 †Sed quæro,an factũ ab vno noceat alteri. Dico ꝙ quantum ad interrumpendam præscriptionem alteri nocet:vt j.eo.l.fin. quo ad alia non reperio ꝙ debeat nocere.ergo &c.vt l.si vnus.

52 §.ante omnia.ff.de pact.Supereſt vt†videamus de reis credendi,an pactum vnius prosit,vel noceat alteri? Et hic est aduertendum:quia quædam sunt pacta,quæ totaliter obligationem perimunt pristinam,vt acceptilatio:& de hoc dictũ est. Quædam sunt pacta,quæ totaliter pristinã obligationẽ non tollũt, vt pactũ de non petẽdo. Itẽ pactum de cõstituta pecu.l.itẽ illa. in §.fi.de cõsti.pec. Quædã sunt pacta,quæ licet obligationẽ totaliter perimãt: tñ reliquiæ remanẽt:vt nouatio.nã noua obligatio loco primæ cõstituit:& ista duo genera pactorũ quantum ad ꝓpositũ videnť esse eiusdẽ naturę:& vr̃ qđ vnius pactũ alteri nõ noceat:vt ff.de pac.& l.si vnus.in prin. In cõtrariũ vr̃ ꝙ noceat,vt ff.de consti.pec.leg.idẽ est.& de noua.l.si rem.§.si duo. Gl.in d.l.si vnus.ponit aliquas solutiones.quæ continent meram diuinationẽ:sed in d.§.si duo.ponit alias solutiões, inter quas ponit hanc,Aut sunt socij;& pactũ vnius, & nouatio nocet alteri. Ita loquitur §.si duo. Aut nõ sunt socij:& tũc non nocet. Ita loquitur lex,si vnius.& hoc tenet. Dy. Certè ista solutio est directè contra casum legis,vnus in prin.vbi expressè loquitur in socijs. Sed gl.nititur rñdere:sed nõ potest euadere sine magna violentia. Vnde Gul.de Cu.dicit totũ cõtrarium,

Aut ſunt ſocij:& pactũ,& nouatio vnius alteri non nocet.Idẽ in nouatione:vt d.l.ſi vnus.Aut nõ ſunt ſocij:& pactũ, & nouatio vnius alteri nocet:vt d.§.ſi duo.Ratio huius eſt,qñ ſunt ſocij,debitũ eſt cõmune.vnde vnus nõ põt paciſci in præiudiciũ alterius.Sed qñ non ſunt ſocij,debitũ eſt cuiuſq; proprium. & vnuſquiſq; põt facere quicquid ipſe vult,neq; in aliquo alteri tenet.Pro hoc eſt tex.ff.ad l.Fal.l.in lege Falcidia hoc eſſe ſeruandũ.tenet etiã hoc Iaco.de Bel.in aut.de duo.re.in corpore.Et iſtã opi.puto verã.Do.glo.quæ hoc diſtinguit, & allegat,& dicit hãc fuiſſe opi.Azo.ff.eo.l. ex duobus. licet ipſe aliter dicat.Dico ergo aliter ſic,& latius,Aut ſunt duo rei credendi,ex cauſa oneroſa,quia vendiderũt,vel mutuauerũt, vel alio ſimili modo:aut ſunt correi ex cauſa merè lucratiua:vt puta,ex cauſa legati,vel donationis.Primo caſu,pactũ vnius non nocet alteri:quia debitũ non eſt vniuſcuiuſq; pprium,ſed magis cõmune,ſi pecunia ab vtroq; cõiter præceſſerit. Caſus eſt in d.l.ſi vnus.in prin.ff.de pact.prout glo.intelligit in ſocieta te nõ conuentionali:vt not.in d.§.ſi duo. Fateor tñ ſi pecunia ab vno tantũ profecta eſſet,q; pactum vnius alteri noceret: qa verè debitum eſt vniuſcuiuſq; proprium: vt ff.ad Maced.l.ſed Iulianus.§.nõ ſolùm.& §.ſeq.Secũdo caſu dic: Aut ſunt ſocij, aut nõ,vt ſ.dixi:& ſecundũ iſtã diſtinctionẽ debet intelligi.ff. ad Velleia.l.quamuis.in §.quanq;.& quod ibi not.in glo. Sed hoc videt contra l.ſi duo.de arbit.ſed ſtatim apparebit ſolutio. Eſt & aliud genus pactorũ,per qđ primo obligatio nullo modo perimitur, ſed perſonæ paciſcentiũ obligant ad pœnã,ſi qs peteret:nã ſi arbiter vetuit non petere,ius primũ inconcuſſum remanet ſine alicuius exceptionis obſtaculo:vt l.j.ſ.de arbitr. ſed petens incidit in pœnã,iſto caſu,ſi vnus ex reis credẽdi promiſit,& vetitũ eſt petere:altero petente incidit in pœnam,ſi ſoci ſunt:vt d.l.ſi duo.aliàs ſecus.Dicetis vos quę eſt ratio q; hic factum vnius,qui eſt ſocius,magis præiudicet,q; ſi nõ eſt ſoci⁹: cùm ſuprà proximè dixerim cõtrariũ in pacto? Rñd.ille qui cõ promiſit,nõ fuerat in culpa:geſsit enim negotia communia ea diligentia,qua gerebat ſua:vt l. ſocius.ff.pro ſocio. Vnde ſi alter ſocius peteret quicquid exigeret,deberet paciſcenti cõmunicare:& ſic ſi petit nomine eius,videtur petere ad eius vtilitatem:meritò in pœnã incidit.Et hoc dicit text.in d.l.ſi duo. ſed in pacto pot culpa paciſcẽtis imputari,cũ debitorem liberauit: ideo alius ſocius pot pro parte ſua agere: nec repellitur pacti exceptione:quia illud qđ exigit,nõ deberet cõicare paciſcenti ſocio,ppter ei⁹ culpã:& ſic nõ videt agi noie paciſcẽtis. Sed ſi deberet cõicare paciſcẽti:dico q; obſtat pacti exceptio, per d. l.ſi duo.ſi qs cau.& l.ſi duo.in prin.ff.eo.& ibi eſt caſus: & iſta
53 ſunt ſubtilia,& de mente iuris ꝓcedunt. †Septimò quæro de nouatione:& primò de reis debendi:& tunc dic,Aut vnus paciſcit animo nouãdi,& liberãdi aliũ:tũc non eſt dubiũ q; alteri prodeſt:qa hoc poſſet qlibet extraneus:vt l.ſi Stichũ.§.ſi. ff.de noua.de ſol.l.ſi debitor tuus.Aut vnus paciſcitur animo nouãdi obligationẽ.qua ipſe tm̃ tenetur,hoc expreſſo,q; ad aliũ nõ porrigat:& tũc alius nõ liberat:qa idẽ cõtingit in ſolutione:vt ff.manda.l.Papinianus.& ff.de ſo.l.Modeſtinus.& ibi no.per Dy.Item in acceptilatiõe idẽ cõtingit,vt dictũ eſt.Aut ſimpliciter animo nouãdi paciſcit:& tũc dico q; vterq; liberatur: vt ff.ad Velleia.l.ſi pro vno.& no.eo.titu.l.quãuis.in §. quãq;.in pluribus reis credendi,an ſi vnus ſtipulat animo nouandi:quã
54 tunc alteri noceat.ſ.dictum eſt.†Sed vnũ circa hoc põt dubitari,quare acceptilatio vni ꝓdeſt indiſtinctè,& non alteri, ſed in nouatione diſtinguit,cũ nouatio habeat vim ſolutionis: vt d.l.ſi rem de nouatio.Cogita p̃ te.Sed pone,q; duo erãt rei credendi ex cõtractu iuriſgentiũ,vnus liberauit reũ ſtipulationẽ & ſubſequentẽ acceptilationẽ:an alteri reo præiudicet? Et dico q; ſtipulatio noua nõ preiudicat,ſm ea quæ dicta ſunt.Item acceptilatio in eo q; per nouationẽ nõ perimitur valet iure pacti,nõ iure acceptilationis:vt ff.de acceptil.l. ſi acceptolatum. Sed pactũ non præiudicat ſimpliciter,vt dictũ eſt,&c. Eſt ergo in qõne,an hoc pactũ,qđ ex acceptilatione reſultat, habeat eandẽ vim,quã habet acceptilatio in præiudiciũ rei? Et videt q; ſic,in l.& p̃ iuſiurandum.in §.& ſi fideiuſſori.ff.de acceptilatio.Contrarium dico per d.l.ſi accepto.&.ff.de pac.l.ſi vnus.§. pen.Nec obſtat.§.& ſi fideiuſſori. qa ibi fideiuſſor tenebatur verbis:qa aliter teneri non põt ideo in eius pſonã tenuit acceptilatio.Nã meritò porrigitur ad reũ,licet reus non teneat:ſed hic pro illa parte,quæ remanet nouata,in nullius pſona valuit
55 ipſo iure acceptilatio.†Sed qđ de nouatione,quæ fit per acceptilationem? Reſpõdeo,ſiue vnus ex reis credẽdi delegauerit, ſiue vnus ex reis credẽdi fuerit delegatus: dico idẽ per omnia, quod eſt in vera acceptilatione & ſolutione: vt d.l.ſi rem.§.ſi duo.ver.alioquin.de nouatio.ſoluit enim,qui delegat:vt ff.ad Velleia.l.quãuis.§.interdũ.ff.mẽd.l.inter cauſas.§.abeſſe.Item per hãc delegationẽ liberatur quis à creditore ſuo totaliter:ſicut ille q ſoluit,& cui accepto fertur:nec põt vti exceptiõe contra eum,cui delegatur:vt d.l.doli mali exceptio.ff.de noua.ſed de nouatione quãdo paciſcitur eidẽ,cui primò tenebatur,hoc non cõtingit.Facit ff.de noua.l.aliã.& l.qui id quod.in prin.et
56 §.ſi.ff.de dona.†Octauò quæro de ceſsione.Circa quod dicas: Aut ceſsio fit reo debẽdi,cõtra quẽ fit eo conſentiente:& tunc idẽ qđ in delegatione dictũ eſt:vt d.l.ſi rem.§.ſi.ibi:nuptu.ipſa ſecundũ vnũ intellectũ. Aut eo non cõſentiente,& tunc aut fit ſuo correo,& ipſe correus,cui ceditur,ipſa ceſsione eſt liberatus.Caſus eſt ſingularis ff.de leg.ij.l.qui duos.& de lib.leg.l.ſi is qui duos.Aut fit ceſsio extraneo:& tunc quæſtio eſt hic duplex cõſiderãda.Prima ex parte reorũ credẽdi: vt ſi vnus cedit actionẽ ſine alio,ceſsionarius eſt loco cedentis: & ſic inter eos erit locus iuri præoccupationis,ſolutionis recipiẽdæ,ſicut primò.l.quod ipſis.& l.hæredem.ff.de reg.iur.& l.minor.in fi.de procu.Secũdò ex parte reorum debendi:vt ſi contra vnum fiat ceſsio,alter non liberatur,ſicut nec petitione facta ab vno nec procuratore cõſtituto:vt j.ti.j.l.ſi.tamen ſi cedẽs exiret ab eo, contra quẽ facta nõ eſt ceſsio,ſe onerat,qa alius iam liberatur:
57 vt l.qui duos.de leg.ij.†Nonò quæro de confeſsione,an vnius confeſsio proſit alijs, vel noceat? Et circa reos debendi dic, q; vnius confeſsio poteſt alteri nocere quo ad interrũpendã præſcriptionem:vt j.e.l.ſi.Prodeſſe autem nõ poteſt: & ſic nec petitio,nec ſentẽtia cõdẽnatoria:vt ſ.dictũ eſt.Circa reos credendi dic:Aut vnus ex correis credẽdi exegit confeſsionem à reo debendi:vel ipſe reo confeſsionẽ facit ad ipſius liberationem. Primo caſu,ſi qđ in iudicio alteri nocet:cũ enim cõfeſsio habeat vim ſentẽtiæ:vt ſ.de confeſ.l.j.appropriat ſibi totũ debitum multò magis quã p̃ litis conteſtationẽ.Si verò extra iudicium:tũc alteri correo nihil præiudicat:cũ talis cõfeſsio ſolam probationẽ inducat:vt l.Publia.in fi.ff.depoſi.prodeſt tamen ad præſcriptionẽ interrumpendã:vt j.eo.l.ſi.Secũdo caſu dico q; talis confeſsio habet vim pacti de non petendo: vt l.tale pactum.in prin.ff.de pact.& ff.de ſolu.l.ſi ex pluribus.in prin.&
58 ideo ea,quæ dixi in pacto:eodẽ modo nũc dico.†Decimò quæro,de ſucceſsione.Et hic eſt aduertendũ,an vnus ex reis debẽdi ſuccedat alteri reo debendi:vel vnus ex reis credendi alteri reo credẽdi:& tũc neutra obligatio extinguitur:ſed in vtriuſque perſona vtraq; obligatio durat:vt l.ſi reus.ff.eo.& de fideiuſſo.l.generaliter.& l.ſi reus.ff.de ſolu.l.ſi duo rei.Aut creditor,qui ſoluendo erat ſolus ſuccedit vni ex reis debendi: & ſic eſt caſus in l.Vranius.ff.de fideiuſ.Ex qua colligitur talis diſtinctio,Aut illi rei ex cauſa oneroſa debendi erant ſocij:& ab alio cui non eſt ſucceſſum,poteſt ſolum pro parte peti: vt ibi patet.Aut non erãt ſocij: & tunc ab alio correo poteſt creditor petere debitum ſolidum:vt ibidem in tex.patet.Aut quæritur de æquitate inſpecto obſtaculo exceptionis: & tunc aut fuerunt conſtituti duo rei ex cauſa oneroſa: quia fuit eis mutuatum,aut ex cauſa lucratiua:quia ex mera liberalitate promiſerunt vt duo rei.Primo caſu dic aut ad correum, cui creditor ſucceſsit,peruenit pecunia mutuata in totũ,vel in partem: & eatenus creditor agens exceptione repellitur per has rationes.Primò,quia ex parte non poteſt cedere actionem contra ſeipſum:ergo &c.vt l.Stichum.§.penulti.ff.de ſolu.& not.per gloſſ.in dicta l.Vranius.de fideiuſ.Secundò, quia ſi exegiſſet, teneretur illi exacto pro parte illa,vt hac l.j.& ibi no,& ibi dicam.vnde dolo facit, qui petit,&c.Si verò ad alium reum, cui ſucceſsit,nil peruenit:tunc in nulla parte obeſt exceptio: cùm cauſa dandæ exceptionis non ſubſit. Secundo caſu, quando ex mera cauſa lucratiua, idem: quia in nulla parte exceptione repellitur:cùm nulla cauſa dandę exceptionis ſubſit:vt l.in lege Falcidia hoc eſſe ſeruandum.ff.ad legem Falci. Idem puto ſi vnus ex pluribus reis debendi ſuccedat illi creditori: quia

ſolus

solus erat. Nam in modo petendi ab altero idem iuris est quod suprà dixi: Aut vnus reus debendi, qui solus erat, successit vni correorum credendi: & tunc idem ꝙ alter correus potest ab eo partem petere, si sunt socij: vel si non sunt socij, petet partẽ quæ ab eo profecta est: vel si ex mera liberalitate fuerunt constituti duo rei credendi, alter potest totum petere. arg. eorum, quæ suprà dicta sunt. & ff. solu. ma. l. si socer. in prin. Item si vnus reorum credendi successit vni reo debendi, qui socij erant, eadem ratione. Aut vnus ex pluribus reis credẽdi successit vni ex pluribus reis debendi, vel econtra: & tunc quid iuris sit, habes ex prædictis. Sed circa hoc posset dubitari: nam successio pro solutione est: vt l. Stichum. §. aliquando. ff. de sol. & l. si debitori creditor. ff. de fideiu. sed per solutionem vnius: vterque liberatur, vt dictum est: ergo &c. Sol. patet ex prædictis, quæ dixi in l. si quis pro emptore. in vlt. q. ff. de vsu. & tangitur per gl. in d.
59 l. si socer. sol, ma. & in d. l. vrānius. de fideiuſ. † Vndecimò quæro de mora, an vnius mora alteri noceat vel prosit? Et primò videamus de reis debẽdi: & circa hoc est magna disceptatio in gl. Nam in l. mora. in §. fi. ff. de vsur. dicit ꝙ non noceat. Sed gl. j. eo. l. fi. & ff. e. l. pe. videtur dicere contra. & in qualibet earum gl. variant. Vnde dicit, aut quæris vtrum noceat quo ad impediendum cursum præscriptionis contra creditorẽ: & nocet, sicut si vtrique esset facta interpellatio: vt j. e. l. fi. Aut quæris vtrum noceat quo ad hoc, vt quilibet teneatur de interitu vel ad vsuras: & tunc aut sunt socij, & nocet: vt ff. eo. l. pe. aliàs non nocet: vt l. mora. §. fi. de vsur. Ita tenet glo. in l. in condemnatione. §. vnicuique. de reg. iu. Idem tenet Dy. in c. mora in fi. de reg. iu. libr. vj. Ratio est: quia sicut pactum vnius alteri
60 prodest: ita mora vnius alteri nocet. † Sed iuxta p̃dicta quæro, quid si creditor fuit in mora recipiendi ab vno ex reis debẽdi, qui obtulit pecuniam petitam, quæ posteà perempta est: an alteri hoc prosit? Credo quòd sic indistinctè: quia quolibet alio extraneo offerente prodesset: vt j. de ca. & postli. reuer. & l. cùm postliminij. & ff. de solu. l. qui decem. §. si cùm mihi Stichum. ibi: quemadmodum. Facit quod not. j. de solu. l. obsigna.
61 † Est etiam videndum circa reos credendi, an vnius mora alteri noceat. Dico quòd sic indistinctè: cùm enim quilibet posset solutionem recipere: vt l. si vnus. in prin. ff. de pact. l. si rem. §. si duo. ff. de manu. & mora eius, qui potuit solutionem recipere: nocet ei, ad quem res pertinet: posito quòd ille nullum ius haberet in re, sed sit nudus minister: vt l. si per te. ſ. de vsu. ff. de ac. & obli. l. traiectitiæ. in princi. glo. multò magis in casu nostro.
62 † Sed nunquid mora vnius alteri prosit, id est nunquid factum vnius correorum credendi constituens debitorẽ in mora, prosit alij vel non? Respon. quòd sic. Sed quid si mora esset facta vni ex correis credendi, vtrum alteri prosit? Et tenet quòd sic, quantum ad interruptionem præscriptionis: vt j. eo. l. fi. Credo quòd quo ad perpetuandam actionem, correus teneatur de interitu: quia idem esset in quolibet extraneo interpellante: vt ff. de vsur. l. si quis solutioni. & quod no. ff. de ver. ob. l. si seruũ.
63 §. nunc videamus. † Item iuxta prædicta quæro: pone creditor primò fuit in mora vno ex duobus reis offerente. Secundò creditor interpellauit alium reum, qui non obtulit. an per hoc videatur purgata mora creditoris? Quo ad primum, dico ꝙ non:
64 vt l. mora. ij. respon. ff. de ver. ob. † Duodecimò quæro de culpa, an culpa vnius alteri noceat. Circa qđ dicas ꝙ aut duo rei constituuntur in contractu, in quo obligatio committitur ratione culpæ ad interesse: & tunc vnius culpa alteri nocet: sicut vnus ex facto alterius tenetur: vt ſ. loca. l. si diuisa. & l. eũdem. §. fi. e. Aut constituuntur duo rei ad aliquam speciem ad quam statim committitur obligatio, sed ratione culpæ perpetuatur: quia de interruptione tenetur: & tũc idem quod dixi suprà in mora: vt l. pe. ff. e. & ibi est casus secundum vnam lect. Et prędicta sunt vera, vbi culpa esset commissa in his, de quibus suprà
65 specialiter dictum est: quia tunc dic vt suprà dixi. † Tertiodecimò quæro de rescisione, vtrũ rescisio facta in persona vnius rei, alteri noceat, vt puta, duo rei erant liberati: ista liberatio rescinditur in persona vnius: an alij noceat? Dic, aut liberatio rescinditur in persona illius, cui facta est principaliter: & alteri nocet: vt ff. ad Vell. l. si pro vno. & ff. de his quæ in fraud. credi. l. fi. in prin. Idem si ab initio in eius persona ipso iure non valuit: vt l. si sponsus. §. j. ff. de donat. inter virum & vxorem. Et prædicta puto vera, nisi iste actus, per quem liberatio contingit, dolo creditoris intercesserit: ar. l. si Titius. ff. de fidei. de solu. l. qui res. circa princi. Si verò rescisio contigerit in persona eius, ad quem liberatio porrigitur, per quandam consequentiam: tunc alteri non nocet: vt d. l. si sponsus. §. j. & de li. leg. l. si
66 is qui duos. & quod ibi nota. † Quartodecimò quæro, & vltimò generaliter de qualibet exceptione, vtrum exceptio competens vni ex reis debendi, porrigatur ad alium. De exceptionibus loquor, de quibus ſ. non est dictũ specialiter. Et dic, aut exceptio est merè personalis: & tũc ad alium non porrigatur, sicut nec ad fideiussores porrigitur: vt ff. de exce. l. exceptio. cũ simi. Aut sunt aliæ exceptiones, quæ ad fideiussores porriguntur: & tunc aut fuit color quæsitus, quia in veritate fideiussor erat: & non erat correus: & ad eum non porrigitur: vt l. si mulier. §. pe. ff. ad Velle. Aut non fuit color quæsitus: & tunc aut erant socij: & vnius exceptio porrigitur ad aliũ: vt l. si duo rei. ff. e. Aut non erant socij: tũc si quidem obligauerunt se ex causa onerosa: quia mutuò acceperunt: & tunc eatenus competit exceptio alteri, quatenus ad eum, cui sine dubio exceptio competit, peruenit de pecunia: vt d. l. sed Iulianus. §. item si duos. ff. ad Mace. Si verò obligarunt se ex mera liberalitate: tunc exceptio vni competens non prodest alteri, si non sunt socij: vt d. l. si duo. ff. eo. l. si ex duobus. §. j. Quartò principaliter est videndum, qualiter vni contra alium succurrat: & primò circa duos
67 reos debendi. Ad † quod inuestigandum est, an videantur inuicem fideiubere. Ista quæstio tangitur hic, & ff. eo. in multis locis. & in l. vir vxori. in fin. ff. ad Velleia. & de fideiuſ. l. Vrannius. Et fuit magna controuersia olim, & hodie. Mar. Sil. tenet quòd videntur inuicem fideiubere. Ioan. contra, scilicet quòd non videntur, nisi sint socij. Azo distinguit vt no. plenè in d. l. vir vxori. & ibi gloſſ. tenet opi. Azo. in authen. eo. in princip. sed gloſſ. tenet opinionem Ioan. Sed contra omnes oppo. fideiussor non obligatur nisi verbis: vt infrà tit. j. l. blanditus. ff. de verbor. obliga. l. v. §. satisacceptio. & mand. l. si hæreditatem. §. fin. Sed duo possunt rei constitui sine verbis: vt infrà eodem. l. propter. ff. eod. l. eandem. ergo non videntur fideiubere inuicem. Dyn. tenet opin. Azo. & ad istam rationem respondet, quòd illa ratio concludit in fideiussore expresso: secus in tacito. Pe. & Iaco. de Are. & Dyn. sequendo eos dicunt quòd duo rei nullo modo videntur inuicem fideiubere. nam in duobus reis quilibet debet se obligare in solidum: nec attenditur ad quem pecunia peruenit principaliter: vt infrà eo. l. propter. suprà si cer. pet. l. si non singuli. sed secundum eos, qui dicunt eos inuicem fideiubere hoc non esset: ergo &c. Præterea, non reperitur iure Digestorum nec Codicis. quòd duo rei habeant beneficium diuisionis: ergo &c. Itẽ hoc lege nulla cauetur quòd videantur fideiubere. In hoc resident Cyn. hic post multa verba. Vides ergo quòd ex prædictis omnibus nullam habes claritatem. Quid dicemus? Iac. de Bel. disputauit istam quæstionem, & posuit eam in authen. eo. & ibi melius attigit veritatem, quàm aliquis: tamen multũ obscurè loquitur. Tu ergo clariùs, & meliùs dicas, ad declarationem huius materiæ: & scire
68 debes † ꝙ ex fideiussione contrahitur duplex obligatio. Vna, qua fideiussor obligatur creditori: & illa semper contrahitur verbis, vt ſ. dixi: et talis semper habet beneficium diuisionis: vt j. ti. j. auc. præsente. nec agit beneficio auth. de duo. re. & iste est ꝓpriè fideiussor respectu creditoris. Est & alia obligatio, quæ contrahitur inter reum, & fideiussorẽ: & ista contrahitur consensu: nam reus videtur mandare fideiussori ꝙ soluat: vt l. inde bitam. ff. de condi. inde. Et de hoc loquitur titu. manda. & illo modo consideratur fideiussor respectu ipsius debitoris. Itẽ fideiussor potest intelligi strictè, qui alienæ obligationi accedit: vt ff. de fideiuſ. l. j. & l. fideiussor. Potest etiam accipi largè oĩs, qui est obligatus pro negotio, quod ad alium spectat nõ ad se: & illo modo sumitur in tit. ad Velle. & ſ. ad Velle. l. j. Si ergo
69 † quæritur, an duo rei videantur inuicem fideiubere. Dic aut quæris vtrũ dicantur inuicẽ fideiussores respectu creditoris: et dico ꝙ sic in duobus casibus tantùm, ſ. si hoc est actũ expressè: vt ff. e. l. reos. vel est color quęsitus, vt ff. ad Macedo. sed in l. sed & Iulianus. §. j. Sed in istis duobus casibus habent beneficium diuisionis de fideiussoribus: nec esset necesse beneficium de duobus reis. Extra istos duos casus non videntur fideiubere

inuicē reſpectu creditoris. Hoc dicit glo. in l. ſed Iulianus, §. j. Et hoc modo intelligo, verū dicunt Vltramōtani. Aut quæris vtrum videantur inuicem fideiubere quo ad actionem dandā inter reos, & aſſumendo fideiuſſorem largè: tunc aut duo rei ſunt conſtituti ex mera voluntate, & liberalitate; & tunc verum dicit Ioan. q̄ videntur inuicē fideiubere, ſi ſunt ſocij: aliàs non: vt in l. in lege Falcidia hoc eſſe ſeruandum. ff. ad legem Falcid. Aut non ex mera liberalitate: puta quia pecuniam, quā promiſerunt, receperunt: tunc vera eſt opinio Azoñ. quia eatenus videntur fideiubere alter pro altero, quatenus in veritate negotium ad alterum pertinet: vt d. l. vir vxori. ad Velleia. & ibi not. de in rē verſo. l. ſi pro patre. §. fi. & ad Maced. l. ſed Iulianus. §. item ſi duos. & in iſtis duobus caſibus nō habet beneficium de fideiuſſoribus, ſed habent beneficiū aut. de duobus reis. quia expreſsè inducuntur in iſto caſu, quando talis alternatiua fideiuſsio inducitur, vt dixi ſ. in q. ij. principali. Et prædicta ſuntvera in duobus reis, qui obligantur expreſsè; ſed in his, qui obligantur tacitè, vt plures tutores, illi non ſunt propriè fideiuſſores: tamen iure antiquo cōueniebantur exemplo fideiuſſorum: vt l. j. §. nunc tractemus. de tutel. & rat. diſtrah. Ex his apparet tibi veritas huius materiæ. Secūdò quæro: qa
Onsuetudinis. In repetit. huius legis infrà scriptū ordinem seruabo: quia primò continuabo materiam ad præcedentia, & sic secundum Azo. in summa. Dictum est suprà de iure scripto, sequitur videre de iure non scripto. arg. institu. de iure natu. §. constat. ideo ponit hic hanc rub. ar. de iur. natu. §. ex non scripto. Instit. Secundò diuido legem in duas partes: in quarum prima Imperator consuetudinis authoritatem extollit. In secunda eam limitat & restringit. Secunda ibi, verum. Tertiò, sic summa secundum Azo. Ioā. & glo. Cōsuetudo specialis certi loci in eo loco vincit legē cōmunē: & generalis generaliter: nō autē specialis generaliter in quolibet loco. Venio ad quartum, scilicet ad casum in terminis quē ponas in genere: & in nube, & ī qualibet parte. Lege per teipsum: quia facilis est. Venio ad quintum, scilicet ad notabilia: quæ duo colligas per teipsum, vt §. patet in diuisione legis, et in casu summario. Venio ad sextū, scilicet ad materiā huius legis quę est subtilis, & profunda, & prolixa, sed eam quā cōmodius potero, reducā ad cōpendiū. Et primò expediā apparatū huius legis per decem cōtraria, & quandam quæstionē in ea formatā infrà tractabo. Demū veniā ad materiam prolixiorē huius legis: & eā per quæstiones expediā. Vltimò distinguendo, in ea concludā: & ero breuiter expeditus. Et certè apparat⁹ exponit finē huius legis trib⁹ modis: teneas quā vis. Primò verò legē sic exponas: Consuetudinis vsusque longæui, id est cōsuetudinis inductæ ab vsu longæuo, tanquā à causa mediata, & remota, vt j. dicam, secundū Petr. Et sic patet ꝙ prima gl. hui⁹ legis quæ fuit Irne. est falsa. ibi, verū, id est pro sed. Itē ibi in fi. aut legē. expone legē, scilicet cōmunem generaliter, id est consuetudo generalis certi loci, secundū Azo. & gl. Alias duas expositiones, quæ sunt in apparatu, vide per teipsum: quia sunt claræ. Oppo. gloss. primo loco de principio huius legis ad finē. Ad quod respōdet primò secundū Bulg. ꝙ principiū asserat in genere: finis in specie vetet: & sic deroget principio nō abroget. arg. ff. de verb. signi. l. derogatur: quod

¶ Interrogatus. hanc l. alleg. Bar. in l. imperium. in primo gradu misti imperij. ff. de iur. om. iud. in ver. & fui interrogatus. et ad Bar. hic adde Bald. in cōsi. suo inci. præsupponitur quod dictus comes Sabaudiæ. adde Ang. de Are. Insti. de ado. §. fi. & hic adde Bart. in l. inuiti. ff. de his qui sunt sui vel ali. iu. per An. in disp. a sua. nobilis quidā genere. & Flo. de sanct. Pe. in quadā disputatione. per Bald. hic. & Bal. in auē. præterea. de nat. li. et no. casum in quo quis potest legitimari sine cōsensu suo. Adde bonum casum etiā in quo filius inuitus potest legitimari, ſ. in casu quo filius occultet in arcā suam cōcubinā, quā pater suus vellet in vxorem ducere text. in auth. quib. mo. na. effi. legi. §. licet adde An. ficu. cōsi. lvj. nū. li.

b ¶ Nec nos. Vide Barto. in l. j. suprà de pac. & vide quod nota Bal. in l. aut qui rem supra. de sac. san. ecclc.

c ¶ Liber captus. Est. singu. secundùm Bal. in l. alimēta suprà de nego. gest. Quid in fratre, vide Barto. in authent. si captiui C. de epis. & cle. & hāc l. not. B ld. in d. l. alimenta. ꝙ si mater redimat filium & protestetur quod nō intendit donare: contrarium tenet in authen. si captiui.

non eſt bene tutũ,cũ debeamus correctionem legũ particulari
ter,& generaliter euitare,vt l.præcipimus.in fi.ſ.de appell. &
in authen.quib.mod.nat.effi.ſui.§.tribus.colla.vij.cum ſimili.
ſm Io.ſecundum hanc contradicimus,vt patet ff.ad Tertul.l.
j.§.qui operas.ergo malè.quare glo.ſoluit ſecũdo modo, vide-
licet q̃ principiũ legis loquatur de cõſuetudine quæ eſt ſecũ-
dum leges:finis verò de illa quæ eſt contra legẽ. Quæ ſolutio
nõ eſt bene tuta,cũ tota iſta lex loquatur vniformiter de eadẽ
cõſuetudine,vt patet ex aduerſatiua,& cõtinuatiua ibi,verum
&c.argu.ff.de lega.j.l.apud Iulianũ.§.fin.& de teſta.l.hæredes
palã.ſ.ſed & ſi notã.& quod not.ff.de dolo.l.ij.circa principiũ.
Quare glo.ſoluit tertio modo ſm Ioan.quod principiũ loqui
tur de cõſuetudine generali quæ generaliter vincit leges, vel
de ſpeciali quæ ſpecialiter. Finis verò de ſpeciali quæ nõ vin-
cit generaliter,facit quod ſtatim dicã in ſolutione ſequẽtis cõ-
trarij. Secundò oppo.glo.ad finẽ huius legis, de l.de qbus.in fi.
ff.de legi. Sol.multis modis. Primo ſecundũ Plac.q̃ d.l.de qui-
bus.loquitur ſecundũ tempora antiqua ſecundum quę popu-
lus Romanus poterat facere legẽ generalẽ: ergo & cõſuetudi
nẽ generalẽ cõtrariã legi:& illam cõtrariã legẽ tollentem.hæc
lex loquitur ſm tempora moderna,ſecundũ quæ populus Ro-
manus nõ põt legem generalẽ facere:ergo nec cõſuetudinem
contrariã illã vincentẽ. Ad hoc ſ.de vete.iur.enucl.l.j.§.cũ eẽ
& de legi.l.fi.Inſti.de iure nat.§.ſed quod principi.& ff.de orl.
iur.l.ij.§.nouiſsimè.& de conſtit.prin.l.j.in princ. Quod non
videtur bene dictum:quia ſecundũ hoc d.l.de quibus.eſſet de-
rogatũ,ſeu abrogatũ per l.ſeq.quod in caſu dubij dicere nõ de
bemus,vt dixi in ſolu.contrarij præcedentis. Præterea, Guli.
de Cug.in dicta lege de quibus.illud impugnat:& aliter fate-
tur quod in principem translata poteſtas condendi legem ex-
preſſam,& ſcriptam:non autem cõſuetudinariam,quæ in eum
nõ potuit transferri,cùm procedat ex tacito conſenſu.argum.
ff.ad Trebel.l.ſi patroni §.qui fideicommiſſariam: & ſic dicit
hodie populũ Romanũ poſſe facere cõſuetudinem generalẽ,
cùm poteſtas ipſius legis conſuetudinariæ inducendæ non ſit
translata in principem.& ſecundũ hoc d.l.de quibus.hodie re
manet in ſuo ſtatu.†quod placet Mart.Sili.vbi dicit hodie po
pulum Romanum legem poſſe facere generalẽ,ſcriptã, & ex-
preſſam,de quo hic non inſiſto:quoniam plenè eſt tractatũ in
l.fin.ſ.de legit.& conſtitutio. Sed contra prædicta inſtatur:
nam non debemus ſequi quod populus Romanus fecit.ſ.vten
do moribus contra legem,ſed quod facere debeat,ſcilicet vtẽ-
do lege communi,vt lege penulti.ff.de iuſtitia & iure. & l.ſed
licet.ff.de officio præſidis. Sed gloſſ.ibi,& Inſtit.de ſatisda.§.
fin.ſic reſpõdit,& bene,videlicet quod non debemus ſequi il-
lud quod populus Romanus facit perperàm,& erroneè, vt in
contrarijs. & l.quod nõ ratione.ff.de legi.†Sed bene ſequi de-
bemus illud quod populus Romanus ex certa ſciẽtia fecit cõ-
ſuetudinem inducẽdo,vt in dicta l.de quibus. Ratio quia Ro
ma eſt cõmunis patria.ff.ad muni.l.Roma.& eſt caput Mun-
di:& ſic aliæ ciuitates debent ſequi ipſius conſuetudinẽ:nõ au
tem ipſa aliarum ciuitatum,vt d.§.fin.Inſtitu.de ſatisdat.& l.j.
§.ij.& §.ſed & ſi quę.C.de vet.iur.enu.vnde illud vulgare,Ro-
ma caput Mundi,tenet orbis frena rotundi.Facit quod notat
Innocen.extra de conſuet.c.penulti.& de conſtitu.c. cùm ac-
ceſſiſſent.quare gloſſ.ſecundo modo ſoluit dictum contrariũ,
ſecundum Martinum,videlicet quod dicta l.de quibus loque-
batur de lege municipali ſpeciali,lex iſta de cõmuni quæ eſt
validior,vt in authen.de non alien.§.quia verò veriſimile. &
ff.de teſtam.milit.l.eius militis.§.militia.ff.de act.& obligat.l.
in honorarijs.verſic.ſed cùm reſciſſa.quæ ſolutio eſt falſa:quia
dicta l.de quibus.loquitur expreſsè in lege cõmuni & genera-
li. Quare glo.ſoluit tertio modo,ſecundum quoſdam quod di
cta l.de quibus.loquitur in legibus in quibus poteſt derogari
per pactum,hic in illis quibus nõ poteſt.de quibus caſibus ple
nè nota,ſ.de pactis.l. penulti.ff.eodẽ. l.pactum. Ratio pro eis
† quia conſuetudo æquiparatur pacto: quia vtrunq̃ procedit
ex conſenſu populi,vt dicta l.de quibus.& ff.de pactis.l.prima
in princi. Pro illa æquiparatiõe facit,quod nota.j.de decre.de-
curio.ſuper rub.libro x. Sed contrarium not.de reg.iur.l. neq̃
pignus.§.priuato.& l.nec ex prætorio.eodem tit.vbi Iacob.de
Aret.ſic dicit quod aut ſtatutum,ſiue conſuetudo eſt cõtra ius
naturale,vel gentium:& tunc dicta parificatio procedit: & ſic
intelligitur gloſſ.dictæ rubri. Aut eſt contra ius ciuile: & tũc
ſecus:imò plus poſsit ſtatutum vniuerſitatis quàm pactum,vt
in alijs glo.Sed oppo.in hoc vltimo membro de l.Anthioceñ.
ff.de priui.credit.Sol.Ibi lex municipalis in ſui forma, non eſt
contraria iuri alterius,ſeu legi communi,aliàs ſecus, vt ibi di-
xi.Secundò oppo.de l.fin.ff.de colleg.illic.Solu.Ibi ſtatutum
vniuerſitatis eſt expreſsè reprobatum per legem ſeu pactum:
hic ſecus vt ibi dixi:arg.de ſacroſanc.eccl.authen. caſſa. & qd
ibi dicam. Vel dic quod dicta æquiparatio procedit cæteris pa
ribus,videlicet quod idem poſsit ſtatutũ,ſiue conſuetudo vni
uerſitatis,quod eius pactum,& non plus,vt dicit glo.rubri.ſed
cæteris non paribus,nõ procedit:imò plus poteſt ſtatutum,ſi-
ue conſuetudo vniuerſitatis,quàm pactũ priuatorũ.Ita loqui-
tur alia glo.ff.de reg.iur.l.neque pignus.§.priuatorum.quæ ſo
lu.impugnatur per gloſſ.quæ dicit quod plus poteſt conſuetu
do quàm pactum.quod patet:quia pactum nõ ligat furioſum,
propter defectum ſenſus,vt.ff.locati.l.qui ad certum.cum ſimi
libus. Conſuetudo autem maioris partis ſic:argum. ff.ad mu-
nici.l.quod maior.ſed dic,vt ſ.dixi proximè.& facit quod in-
frà dicam.Ioan.verò dicit quod prædicta parificatio, & dicta
regula procedit in electionibus,& in his quæ ſingulorũ pdeſ-
ſent vtilitatibus,videlicet ad hoc vt vniuerſitas poſsit conue-
niri,requiritur vt maior pars faciat contractũ,vel obligationẽ
aliquam,non autẽ vt aliquis obligetur ignorans,vt conuenia-
tur ſingulariter.etiam ſubdit quod hæc conſuetudo patrimo-
nio ſingulorũ detrahit,& aliquando obligat.quod facere non
põt pars maior:nam ſi millies conſentiat pars maior,vt ego ali
cui tenear,non propter hoc tenebor.Sed contra hoc opponi-
tur quod conſuetudo vniuerſalis poteſt iuri priuatorũ detra-
here & derogare.vt ff.communia prædio.l.vẽditor.§.ſi cõſtat.
& no.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.l.ij.§. primo. Sol.Il-
lud cõtingit propter publicam vtilitatẽ: & quia ille priuatus
ſeruatur indẽnis,ſcilicet quia ſoluitur ſibi pretiũ ſuorũ lapidũ
ex quo colligitur eius tacitus conſenſus,ſecundum Innoc.ex-
tra de conſue.c.j.ſecundum Ioan.etiam prædictis obſtat.ff.qd
quiſque iuris.l.j.& quod ibi no.Solut. quod ibi inducitur ex-
ceptio,vt patet in exemplis ibi notatis: & ſic præſupponitur
exceptio hic & actio,vt hic,& in exemplo Ioan.argu.ff.ſi cer-
tum petatur.l.eius qui in prouincia.§.quas verò.& de actio.et
obliga.l.Arriani.Nec obſtat quod not.in dicto §.j.in gl.quod
ſcit &c.in quæſtionibus ibi formatis:quia illud eſt propter au
thoritatem ſententiæ:arg.ff.de iudic.l.ſi prætor.in prin. & de
pigno.l.ſi fundus.§.ſi pluris.& manda.l.ſi fideiuſ.§.in omnib⁹.
ff.ad Trebellianum.l.ſeruo inuito.§.cũ prætor.ff. de regu.iur.
l.res iudicata. Quare gl.ſoluit quarto modo ſecundũ alios,vi-
delicet quod ibi lex ſcripta non erat roborata conſuetudine,
hic ſic:arg.ſ.quando licet ab emptio.diſce.l.j.& ij.quæ ſolutio
nõ placet:quia diuinare eſt. Quare glo.ſoluit alio modo,ſcili-
cet quod ibi bona conſuetudo,hic mala. Quæ ſolutio non va-
let,tum quia ſecundum ea hæc lex non haberet dubium: tum
quia talis conſuetudo nõ eſt conſuetudo,vt in authen.vt nulli
iudi.§.primo.contra l.quod Labeo.ff.ad Carbo.tum quia quę
libet conſuetudo rationabilis præſumitur in dubio ex mori-
bus viuentiũ comprobata,vt ſ.eo.l.j.& d.l.de quibus.& d.§.ex
non ſcripto. Quare gl.ſoluit alio modo, ſcilicet quod ibi po-
pulus Romanus ex certa ſcientia,vtitur cõtra l.hiç ignorans.
ſed glo.damnat eam.ne ſit melioris cõditionis populus delin-
quens quàm non delinquẽs,vt l.nõ ſolum.ff.de noxal. cũ ſimi.
Quare glo.ſoluit ſeptimo modo ſecundũ Ioan.& Azo. vide-
licet quod ibi eſt conſuetudo generalis populi Romani: &
ſic generaliter vincit,hic de ſpeciali alicuius loci: quæ licet in
eo loco ſpecialiter vincat legem,vt dicta l. vẽditor.§. ſi cõſtat.
& de adminiſtra.tuto.l.ſi ſine hærede.§. Lucius.nõ tamen ge-
neraliter vincit,vt hic. Alij ſoluunt octauo modo quod hæc
lex loquatur de lege repugnante,& reſiſtente cõſuetudini,&
ratione naturali contraria conſuetudini.quæ conſuetudo tol-
lere nõ poteſt,vt j.dicam.quæ ſolutio non placet:quia diuina-
re eſt. Secundò oppo.glo.de l.ij.§.diuus.ff.de ſepul.vio.Solu.
Ibi lex ſequitur conſuetudinẽ,in l.de quibus.præcedit eã. Sed
contra iſtam ſol.debet inſtari de l.fi.ſ.de teſta.& extra de con-
ſuet.ca.j.libe.vj.Solu.Secũdum Moder.in §.diuus apparet ex

forma

forma dictæ legis,latorem eius ſciuiſſe conſuetudinem præce-
dere,in contrarijs non.Ioan.Mon.aliter ſoluit in dicto c.j.vi-
delicet quod in dicto §.diuus.erat lex inuenta ratione publicę
vtilitatis:& ideo tollit conſuetudinem præcedentem,alias ſe-
cus,vt in cõtrarijs vt recitat Cy.circa finẽ huius materiæ.Ber.
aliter ſoluit.extra de fide inſtrumen.capitu.paſtorali. Aliter
Archidia.& Ioan.Andre.in dicto c.j.de quibus ſol.non cure-
mus,ſed ipſis Canoniſtis relinquamus.Sed ego ſic ſoluo quod
in dicto §.diuus.conſuetudo præcedens erat contra legem:vn
de lex ſequens de facili trahit eam ad ſuam naturam:arg.ff.de
liberis & poſth.l.filius à patre.§.filiusfami.de pactis.l.ſi vnus.
§.pactus verſic.quod & in ſpecie.In contrario ſcilicet in dicto
capitu.erat præter legem:& ſic fortior,vt in dicto §.quia verò
veriſimile.in authen.de non alie.cum ſimili.Nec huic ſolutio-
ni obſtat dicta l.fin.ſ.de teſta.quia vel illud ſpeciale in ruſtico
vel tollit conſuetudinem præcedentem,vt dicto §.diuus.non
futuram vt dicta l.fi.& ibi dixi:arg.ſ.de teſtamen.l.iubemus.
in fine cum ſimilibus.ff.ad legem Falci.l.Titia.& quod nota.
ſupra de fideicommiſſ.l.cùm virum.Quarto opponit gloſſ.de
l.eos.§.penultimo.ſupra de vſuris.Et ſoluit:quia ibi conſuetu
do erat expreſsè reprobata per legem,vt dicta l.de quibus.ar-
gumen.ſupra de ſacroſan.eccle.authentic.caſſa.de furtis. au-
then.nauigia.& communia de ſucceſ.auth.omnes peregri.ff.
ad legem Rhod.de iactu.l.deprecatio.Quinto oppo.gloſ.de l.
quod non ratione.ff.de legi.Solutio. In l.de quibus fuit con-
ſuetudo inducta ex certa ſcientia populi:& ſic eſt regularis.in
leg.quod non ratione.per errorem:& ſic irregularis eſt. quod
infra in quæſtionibus latius declarabo.Sexto oppo.glo.quod
populus vtendo contraria lege ex certa ſcientia delinquit, &
punitur extraordinaria pœna:vt leg.ſanctio legum.ff.de pœ-
nis.ergo talis conſenſus irrationabilis non debet producere
rationabilem conſuetudinem,vt in authen. vt nul.iudi.§.pri-
mo.ad quod reſpondet glo.quod hoc procedit ex præſumpta
ſcientia & conſenſu Imperatoris,& non ex errore. Non curo
de hoc:quia ipſe præſumitur ſcire, & ſciuiſſe, vel poteſtatem
inducendi conſuetudinem populo concedere,vt lege omniũ.
ſupra de teſtamen.& ſic conſenſiſſe præſumitur conſuetudinẽ
tanto tempore patiendo:argumen.ff.de verborum ſignificat.
leg.alienationis.in princip. Ad hoc optimè facit lex ſequens.
ſecundum vnum intellectum.& ff.de exercit.leg.prima.§.ma
giſtrum.& ff.loca.leg.cum in plures.§.locator.Septimo oppo
ni.de leg.obligationum fere.§.placet.ff.de actioni.& obligat.
Solutio ſecundum Ioan.Mona.extra de conſuetudi.ſuper ru
brica.libro ſexto.ſcilicet, quod ibi conſenſu priuatorum.hic
vniuerſitatis,lapſu temporis confirmatur.Item oppo.de capi.
ſuper eo.extra,de cogna.ſpiri.Sol.Ibi erat conſuetudo contra
legem:hic prẽter legem,vel ſolue vt ſ.in ſol.ſecundi contrarij.
4 l.de quibus.Deinde venio ad quæſtiões.Primo quæro,† quid
ſit conſuetudo.Et reſpondet Azo in ſumma huius titu.& di-
cit quod conſuetudo eſt ius non ſcriptum,diuturnitate popu-
li moribus comprobatum. Ad hoc d.l.de quibus.§.inueterа-
ta.& d.§.ex non ſcripto.Iaco.de Are.reprehendit iſtam diffini
tionem,tum quia ponit in ſua diffinitione verba ſuperflua,dũ
dicit quod conſuetudo eſt ius non ſcriptum,dicẽs q̃ illa verba
ſunt ſuperflua:quia de eſſe conſuetudinis eſt eſſe nõ ſcriptum.
quod j.dicam.Item reprehendit eam de inſufficiẽtia,videlicet
minus ſufficienter dixiſſe.ſicut alias Scæuola reprehendit cõ-
ſilium Galli in l.Gallus.§.j.ij.& iij.de lib.& poſth.& ipſam ſic
diffinit.Conſuetudo eſt ius moribus,vel vſibus totius populi,
vel maioris partis initiatum,continuatum,& conſtitutum,ha
bens legis authoritatem.Quæ ſingula Cyn.probat in lect.ſed
non laborat in eius recitatiõe,quia fateor ei quod hæc diffini-
tio eſt plenior & perfectior,quàm diffinitio Azo.quo ad ver-
ba.ſed deficit ſolum in vno, videlicet quod omiſerit non ſcri-
ptum,quod Pet.eius diſcipulus ponit in ea,ad differentiam iu
ris ſcripti.Sed certè excuſo.Azo.& bene dico,quod diffinitio
ſua eſt perfecta,dum dicit quod conſuetudo eſt ius.quod ver-
bum habet includere omnia eſſentialia conſuetudinis,nec cõ-
ſuetudo erit dicenda,ea,quæ imperfecta:& ſic non erit ius.ar.
ſ.de leg.l.humanũ.& de Iuſt.Codi.cõfir.in prin.& ad Sylla.l.
pe.Nã nullũ dicitur eſſe perfectũ,niſi ex omnib⁹ ſuis partibus
conſtet,vt l.cũ ſimi.de ori.iur.Hoc ꝓbat etiã ex diffinitiõe iu-
ris:vt ff.de iuſti.& iure l.j.§.ius cũ ſua gl.Hoc probatur etiam:
quia illud cõprobatũ ſignificat tẽpus perfectũ,& legitime con
ſummatum:vt ff.quod quiſq; iur.l.j.§.hæc autem verba,& §.fi.
& arg.ne quis eum,qui in ius voc.l.pe.§.docere.cum ſimi.Sed
oppo.contra Azo.quia conſuetudo videtur factum,& nõ ius:
vt extra,de cõſti.c.j.lib.vj.& d.l.de quibus.Nam quid intereſt,
ſuffragio populus voluntatem ſuã declaret,à rebus ipſis,et fa-
ctis.&c.Solu.Ibi cõſideratur conſuetudo,prout eſt in fieri:hic
prout eſt in facto eſſe.quæ ſolutio nõ eſt bona:quia in contra-
rijs conſuetudo cõſideratur prout eſt in facto non prout eſt in
fieri vt ibi patet.Quare Cy.aliter ſoluit quod ibi loquitur re-
ſpectiue.ſ.reſpectu iuris ſcripti.quod patet in dictis iuribus.
Et ratio eſt quia hic verſatur magis factũ ſcilicet mores popu
li,& frequẽtia vſus et diuturnitas tẽporis:vt ibi patet in d.l.de
5 quibus.Facit quod j.dicã,& quod no.in d.l.,pxi.† Secũdo q̃ro
quæ ſit differẽtia inter l.cõmunẽ,et cõſuetudinẽ.Cõmunis eſt
reſponſio,q̃ ſit tanta differẽtia,quanta inter ſcriptũ & nõ ſcri-
ptũ:qa ſcriptũ eſt de eſſe legis:nõ ſcriptũ de eſſe cõſuetudinis,
vt inſti.de iure naturali.§.cõſtat.& §.ex non ſcripto.& dicta l.
de quibus,et l.imo.eo.ti.Petrus hoc impugnat:qa dicit q̃ ſcri-
ptũ nõ eſt de eſſe.l.nec ẽt nõ ſcriptũ de eſſe cõſuetudinis.Dicit
ergo,q̃ tãta,eſt differẽtia inter ea, quantũ inter expreſſum,&
tacitũ,ſic intelligũt dicta iura.Certe hoc vltimũ dictũ Petr.re-
probo:& primũ approbo:& dico q̃ ſcriptũ eſt de eſſe.l.vt not.
ff.de leg.j.ſi de interpretatiõe.& ſ.de legi.l.j.& ibi hoc appro-
bauí contra Pet.& per conſequens nõ ſcriptum eſt de eſſe cõ-
ſuetudinis:vt patet ſ.in proxi.q.ſecundũ diffinitionem Azo.
& per conſequens,non eſt vera etiã ſecunda differentia quam
6 aſsignat Pet.Tertio quæro,quæ † ſit differẽtia inter cõſuetu-
dinẽ,& l.municipalẽ.Certe Pet.reſpondet idẽ,quod in q.pro-
xi.præcedẽte.& ego reſpondeo idẽ per omnia.quod placet:qa
iſta retinet ſemper ſuũ nomen,et appellat cõſuetudo,illa etiã
nomẽ ſuũ.& appellatur lex ſpecialis:vt patet inſti.de iur.nat.
§.ius.& §.ex nõ ſcripto.& ff.de iuſti.& iur.l.omnes populi.&
quod cuiuſq; vniuer.no.l.itẽ eorũ.in prin.de mune.& hono.l.
j.§.pe.& ibi not.& de iur.immu.l.ſemper.§.legem.et de decre.
7 ab ordi.fa.l.fin.cum ſi.Iuxta hoc quæro:† pone q̃ vniuerſitas
facit l.municipalẽ,ſeu ſtatutũ de caſu deciſo per conſuetudinẽ
quo iure agẽdũ erit ꝑ illo caſu:Seruãt quidã,q̃ actor poſsit eli
gere quo iure agere velit:vtrũ cõdictiõe ex cõſuetudine an ex
l.municipali.dic ex municipali.arg.ff.de le.l.nõ eſt nouũ.& de
le.j.ſi mihi & tibi.§.fi.q̃ll.nihil faciũt qa ibi loquit in volũtati-
bus nõ ſe cõpatiẽtibus.ar.l.ſed & poſteriores.ff.de legi.& ibi
no.Pet.hoc impugnat dicẽs,q̃ ſolũ debet agi cõdictione ex cõ
ſuetudine,quæ primitus illã obligationẽ induxit,cùm ſit ſub-
ſidiaria:vt ff.de cõdit.ex lege.l.j.& probatur per ſimile.Certũ
eſt,q̃ vbi donatio fit nudo pacto,agendum eſt condictione ex
l.vt j.de dona.l.ſi quis argentũ.& l.fi.cum ſimi.Cuius opi.mi-
hi placet.& ratio eſt:quia cõſuetudo diſponit,ſtatutum ſequẽs
confirmat ipſum diſpoſitum vt j.l.proxi.& ideo cum ipſa con
ſuetudo fuerit per ſe valida ab initio,ſuperueniẽdo ſtatutum
nihil addit circa formã agendi:vt l.ex verbis.& quod ibi no.ſ.
de dona.inter vi.& vxo.Nec obſt.ff.de verbo.ſignifi.l.lege ob
uenire.quia imo concordat:quia.l.xij.tab.quæ cõfirmat teſta-
mentarias ſucceſsiones nil addit circa formã agẽdi.Quod pa-
tet:quia hæres inſtitutus ageret actione ex teſtamento,nõ cõ-
dictione ex illa.l.patet idem in l.cornelia.quę cõfirmat ſucceſ-
ſionem defuncti in captiuitate hoſtium,ex teſtamẽto,& ab in
teſtato:vt ff.de teſta.l.lege.de vulgari & pupilla.l.lex Cornel.
& de ca.l.pater inſtituto.cũ ſua materia.Nec obſtat.ff.ad Tre-
bel.l.ſi quis priore & inſti.qb.mod.te.infir.§.poſteriore.& ibi
ſunt volũtates incompatibiles,& vltima reuocatoria primæ,
de ſui natura,niſi ĩ milite,vt ff.de teſt.mili.l.quærebatur.& de
iniuſt.teſta.l.cum in ſecundo.& l.j.& ij.& quod ibi no.hic ve-
8 ro ſic:vt ſ.patet.Iuxta hoc quæro,† pone quod quidam propo
ſuit condictionem ex conſuetudine,non probauit conſuetudi
nem,ſed ſtatutum,vel econtra:nunquid debet obtinere. Bre-
uiter,tenet Gul.quod non,& bene:quia ius probatum nõ fuit
deductum in iudicium:quare &c.vt l.ſi ex teſtamẽto.& l.ſi cũ
teſtamento argẽtum.in prin.& l.& an eadem.§.actiones.ff.de
except.rei iudi.Et ſic ſententia & proceſſus non eſſent libello
cõformes:quod eſſe debet,vt l.fund⁹.ff.commu.diui. Ad hoc.

inducitur in argumen.ff.de aqua quoti.& æſti.l.j.§.quæſitum. & de itin.actuq; pri.l.iij.§.pen.coniuncta l.apparet.§.ſi quis.eo. tit.Debet ergo iudex abſoluere cõuentum propter petitionẽ actoris ineptam,ſeruato ſibi iure proponendi aptã.vt ff.ſi mẽ. fal.mo.dix.l.j.§.j.de pact.dota.l.Beblius.in fi.Nec obſtat.ff.de noxa.l,in delictis.§.ſi detracta.quia hic variatur modus agendi ſubſtantialis & intrinſecus,ibi non,ſed qualitas intrinſeca, vt ibi no.q; plene ſcripſi.ſ.de eden.l. edita. †Deinde quæro, quæ ſit differentia inter conſuetudinẽ & ſtylum? Reſpondet Pet.q; de ſtylo nõ habemus in iure ſcripto. Fateor verum hoc explicitè,implicite ſic.Ego dico differentiã eſſe talem: quia cõ ſuetudo inducitur per actus iudiciarios,& exẽpla, vt infra dicã: & ſtylus ſolum per actus iudiciarios eorum quæ in iudicio ver ſantur,vt patet.ff.de ſtatulib.l.Labeo.in princ.de var.& extra or.cog.l.j.§.in honorarijs.& de rei vendi.l.quod ſi poſſeſſor.in fi.& de proba.l.circa.in fi.& quod ibi not. †Deinde quæro, quæ ſit differentia inter conſuetudinẽ,& mores.Ad quod reſpondent doct.& Iaco.de Aret.quod hæc eſt differentia: quia mores ſunt cauſæ producentes conſuetudinem:cõſuetudo vero cauſatũ.Probatur in lege,de quibus.§.inueterata.& per dictum §.ex nõ ſcripto.& ſ.l.proxi.& ideo damnat gl.j. hic,quæ fuit Io.vt ſ.dixi.Sed Pet.cõtra:quia dicit quod mores nõ ſunt cauſa cõſuetudinis productiua,ſed conſenſus populi, vt dicta l.de quibus.& l.ſed & ea.Et dicit q; differentia eſt:quia mores ſonant in factũ,cõſuetudo in ius,ſed hoc nõ eſt bene dictũ per omnia:quia conſuetudo ſecundũ quod ſonat in factũ, non eſt ius,vt ſ.dixi.& ſoluunt communiter noſtri doct. Iac.de Aret. q; ipſi concluſerunt cauſam mediatam & remotã,ſed Pet.cauſam proximam,& immediatã,quæ potius debet attendi q; remota.Sed cũ vtraq; ſecundum ſui naturam veniat attẽdenda, vt ff.de dolo.l.cum quis.& quod ibi not.& de acquir. poſ.l.iij. §.ex pluribus.de excep.rei iud.l.& an eandẽ.l.cum de hoc.de reg.iur.l.non vt ex pluribus. †Deinde quæro quæ ſit differẽtia inter cõſuetudinẽ,& præſcriptionẽ? Hic Pet.& Cy. dicunt infinita verba,& ſuperflua:quare breuiter dic q; hæc eſt differẽtia: quia cõſuetudo eſt ius diſponẽs ex cõſenſu totius populi,& maioris partis vniuerſitatis conſtitutum,vt patet in dicta l.de quibus,& d.§.ex non ſcripto. præſcriptio vero eſt ius diſpoſitum quo quæruntur iura formata,vt directa,& ſimilia ex conſenſu ſingulari inductum,vt patet ſ.de præſcr.long. temp. cum ſeq.tit.vſq; ad tit.quomodo & qñ iud.& ff.de vſuca.cum titu.ſeq.vſq; ad tit.de re iud.& de ver.ſig.l.alienationis.Et hac ratione conſuetudo præiudicat alijs:quia in ea cõſentiunt ſinguli tanq; vniuerſi,vt d.l.de quibus.& d.§.ex non ſcripto.& ſ. l.proxi.de ædi.priua.l.an in totum.argu.ff.ad municip.l.quod maior.ff.de reg.iur.l.aliud.§.refertur.At præſcriptio inter alios non præiudicat alij,vt l.ſi quis emptionis.in princ.de præſcrip.xxx.anno.& ff.de vſuſca.l.naturaliter.Ratio:quia cõſentiunt in ea tanq; ſinguli,nõ tanq; vniuerſi.Facit quod no. Dy. extra de reg.iur.c.quod omnes tangit.lib.vj. †Deinde quæro quot requirunt ad conſuetudinẽ inducendã. Reſpondetur cõmuniter per docto.quod requiritur frequentia actus. Item conſenſus totius populi,vel maioris partis. Vnde dicunt q; requiritur frequens actus qui dicitur binus actus,vt ſ.de epiſco. audiẽ.l.iij.in fi.ſm Azo.Iaco.But.hoc impugnat dicens, q; binus actus non dicitur frequens:argum.ff.de leg.l.nam ad ea.et l.nam vt ait.& in auth.vt ma.debi.& cre.§.quia vero. Iaco.de Are.defendit Azo.nõ per d.l.iij.de epiſ.audi. ſed per §.fi.in authen.de defen.ciui.& l.cũ alijs.de cura.fur.& ff.de teſti.l.iij.§. fi. Bene facit in auẽ.quomodo oportet epiſ.§.j.ver.&dũ ex frequenti. Reſpõ.ad dictum §.quia vero.in auẽ.vt ſine phi.ma.debi.& cre.&c.q; ibi loquitur ſpecta multitudine mulierũ quaſi infinitarum,quæ deierabant:& ideo binus actus iuramenti à quibuſdam mulieribus ſeruandus,inſpecta tanta multitudine mulierum aliarum,non dicitur ibi frequens.Pet. verò quẽ ſequitur hic Cy. dicit q; actus frequẽs,propter ſe nõ eſt neceſſarius ad conſuetudinem inducendam,ſed per vſum colligimus tantum conſenſum:ideo dicitur frequens non pro tanto,quin ſine frequentia poſsit eſſe,vt hic,& in l.j.& ij.& in d.l. de quibus.de ædi.pri.l.an in totum.Non ob.d.l.iij.de epiſ.audi. quia ibi conſuetudo ſumitur pro aſſuefactione, quæ eſt facti, nõ iuris. Vnde concludo quod frequens actus non requiritur de ſe, ad conſuetudinem inducendam,ſed propter hoc requiritur q; plerunq; per vnum actum non bene colligitur conſenſus populi.Nec ob.ff.de legi.l.nã ad ea.quia ibi loquitur de his quæ cõtingunt contra,ſeu præter naturam, vt ff.ſi pars hære.peta. l.antiqui.& ſ.de leg.hære.l.ſi maior.patet per ea quæ no.codẽ titu.l.ex his.Item opp.cõtra opi.Azo.ff.ad l.Aquil.l.itẽ Mela.in princ.vbi conſuetudo & frequentia actuum ponunturvt ſpecies ſeparatæ:& ſic non ſunt idem,vt ff.pro emp.l.j.§.ſeparata.de acquiren.poſ.l.naturaliter.§.nihil.d lega.iij.l.ſi quid.§. j.Fateor quod non ſunt idem,ſed differunt tanq; cauſa & cauſatum: & hæc reſpicit frequentem actum, & tanq; cauſatum, quod reſpicit conſuetudinem.Et facit quod ſ.dixi differentiã aſsignando inter mores & conſuetudinem.Gloſ.tenet cõtrarium in l.de quibus.videlicet quod nunquam ſufficit vnus actus ad conſuetudinem inducendam. Ratio: quia lex dicit q; conſuetudinem inducit frequẽtia actuum,vt l.j.ſ.eo. & d.l.an in totum.& ſ.de vete.iu.enu.l.j.§.ſed & ſi quæ leges probãt q; non inducatur vno actu.& l.nam ad ea.& l.nã vt ait. Nec ob. q; in certis non cadit coniectura.vt l.continuus.§.cùm ita.ff.de verb.obli.& ff.de auro & arg.lega.l.pediculis.§.argento. Reſpon.q; fictio legis tollit cõtrarium:quia populus non videtur cõſenſiſſe,niſi frequenter illum actum exerceat,per iura ſ.allegata:quia vna præſumptio tollit aliã:arg.ff.de in integ. reſtit. l.diuus.cum ſimili.Et pro hoc facit q; ſumus in verbis legis tractantis de iuris rigore,à quo non debet recedi:quæ dicunt expreſſe conſuetudinẽ induci à frequentia actuum,à quibus non debet recedi,vt l.j.§.ſi is qui nauẽ.ff.de exerc.& ff.qui & à qui. l.qui proſpexit.cum ſim.Hoſtien.verò prout recitat Arch.extra de cõſtitu.c.j.lib.vj.& Marti.Silima.in l. de quibus. tenet quod nõ ſit expreſſe determinatum per legem, quot actus requirantur ad cõſuetudinẽ inducendam,quod hoc arbitrio iudicis cõmittatur,vt l.prima.in fi.ff.de iure delib.& de effract.l. j.§.expilatores.quod eſt tutius.quod etiã tenet Gul. de Cugn. in l.de quibus.quia poſsibile eſt q; ex vno actu colligit cõſenſus populi:puta ſi quis ſuper viam publicam habeat põtem,vt ff.ne quid in loco publico.l.ij.§.tractatum.& de flu.l.fi. Poteſt etiam eſſe poſsibile,quod non colligatur ex vno actu, vt puta ſi via erat ſecreta,& pauci incedebãt per eã:arg.ff.quod vi aut clam.l.ſemper.§.annus.& de ritu nup.l.palam.in prin.ff.eo.ti. l.ſed & ea.argu.ff.de ope.no.nun.l.ſtipulatio.§.opus.Sed opinio Azo.& glo.& ſequacium in iudicio communiter obſeruatur. †Deinde quæritur quorũ cõſenſus requiritur ad inducendam cõſuetudinem? Certè cõſenſus totius populi, vel maioris partis,vt dixi.Quod intelligunt docto.de populo habẽte habilem conſenſum ad legem,vel conſuetudinem inducendam.Et propter hoc excludimus dementes& furioſos,vt.ff.e. l.ij.& de offic. præſidis.l.diuus.Item minores xxv.an. quia in lege condenda non habent perfectum ſuffragium. argu.ff.de mu.& ho.l.ad rem publicã.de decur.l.ſpurij.§.j.Item mulieres: quia nec earum cõſenſus requiritur in lege condẽda.ff.eo.l.ij' ibi,virorum prudẽtium &c.ergo nec in conſuetudine:ar.à pari,vt dicta l.de quibus.Fatemur tamẽ quod ſi mulieres frequẽter ſunt vſæ inter ſe aliquo actu cõtra legẽ diuturno tempore. Verbi gratia quod primogenitæ ſuccedant in totum:illa cõſuetudo inter eas debet ſeruari,nõ tam ex cõſenſu earum, quã ex conſenſu totius populi,ſeu maioris partis: quia ſic patiẽdo videtur tacitè conſentire:arg.dicta l.de quibus.& l.quod maior.cum ſimi.vt in contrario de l.de quibus. †Deinde quæritur,quomodo colligitur conſenſus populi,ſeu maioris partis? Reſpond.quod ex accidentia facti, videlicet quod præſentes erant quãdo dos fuit adiudicata vni marito ſecundum conſuetudinem,vt no.ſ.ſolu.ma.l.duos à patre. Item q; fuerunt præſentes quando fuerunt adiudicata omnia.& alij.Nam cũ agitur de cõſuetudine inducenda,quæ reſpicit vtilitatem publicam,præſentes videntur tacitè conſentire: argu.ff.ad munici. lege ſecũda.& expreſsè in d.l.an in totum.de ædi.priu.Sed his obſtat:quia alij non poterant illis ſententijs contradicere:quia non intererat eorum:arg.ff.de appel.l.à ſententia. cum ſimili. ergo tacendo non videtur tacitè conſentire:arg.ff. de reg.iur. l.eius eſt nolle.& de re iudica.l.ſæpe.§.ſed ſciẽtibus. & not.de pig.act.l.Caius.cum ſimi. Reſpõ.ſi de iure cõtradicere nõ poterant,de facto tamen debebãt,ne conſentientes videantur,vt

ff.de

ff.de cur.l.ſpuriſ.§.pater.cum ſimi.Guliel.verò aliter ſoluit in l.de quibus videlicet, quod contrarium loquitur in conſenſu neceſſario,& ſtatim obligatorio,vt patet in dicta l.ſæpe.§.ſed ſcientibus.ſed hic non agitur de conſenſu obligatorio, ſed ex proceſſu temporis,quaſi ex conſenſu complacentiæ,& ſic non obſ.Solu.pe.verior eſt:quia ſaltem ab initio potuerunt,& debuerunt contradicere de facto, ne tacendo videantur conſen-
15 tire tacitè,vt dixi.† Tertiò in conſuetudine inducenda,requiritur diuturnitas temporis: vt ff.eodem. ex leg.diuturna. & leg.de quibus.§.inueterata. & Inſtit. de iure natura. §.ex non
16 ſcripto. & ſuprà leg.proxi. & in hac lege. †Iuxta hoc quæro quid dicatur tempus diuturnum, ſiue longum, de quo ſuprà in rubrica? Reſpon. dicunt quidam quod tantum tempus cuius non extat memoria: vt dicta leg.de quibus.§. inueterata.& de aqua quoti. & æſti. leg. hoc iure.§. ductus aquæ. Dicunt quidam Azo. dixiſſe decem annis inter præſentes. & viginti inter abſentes.Et hoc innuit rubrica huius titu.ff.qui & à qui.leg.ſi cum fideicommiſſa.§.Ariſto. & ſuprà de preſcrip. long.tempt.in rubric. Iſta ſententia placet omnibus inquantum dixit Azo ꝙ longum tempus requiritur, ſed inquantum dicit ꝙ decem anni inter præſentes, & viginti inter abſentes, dicatur longum tempus,eis diſplicet:quia illud verum in preſcriptione, ſed in conſuetudine eſt vnũ tẽpus vniforme, ſ.decẽ anni inter præſentes, & abſentes xx. Ratio: quia præſcriptio currit ex negligentia non petẽtium,vt l.pe.in fi.ſuprà de ann. excep.Sed cõſtat ꝙ magis eſt negligens præſens quàm abſens ideo &c.Sed in conſuetudine non requiritur diuturnitas temporis, propter maiorem,vel minorem negligentiam alicuius, ad hoc vt conſtet de illorum animo, & conſenſu qui ſunt vſi tali actu. & hoc poteſt conſtare diuturnitate longi temporis inter præſentes & abſentes: vt legibus ſupradictis, & ſemper ſufficiet dictum tempus. Ratio: quia cõſenſus tacitus maioris partis populi tacentis per decennium,præiudicat minori parti expreſsè contradicenti per l.quod maior cum ſi.ff.ad municip. Multò fortius abſenti & ignoto, vt de regulis iuris.l. qui poteſt inuitis.Nec obſtat.ff.de arbit. l.ſi in tres. & lege ſicuti. quia ibi agitur de iure priuato, quod comperit ſingulari, vt ſingulari:hic de publico,quod tanquam vniuerſis.Facit quod tangit in cap.quod omnes tangit.de regu.iur.lib.vj. Sed prædicta certè ſunt vera de iure. Nam Marti. Sil.in prædicta leg. de quibus excuſat Azo. & dicit ꝙ mentiuntur illi qui dicunt eum dixiſſe quod diuturnum tẽpus dicatur decem annorũ inter præſentes,& viginti inter abſentes. Dicit enim ꝙ nunquã hoc dixit,ſed bene dixit ꝙ cũ ſufficiãt decẽ anni multò fortius ſufficiant ad ipſam inducendam xx.xxx.vel xl.vt not.ſ.in rubri.& ponitur per eum hoc in ſumma in d.l. de quibus. Ad hoc opp.ꝙ cũ mores populi inducant conſuetudinẽ,vt dictum eſt nõ ſufficit longum tempus, ſed longiſsimũ, cuius nõ extat memoria:cùm tales mores habẽt cauſam diſcontinuã, vt ff.de ſerui.l.ſeruitutes prædiorum ruſticorũ.& quod ibi not. Et ad hoc reſpõdet Gulel.in l.ingenuum.ff.de ſtatu ho. ꝙ ibi mores ſunt cauſa remota & mediata conſuetudinis:& conſenſus populi eſt cauſa proxima & immediata, vt ſ.dixi. qui habet cauſam continuã, niſi cõtrarium probetur:vt ff.de proba.l. quinquaginta.de vſuca.l.nunquã.§.ſi ſeruus.& de acqui.poſſ.l.ſi is qui animo. & quod ibi not.qui debet attendi potiùs quã dicti mores qui ſunt cauſa remota & mediata.arg.ff.de dolo.l.cùm quis.& quod ibi no.de acqui.poſſ.l.iij.§.ex pluribus.& de exc.
17 rei iud.l.cũ de hoc. †Iuxta hoc quęro,quare requiritur tẽpus diuturnum in conſuetudine inducenda,nõ autem in lege, vt l. de quibus.& Inſti.de iure natura.§.lex.& §.ex nõ ſcripto & ſ. de legi.l.humanum.& l.fi.Reſpõ. ꝙ lex habet conſenſum expreſsiuè:& ideo non requiritur alia coniectura,vt l. cõtinuus. §.cùm ita.ff.de verb.obli.ſed conſuetudo requirit tacitũ:ergo diuturnitas temporis neceſſaria eſt, vt apparet ex cõſenſu populi,& eius perſeuerantia.Nam ante lapſum temporis nõ præſumitur cum effectu voluiſſe recedere à lege ſcripta:arg.ſuprà ad Velleianum.l.ſi mulier.& authen.ſiue à me.Iuxta hoc quę-
18 ro,† an certa pars populi ciuitatis poſſet ex ſua parte cõſuetudinẽ inducere? Gul.in l.ingenuũ.ff.de ſtatu.ho.vbi reaſſumit materiã cõſuetudinis,quã omiſit in l.de quibus.tenet ꝙ ſic,per §.deinde cũ eſſet.ff.de orig.iuris.& hoc ff.de iuſt.& iu.l. pe.in prin.de mune.& ho.l.vt gradatim.§. & ſi.l.ff.de offi. procon. & leg.l.obſeruare.§.j.verſic.magni.Item cũ tota ciuitas poſsit quo ad totũ,& pars quo ad partem.arg.l.quæ de tota.ff.de rei vendi.& de admini.tut.l.ſi duo.Item quia pars populi cẽſetur in hoc tãquã populus per ſe:arg.ad hoc ff.de leg.j.l.planè.§.ff. Itẽ:quia illi parti poteſt legatũ relinqui:ergo cenſetur vniuerſitas & collegium legitimũ,& aptum ad legẽ, & cõſuetudinẽ inducendam. vt ff.de lega.j.l.ſi quis à filio.§.ſi patri. & de reb.
19 dub.l.cũ ſenatus.& de col.illici.l.iij.in princi. †Deinde quęritur,an in conſuetudine inducenda requiratur actus iudiciarius,ſcilicet ꝙ fuerit in iudicio iudicatũ.Et certè quidã dicunt ꝙ ſic,vt l.proxi.& de ædi.pri.l.an in totum.ff.eo.l. cùm de conſuetudine.& l.nam Imperator.Sed certè gl.pe.& omnes doct. dicunt oppoſitũ.Ratio:quia cõſuetudo inducitur per tacitum conſenſum populi,vt ſ.ſæpius eſt oſtenſum. qui poteſt colligi & declarari,etiam per actus extraiudiciarios,ſicut per iudiciarios, vt d.l. de quibus. & l.diuturna. & l.nam Imperator. & l. ſed & ea.concordat Gul.& Mar.Sil.in d.l.de quibus.et alleg. Gul.de Cu.ff.de lega.j.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.de leg.iij.l.nummis.& de fun.inſtru.l.cùm de lanionis.§.aſinam. & de reg.iur. l.ſemper in ſtipulationibus. & ſ.de veteri iur.enuc.l.j.§.ſed & ſi quis.Reſpondetur ad leges in contrariũ alleg. quia denotãt accidentiam facti:ergo alia ſimilia extraiudicialia ſuper eadẽ ratione ęquitatis formata,non excludunt. ff. de vi & vi arma. l.j.§.quod vulgo.& de dam.infect.l. dãni infecti ſtipulatio per
20 tinet.cũ ſimi.† Decimoſextò quæro,an ſine contradictione conſuetudo poſsit induci. Videtur quod non.ff.eo.l.cũ de cõſuetudine.Ecõtra ꝙ ſic:quia ſine cõtradictione inducitur lex, vt ff.eo.l.j.ergo & cõſuetudo.arg.à pari,vt d.l.de quib⁹.Quicquid dicat Iac.de Are.Pet.eius diſcipulus dicit ſic, ꝙ ſine contradictione bene inducit cõſuetudo,quantũ ad hoc vt omnes alij ſimiles in caſibus ſimilib⁹ poſsint vti alijs inuitis: & ſic actiuè:quia conſuetudo nõ differt à lege,niſi vt interſcriptũ, & non ſcriptum, ſeu expreſſum & tacitũ:ergo &c.vt d.l.de quibus.& quantum ad hoc alij cõpellantur vti tali actu, ſi vti noluerint:& ſic paſsiuè:& tunc nõ niſi contradictio fuerit:& illi acquieuerint,ſeu obtẽperauerint:nam tunc ſtatim incipit præſcribere aduerſarius contra obtẽperantem. Vnde ſi aliquis eſt ſolitus ire ad molẽdinum meum:poſtea nolit venire ad mazinandum, nõ poſſum ex vi præſcriptionis ipſum cõpellere:niſi cùm ſemel ire nollet:eo contradicente, ipſum compuli:vt eat, et ille obtẽperauerit:nam tũc incipio pręſcribere contra eum: argu.ff.de ſer.vrba. prædio.l. qui luminibus.Et ſic intelligũt ff.eo.l. diuturna.& l.ſequẽ.Ego teneo indiſtincte quòd inducatur conſuetudo ſine contradictione, ſecũdum omnem effectum actiuè & paſsiuè. Ratio:quia ſemper iuſſus maioris partis populi præiudicat minori contradicenti, vel non,vt dict.l. quod maior.ff.ad municip.& de reg.iur.l.alius.§.j. Non ergo debet requiri eorum contradictio quæ nullum poteſt effectũ producere,vt l.dotem.ff.ſol.matri.& quod ibi not.ff. ad Velleia.l.quãdo.§.fi.videtur expreſſum in auth.de defen.ciui.§.fi. verſic.nullo reluctante.Non obſtat argu.Petr.de d.l.j.&.ij.& d.l.qui luminibus.quia loquũtur in præſcriptione,quę eſt mi-
21 noris authoritatis quã cõſuetudo,vt ſ.dixi.xij.q.† Decimoſeptimò quæro,an conſuetudo poſsit induci per errorem. Dicas breuiter ſecundum Iac.de Aret.& Pe.quod etiã hic declarabo, videlicet quod refert:quia aut quæris an cõſuetudo per errorem poſsit induci contra legem:& dictum eſt ꝙ non. Ratio eſt:quia populus ſic vtitur credẽs legẽ ſic dicere, & ad eius obſeruantiam:ergo nõ dicitur velle eam tollere:ar.ff. de leg.j. l.legata inutiliter.& de adi.lega.l.legata.ff. de cõdi. & demõ. l.cùm tale.§.fi.Aut præter legem,& tunc ipſi diſtingunt.Aut ipſi erant in cauſa impulſiua:& tunc ſic.Aut in cauſa finali:& tunc non.arg.ff.de don.in l.ij.§.fi.cum l.ſequent.& de condit. & demonſtra.l.cũ tale.§.falſam.& quod dixi.ſ.de epiſc.& cleri.l.generaliter.& per Dyn.extra de regu.iur.in c.decet. li.vj. Ego in hoc membro ſic dico:Aut populus erat in facto:& nõ inducitur conſuetudo præter legem:quia nullus eſt cõſenſus, vt ff.de iuriſdic. omnium iudicũ.l. ſi per errorem.de aqua plu. arcen.l.ſed hoc ita.cum ſimili. Aut in iure:& tunc non inducitur cõſuetudo generaliter,videlicet: quia nõ trahitur ad alios caſus ſimiles & perſonas.& ff.eo.l.quod non ratione.& quod

ſbi not. Concludo igitur hanc legem procedere ſolùm in conſuetudine regulari, ex certa ſcientia populi inducta, vt ſ. l. pro
22 xi. & l. de quibus. Facit quod not. docto. ſ. eod. l. j. †Decimo octauò quæro, an per conſenſum coactum conſuetudo inducatur? Reſpondeo, ſecundum omnes docto. q̃ aut populus fuit coactus per priuatum; & tunc non. arg. ff. qui & à quib. l. ſi priuatus. Aut fuit coactus per iudicẽ; & tunc aut per ipſum exercentẽ iuriſdictionem; & in vim iuriſdictionis circa illos caſus: & tunc ſic, vt ff. eo. l. nam Imperator. & l. cùm de cõſuetudine. Ratio: quia tunc voluntas iudicis repræſentat voluntatẽ partis, vt ſ. de euictio. l. ſi ob cauſam. & ſ. ſi in cau. iud. l. j. ff. de euictio. l. ſi plus. §. primo. & quod not. ff. ne vis fiat ei. l. j. §. hæc verba. Aut ſi fuerunt coacti per iudicem tanquam priuatũ: & tũc non: quia tunc vt priuatus debet cenſeri: argu. j. de iur. fiſci. l. p
23 hibitum. li. x. & de meta. l. deuotum. li. xij. & facit quod no. ff. de iuſti. & iur. l. non videtur. §. qui iuſſu. & per Dy. extra eo. ti. c. quod quis mandato. lib. vj. †Decimononò quæro, ſi iudex pluries iudicauit contra legem præſente maiore parte populi, & longum tempus ſit elapſum: an conſuetudo regularis inter omnes ſit inducta? Et dicendum eſt q̃ ſic, vt ff. eo. l. diuturna. cum l. ſeq. Sed cõtra prædicta inſtat pluribus rationibus, & fortiſsimè. Primò: quia illæ ſniæ inter alios latæ, alijs nõ debẽt præiudicare, vt l. ſæpe. ff. de re iudi. & ſ. res inter alios acta. per totum, cum ſimi. Ad quod reſpõdent quidam q̃ tales ſentẽtiæ non nocent alijs in vim rei iudicatæ. vt ibi: ſed cõſenſus maioris partis populi præſentis, & tacẽtis, colligitur per illas: & ex hoc reſultat cõſuetudo quæ p̃ lege habetur in illis: vnde præiudicat, vt in legibus pro hac parte inductis. Secundò inſtatur q̃ illæ ſententiæ fuerunt latę contra legem: & ſic nullæ. ff. de appel. l. ſi expreſsim. & quæ ſen. ſine appel. reſcin. l. j. §. item cùm contra ſacras. & ſ. quando prouo. non eſt neceſſ. l. ij. ergo &c. & l. nam & ſi ſub conditiõe. ver. poſt defe. ff. de iniuſt. teſt. Ad hoc reſpondet q̃ ſententiæ ſunt nullæ de ſe: & ideo quantum eſt de ſe inducunt effectum nullum virtute ſentẽtiæ, vt in contrarijs, ſed quia per eas colligitur tacitus conſenſus populi, vel maioris partis præſentis tacentis, per hoc inducitur conſuetudo: & inde habet effectum. Tertiò inſtatur contra: quia talis conſuetudo quæ eſt contra legem, ipſam legem impugnat: quare nõ poteſt lex nominari vel conſuetudo rationabilis appellari: arg. ff. de mino. l. auxilium. in fi. cũ ſi. Ad quod reſpondet Iac. de Ra. q̃ verum eſt q̃ offendens vnam legem, non iuuat̃ lege eadem, vt ibi: aliàs ſic, vt hic. Quæ ſol. eſt falſa: quia in d. l. auxilium. minor offendit vnã legem, ſcilicet de adulterio: & tamen nõ iuuatur beneficio alterius, ſcilicet de minoribus. Pet. reprobat expreſsè per l. filio. §. ſi ignominioſam. ff. de ritu nup. Quare ſol. ſecundò modo q̃ hic populus committit in legem authoritate legis: ibi ſecus. Quæ ſol. nõ placuit Petr. quia non eſt veriſimile q̃ leges conſentiant q̃ deſtruantur per cõtrariam cõſuetudinem. Non ergo veriſimile eſt q̃ velint deſtructionẽ ſui. Accedat ad hoc. ff. de bon. eo. l. j. & quod not. ff. quod met. cau. l. iſti quidem. in fi. de verb. ſig. l. liberorum. in fi. legis. Sed certè dicta ſol. poſſet defendi per dictam ſolu. quã ſ. dedi, per l. ſanctio legum. ff. de pœ. videlicet q̃ princeps videt hoc velle & cõſentire, qui eſt lex animata in terris: vt in auẗ. de cõſue. §. fin. & in auẗ. de inceſt. nup. §. dubitatum. & facit quod no. Archi. extra de præb. c. cũ de beneficio. lib. vj. Pet. aliter ſol tit q̃ ipſa conſuetudo ſumit effectum, non à lege quam impugnat, ſed à cõſenſu populi ſicut lex ipſa: & ideo p̃ lege ſeruat̃. Guliel. in d. l. de quibus. aliter reſpondet ad præcedens cõtrarium, videlicet quod ibi fuit error expreſſus in ſententijs: ideo ſunt nullæ, hic non: & ſic ſunt aliquæ, vt l. ſ. allega. quando prouo. non eſt ne. Vel aliter: & ſic, videlicet q̃ illud argu. concludit, vbi eſſet vna ſentẽtia, hic duæ, quæ cum longinquitate tẽporis hoc poſſunt, quod per ſe ſolas nõ poſſunt. argu. ff. de ſer. ruſt. præd. l. per fundũ. & communia præd. l. fi, ſed certè in iſtis duabus legibus actus fuit ab initio validus de ſe, reſpectu concedentis: hic ſimpliciter nullus. Hæc ſol. nõ eſt bene tuta: quare teneas aliam ſolu. quam dedi primo, ſcilicet per Pet. & alios docto. Item contra prædicta inſtatur: quia conſuetudo requirit conſenſum, vt l. de quibus. ſed iudicium caret conſenſu, & redditur in inuitum, vt l. inter ſtipulãtem. §. j. ff. de ver. obli. Ad quod ego reſpõdeo, q̃ iſte conſenſus ſaltem coactus: argu. ff. quod met. cau. l. ſi mulier. §. penul. quia videtur volũtarius, poſtq̃ pars victa non appellauit. vt l. j. ſ. de poſtu. ſ. ſi ſæpius in integ. reſti. pe. l. j. & de app. l. hi qui ad ciuilia. Vel aliter nõ eſt conſenſus voluntarius, reſpectu victi per ſententiã, ſed reſpectu aliorum qui fuerunt præſentes in iudicio, & tacentes, bene fuit voluntarius. vt dixi ſ. arg. ff. ad municip. l. ij. & de decur. l. ſpurij. §. pater. Vel aliter, licet ab initio fuerit cõſenſus coact̃; tamen per taciturnitatem ſequentem & patientiam, coactum cõſenſum tranſtulit in voluntarium: argu. ſ. quod met. cauſa. l. ij. & hoc cum diuturnitate temporis videtur operari: argumẽ. ſ. de teſta. l. ſancimus. cum ſim. Deinde & cõtra prædicta oppo. de l. nemo. ſ. de ſen. & interlo. om. iud. Solue vt ibi no. & ſ. eod. in rub. & d. l. de quibus. videlicet q̃ nõ ſequimur exempla aliarum ſententiarũ, aliorũ iudicum: vt ibi: ſed quia per ipſas colligitur cõſenſus maioris partis populi præſentis & tacentis, ex quo inducitur conſuetudo, ſequimur illam conſuetudinem, & pro lege eam ſeruamus, & ſic ſecundum illam iudica-
24 mus. ſic econtra. ff. de vſur. l. cùm de in rem verſo. †Vigeſimò iuxta hoc quæro, an conſuetudo inducatur ex ſententijs quæ non ſunt mandatæ executioni, ſi à tempore pronũciationis earum longum tempus ſit elapſum. Breuiter Gul. tenet, & bene q̃ ſic: quia ceſſatio executionis non contingit ex defectu iuris, ſed partis, quæ executionem debet petere ſecũdum formam l. à diuo pio. §. j. ff. de re iudi. Nam per illas ſententias, ſatis eſt cõſenſus populi declaratus, licet victor eis vſus non ſit: & ſic iſtæ reducunt effectum: arg. ff. quod quiſq̃ iur. l. iij. in princip. & quia ſola ſententia debet ſpectari, vt ff. de pœn. l. qui vltimo. & l. quod ad ſtatum. & ff. de iniuſt. teſt. l. ſi quis filio exhæredato. §. irritum. quæ leges nihil faciunt: quia loquuntur in ſentẽtijs quæ trahũt ſecum executionem ipſo iure: & in eis apparet, vt not. in d. l. qui vltimo. Sed tamen eius opinio eſt vera, vt patet ſ. l. j. & de edi. priua. l. an in totũ. & ff. eo. l. nam Imperator. & l. cùm de conſuetudine. quæ loquuntur ſimpliciter de ſententia diffinitiua, vt ff. de re iud. l. quod iuſſit. in fin. & quando appel. ſit. l. j. §. quod in ſentẽtijs. & ſic ſufficit condemnatio vel abſolutio, vel æquipollẽs abſq̃ alia executione, vt ff. de re iudi. l. ait prætor. & l. in ſumma. C. de ſenten. & interlo. om. iudi. l. præſes. & quod ibi no. & facit quod no. ff. quod quiſq̃ iur. l. j. §. qui magiſtratum. & concord. Mart. Sil. in dicta l. de quibus. eo ſaluo q̃ ſi victus contra quem petitur executio, contradiceret, & eã non patitur: & ſic non perſeueraret eius cõſenſus: & ſic res nõ tranſit in conſenſum, ſed diſſenſum: & ſic eſſet conſuetudo interrupta: quia non dicitur factum quod nõ durat, vt l. ſi pro patre. §. verſum. ff. de in rem verſo. & quod cuiuſq̃ vniuer. l. itẽ eorum. §. actor. cum ſimi. & nihil eſt actũ, donec aliud ſupereſt ad agendum, vt l. pe. ſ. ad Syllania. & de emend. Codi. in princip.
25 †Vigeſimoprimò quæro, an ex ſententia arbitrorũ inducatur conſuetudo. Reſpodet Gul. q̃ aut ſunt tales ſententiæ quę merentur executionem: puta quia compromiſſum factum eſt ſine pœna, & à partibus emologatũ tacitè, vel expreſsè: & tũc ſicut ſententiæ iudicum, vt ſ. de arbitris. l. cùm antea. Dic tamẽ quod requiruntur plures ſententiæ q̃ iudicum: quia ſententia iudicis eſt maioris authoritatis quàm ſententia arbitri, vt ff. de his qui no. infa. in l. quid ergo. §. ex compromiſſo. & patet ff. ſi quis ius di. non obtẽ. l. j. in princ. de iudi. l. ij. §. fi. & quod no. de arbi. l. non ex omnibus. in princi. & probatur. ff. de re iud. l. ait prætor. in princ. & de verb. ſig. l. notionem. in princ. Numerus autem dictarum ſententiarum dictum effectum producẽtium iudicis arbitrio relinquitur cùm non ſit determinatum à lege, vt l. j. in fi. ff. de iure deli. Et facit qđ ſ. dixi in illa q. quot actus ſunt neceſſarij ad conſuetudinem inducendam. Aut ſunt tales ſententiæ quæ non merentur executionẽ: puta quia compromiſſum factum eſt cum pœna, vt ſ. de arb. l. j. & auẗ. decernim⁹. & in corpore vnde ſumitur. & ff. de arbi. l. ij. & tunc non inducitur conſuetudo. Ratio eſt: quia tales ſentẽtiæ non ligãt eos, inter quos ferũtur expreſsè. Ergo nec alios tacitè: arg. ff. loca. l. qui ad certum. de bo. auth. iud. poſ. l. cùm vnus. §. j. de ſer. ruſt. præd. l. item. §. qui habet. cum ſim. Facit quod no. in d. l. ait prætor. in princ. ff. de re iud. & ſ. de iudæ. l. iudæi. †Vigeſimoſecundò quæro, an ſententiæ latæ inter nõ ſubditos, poſſunt conſuetudinem inducere. Reſpõdeo breuiter, cõſuetudinem quæ ſpectat ad ordinationẽ iudicij ſic: quia illa quæ verſant̃ in locum

cum iudicij debent attendi,vt ff.de teſti.l.ij.§.fin.illa verò quæ ſpectant ad deciſionem litis non:quia illa non debent ſpectari ſecundũ locum iudicij,ſed quæ verſantur in loco cõtractus,vt
27 ff.de euict.l.ſi fundus.& de vſur.l.j.no.ſ.l.proxi.† Vigeſimo tertio quæro,an per ſententias reſciſſas poſsit induci conſuetudo. Reſpondet Gulel.in dicta l.ingenuũ.ff.de ſta.homi.vbi perficit illam materiam: ꝙ aut ſunt reſciſſæ per appellationẽ: & tunc non:quia finguntur à principio non fuiſſe latæ, vt l.j. in fi.ff.ad Turpil.& de pœ.l.ij.§.fi.Aut ſunt reſciſſæ per reſtitutionem in integrum:& tũc reſtitutio cõceditur propter vitium proceſſus:puta quia dicatur malè iudicatum:arg.ff.de re iudic.l.diuus.& qui ſatisdare cogan.l.quoties vitioſè.& de re iud.l.iiij.§.cõdemnatum.Aut reſtitutio conceditur,non propter vitium proceſſus,ſed propter fauorem perſonæ minoris vel alterius:& tunc ſic.Ratio:quia tunc licet non remaneant ſententiæ quo ad eum:remanet tamen quo ad alios:argumen. ſ.ſi vnus ex pluri.app.l.j.& ij.licet enim ille faciat reſcindi ſententiã prædictã,remanet tamẽ conſenſus populi, ex quo cõſenſu inducitur cõſuetudo ſicut patet in ſimili:videlicet ꝙ reſciſſa totaliter ſentẽtia apud quoſdam:remanet tamen apud alios eius effectus quo ad cautionẽ de rato,vt ff.rẽ ra.ha.l.cũ minor
28 in prin.& in repe.l.Stichũ.§.qđ vulgo.ff.de ſolut.† Vigeſimo quarto quæro,qualiter conſuetudo inducta in iudicio proponatur.Dicit Pe.ꝙ quãdoque p modũ exceptionis. Verbi gratia:ſi cõſuetudo ſit ꝙ venditor nõ teneatur cauere emptori de vitijs,& morbis,ſi hoc emptor petat à venditore,venditor excipit de conſuetudine:ar.ff.de pac.l.paciſci. Quandoq; in vim actionis realis.verbi gratia,ſi eſt conſuetudo de modo ſuccedẽdi ꝙ primogenitus ſit hæres,ipſe proponat petitionẽ hæreditatis quæ eſt in rem authoritate talis conſuetudinis quæ facit eum dominum,& hæredẽ admitti ad ipſam vniuerſitatem. Item rei vendicatio ad ſingulas res,vt ff.de peti.hær.l.ſed & ſi. §.antepe.& de rei vendic.l.j.in prin.& l.ſi ager.& de bo.poſſe. l.j.ij.& iij.de acqui.poſ.l.cũ hæredes.in princi.non autẽ proponit condictionem ex ipſa cõſuetudine:ſicut patet in ſimili. Nã lex Cornelia facit quem hæredem bonorum alicuius in captiuitate defuncti ex ſua fictione:non tamen proponitur condictio ex illa lege.ſed per dictas actiões reales:vt ff.de teſt.l.lege Cornelia.de vulga.& pupilla.l.lex Cornelia.cum ſimi.de capti.l.patre inſtituto.Quandoq; proponitur per modum actionis perſonalis:puta condictione ex dicta conſuetudine,ſcilicet quando cõſuetudo diſponit de iure perſonali.verbi gratia: vt quis compellatur vẽdere rem ſuam.ff.communia prædi.l.venditor.§.ſi conſtat. Nam proponetur contra eum condictio ex dicta conſuetudine.arg.ff.de condi.ex lege.l.j. Quandoq; poteſt proponi per officium iudicis.verbi gratia: ſi conſuetudo permittit minores vſque ad triginta annos petere reſtitutionẽ in integrum.proponit enim in minori ætate iſtam conſuetudinem per officium iudicis.arg.ff.de mino.l.quod ſi minor.§.ſi. Guliel.de Cu.in præcedenti mẽbro dãnat Petr.in eo,& bene: qa nõ debet proponi condictio ex cõſuetudine,q̃ eſt ſubſidiaria:vt ff.de cõdi.ex lege.l.j.ſed ꝓponi debet actio ex empto:vt ſic ex illo cõtractu formã accipiẽte,ex cõſuetudine agat:ita qđ in libello fiat mẽtio de illa:ſicut patet in ſimili,qñ iurat forma liter in iudicio:vt ff.de iureiu.leg.ſi duo patroni.§.Marcell⁹. & §.ſi quis iurauerit. Quare in prædicto mẽbro ſic dicit ipſe, & verius,quòd aut conſuetudo iſta cadit in nomen, ſiue ſpeciem,aut formam alicuius contractus:& tunc agendum eſt actione ex eo contractu recipiente formam ab illa conſuetudine vt ſemper de illa mentio fiat.Aut non cadit in formam alicuius contractus:vt puta,ſi ſit conſuetudo, quod qui intrauit vineam alicuius,ſoluat domino quinque:& tunc proponi debet condictio ex ipſa conſuetudine.argumen.leg.ſi duo patroni.§.Marcellus.& §.ſi quis intrauerit.de condic.ex lege.leg.j.
29 & ſuprà de reb.credi.leg.actori. Vigeſimoquinto quæro,† an in libello oporteat conſuetudinẽ allegare. Breuiter quicquid dicant doc.moderni,ego ſic dico,quòd aut conſuetudo eſt notoria:& tunc non oportet eam allegare, ſicut nec probare.ff. argumen.de actio.empt.l.emptorem.in princip.& qui ſatisda cogan.l.ſi verò.§.j.& infra de accuſat.l.ea quidem.Facit quod no.ſ.de appellatio.l.ciues & incolæ. Aut conſuetudo non eſt notoria:& tunc aut eſt contra legem; & tunc debet allegari. Ratio eſt:quia intentio aduerſarij fundata eſt de iure communi:& ideo niſi opponeretur in libello: aduerſarius non poſſet eſſe inſtructus,an debeat cedere,vel contẽdere. quod fieri debet:vt l.j.in princi.ff.de eden.Ceſſante igitur ratione,ergo & ipſum dictum.arg.ff.de iure patro.l.adigere.§.quamuis.& de re mil.l.miles.in prin.Facit l.edita.cum ſua materia.ſ.de eden. ſemper tamen debet probari,quãdo non eſt notoria,per eum, qui eã allegat:vt ſ.eo.l.j.& ratio ibi not. Vigeſimoſexto quæ-
30 ro,† quot teſtes probent conſuetudinẽ. Reſpondeo,ſaltẽ duo. ff.de teſti.l.vbi numerus.& l.iij.§.j.quod ibi nota.& cõcor.gl.
31 in l.de quibus.ſ.de legi. Vigeſimoſeptimo quæro,† qualiter debeat iſta conſuetudo probari.Et dicit Pet.ꝙ ſemiplenè:non autem plenè.nã iudex recipiet teſtes in abſentia aduerſarij: & ſe ab ipſis informabit,& ſecundum illam informationem iudicabit:ſicut quando allegatur ſibi ius ſcriptum ad informationem ſui,non fit alia probatio ſibi,ſed ipſe ſolus:de hoc inſpicit libellũ ſuũ. Dicit enim ꝙ quædã in iudicio principaliter proponuntur,ad concluſionem probandam, & illa debent plenè probari:quædam non principaliter:& in eis ſufficit probatio ſemiplena:ſicut patet in eo,qui proponit confeſſoriã pro ſeruitute reali.Proponit enim principaliter ſeruitutẽ ſibi deberi;ſe cũdariò verò ſe dominũ dominantis fundi, vt ff.commu.prædio.l.j.Et iſtud primum debet probari plenè:ſecundũ ſemiplenè.ff.ſi ſerui.vendi.l.ſicuti.§.ſed ſi quęratur.& ſi vſusfru.pet.l. vti fruí.in princ.& quod ibi no.& ff.de probatio.l.circa.& de excep.l.ſed ſi ante.Aliud exemplum ponit in eo,qui petit hæreditatẽ diuidi familiæ erciſcundæ iudicio.Nam principaliter allegat communionem,& illam debet probare plenè,ſecũdario ſe dominũ:& illud ſufficit ſemiplenè ꝓbare, puta per poſſeſſionis probationẽ,vt ff.faml.erciſcun.lege prima quæ probatio nõ ſufficit,niſi dominium in iudicio principaliter propo natur:vt not.ſuprà,de probat.l.ſecunda.& l.ꝓprietatis.& l.cũ res.ſic & in conſuetudine prædicta.Ego teneo cõtrarium,ſcilicet quod debeat plenè probari:& ſic probat l.j.huius tit.Dicit enim quod cõſuetudo debet probari cauſa cognita.Intelligitur ergo plenè:vt ſ.de iud.l.iudices.Non obſtat prima ratio Pe.quia loquitur in iure ſcripto,hic in non ſcripto.Facit ſ.eo. l.j.& quod ibi not.Item non obſtat ſecunda, quia loquitur in ſecundario:ibi in principali,ſcilicet in cõſuetudine,ſuper qua concludens principaliter fundatur:vt patet ſuprà in l.j.in fi.et nõ obſtat.l.circa.& l.ſed ſi ante.cũ ſimi.vt in eis patet. Vigeſi-
32 mooctauo quæro:† quid deponent teſtes inducti ad conſuetudinem probandam.Certè dicit Azo hic,in Summa,& gloſ.in rubri.d.l.de quibus.quod triplex eſt modus.Primusvidelicet, quod perpetuò ſit obtentum,ſine cõtradictione.Secundus eſt modus,quod teſtes deponãt,quòd libelli querimoniarum nõ fuerunt recepti.Tertius modus eſt,quod teſtes deponãt quod fuerit bis obtentum in contradictorio iudicio. Pone exemplũ de primo,quando vicinus alicuius facit pontẽ ſupra viam publicam,& alius vicinus proponit querelam de ipſo,iudex non admiſit libellum querimoniæ,ſed reiecit:& tũc colligitur tacitus conſenſus populi:quia iſta repulſio tantũ operatur,quãtum ſi expreſſe fuerit iudicatum conſuetudinem eſſe.arg.ff.de neg.geſt.l.ſi autem.§.fi.& de compen.l.quod in diem.§.j. Item quod dicit Azo.quod fuit obtentũ in contradictorio iudicio, voluit dicere,quod vnus allegabat conſuetudinem in iudicio, alius negabat iudicatum fuiſſe ſecundum cõſuetudinem:vt ff. eodem.l.cum de cõſuetudine.Iſti modi reprobantur per Iaco. Baldui.& meritò:quia iſta ſentẽtia inter alios lata,regulariter nõ ꝓiudicat alijs:vt l.ſæpe.ff.de re iud.& ſ.res inter alios acta. per totum.cum ſimi.Item poteſt eſſe,ꝙ in hoc actu etiam bino, nõ fuit cõſenſus,etiam decimæ partis populi,nec diuturnitas tẽporis interceſsit:quæ omnia in conſuetudine inducenda requiruntur:vt ſæpius ſ.dixi.Marti.de Fano,et Mart.Sil.& ſequaces eorum voluerũt Azo.hoc modo defendere, ꝙ illa ſententia,per quam iudex in contradictorio iudicio pronunciat eſſe conſuetudinem,non inducit eam,ſed probat eam inductam,et declarat. Simile ff.de rei vẽdicatione l.& ex diuerſo.§.primo. & infrà ſi ſerui.vend.l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur.& dicunt quod hæc ſententia facit ius inter omnes,ſicut in alijs publicis iudicijs:niſi probetur de præuaricatione priorum:vt ff.de iureiur. l.eum qui.§.in popularibus,& de præuaricator.l.iij.& de accu

ſa.l.ſi cui.§.iſdem.cum ſimilibus. Item quando libelli querimoniarum ſunt repulſi,per hoc non inducitur cõſuetudo: ſed probatur inducta,& adeò notoria,quod libelli querimoniarũ ſunt reiecti. Et hoc modo defendunt Azo. & glo. Sed prædicta defenſio nõ videtur bona:quia poſito ꝙ dicta ſententia ſit declaratoria,& dicta reiectio querimoniarum ſit actus cõſuetudinis; tamen alijs non debet præiudicare,vt dixi:argum.ff. de iureiuran.l.nam poſtea.§.fina.& l.ſed & ſi poſſeſſoria.§.fin. & l.ſequen.& plenè ſcripſi ſ.quibus res iudic.non noc.l. ſecunda. Præterea,ille modus non eſt modus probandi notorium conſuetudinis:quia non probat notorium actus permanẽtis, nec actus interpellati,circa ipſam conſuetudinem intrinſecus. Facit quod dixi infrà de accuſationi.l.ea quidem. quare Gul. de cu.ſic dicit,in dicta l.de quibus.& bene,quod aut dicta ſentẽtia fuit lata cum cõtradictore legitimo:puta cũ ſyndico vniuerſitatis:& tunc inducit conſuetudinem,ſeu inductam ꝓbat inter omnes,& ſic poteſt ſaluari opinio Azo.& gloſſ.vt in dicta lege cũ de conſuetudine. Aut non fuit lata cum contradictore legitimo;& tunc ſecus. Ita loquitur opinio Iacob.Petr. & ſequacium.argu.ff.de collu.dete.l.cum non iuſto.& ſi quis ingenu.eſſe dica.l.prima. Et facit quod plenè dixi in dicta l. ſecunda.ſuprà quibus res iu.nõ noc.& de liberis agnoſcend.l. prima.§.fin. Breuiter ego dico quod teſtes deponũt tria,& dicunt,ſcilicet vſum populi,& frequentiã vſus,& temporis diuturnitatem:vt probatũ eſt ſ.plenè. Verbi gratia. Reducamus ad practicam,volo probare quod hæc eſt conſuetudo: ſecundum opinionem Mart.no.ſuprà ſolu.matrimo.l.dos à patre.et multis alijs glo.quod ſi vxor decedat in matrimonio,exiſtẽtibus liberis,quod maritus lucretur dotem, & ad eam probandam produco teſtes.iudex interrogat teſtes,nũquid viderunt vnquam vti quod maritus fuerit lucratus dotem prædictã.Dicunt quod ſic.Item quærit iudex,quid vidiſtis de hoc? Ipſi dicunt,vidimus ſemel iudicatum pro marito præſentibus tot inter duos. Item vidimus alia vice ſic iudicatum eſſe inter alios duos tot præſentibus. Item alia vice tot præſentibus, qui faciũt maiorem partem populi:& tunc iudex vltra procedet,& quæret,quot anni ſunt quod vidiſtis prædicta? Ipſi reſpondebunt,decem anni.ecce habemus conſuetudinem probatam, vt patet ex præmiſſis:& ideo iudex ꝓnunciabit conſuetudinem eſſe quod vxore ĩ matrimonio defuncta,extãtibus liberis, maritus debeat lucrari dotẽ. Veruntamen dicunt quidam docto. quod ſi teſtes deponũt quod ſic viderunt iudicari; & interrogati quot præſentibus,& quibus,dicũt ſe neſcire:quod iudex debet æſtimare quot poſſunt fuiſſe præſentes dictis ſententijs, conſiderando quot in iudicio,& tempore ſententiæ conſueuerunt eſſe præſentes communiter,& frequenter: & ſi inueniat eos eſſe maiorem partem populi,habebit cõſuetudinẽ eſſe probatam;argumen.ſ.l.j.quæ dicit quod frequentia inſpicitur.id eſt,frequenter ſolet accidere,quod tot homines reperiũtur in loco,in quo illud eſt actum.Item cùm hoc liquidè probari nõ poteſt,ſtandum eſt coniecturis:vt l.nõ omnes.§.à barbaris.ff. de re mili.quod non puto verum;quoniam:vt ſ.dixi, cõſuetudo poteſt allegari per viam exceptionis:& tunc excipiens, eã clarè, & plenè,debet probare,vt ſuprà dixi & ff.de probat.l.in exceptiõibus.& de excep.l.j.Item per modum officij iudicis: & tunc etiam illam proponens,plenè debet illam probare: vt ff.de iureiurã.l.nam poſtea.§.ſi minor.cum ſimilibus. Aut per modum actionis realis:& tũc idem:vt l.fin.ſuprà de rei vend. Aut per modum actionis perſonalis:& tunc idem:vt l.qui ac-
33 cuſare.ſ.de edẽ.c.cum ſimili.† Et ſic iudex nõ debet ſupplere defectum probationis in vim agendi:vt not.ſuprà vt quæ deſunt aduo.par.iud.ſupple.l.j.& ff.de offi.præſi.l.illicitas.§. veritas.nec in vim excipiendi:vt no.in l.fi.ff.de petitio.hæredita. Nec obſtat §.à barbaris.quia ibi erat difficilior probatio, quã hic:quare ſufficit præſumptio,& cõiectura ibi;hic non. Quod patet:quia lex requirit probationem:vt ſuprà l.j. & ad veram probationem,nõ autem ad coniecturam & præſumptionem: debet referri:vt ff.de conditio.& demonſtr.l.Lucius.ſuprà de probatio.in rubr.vbi probatio,& præſumptio, ponuntur tanquam ſpecies differentes,& diſtinctæ:argumen.ff.pro empt.l. ſecunda.§.ſeparata.& quod not.ff.de legatis primo.l.ij. quod puto verum,quando teſtes dicunt ſe ignorare numerum præſentium:ſed ſi de illo deponunt,& dicunt ſe illos non cognouiſſe,ſi quidem erat probatio facilis,propter modicum numerum populi:tunc idem,ratiõibus iam dictis. Si verò difficilis, teneo cum Pet.per d.§.à Barbaris propter fragilitatẽ memoriæ:vt ſuprà de vete.iure enuclean.l.ij.in princ.ff.de acquiren. poſſ.l.peregre.in principi.& quia propria nomina hominum probabiliter ignorantur:vt l.ſi quis in fundi vocabulo.in prin
34 cip.ff.de legatis primo. Vigeſimononoꝙ quæro, quid ſi quandoque fuit iudicatum pro conſuetudine, quandoque contra: an ex ſententijs prioribus conſuetudo erit inducta. Quod gl. tangit in dicta l.cùm de cõſuetudine.ff.eodem. Et certè Guli. in dicta l.de quibus.ff.eodem.ſic reſpondet:quod aut populus cùm ſciuit eſſe iudicatum contra cõſuetudinem, tacuit,& nõ contradixit,ſeu magiſtratus ipſum populum regens: & tunc conſuetudo ſit interrupta, etiam per vnam ſententiam contrariam:argumen.ff.de vſucap.l.vſucapio.& l.naturaliter.& in authen. quibus modis nat.effic.ſui.§.ſi quis ergo.collat.vij. Debebat enim magiſtratus populi,cùm hoc ſciebat,illi ſentẽtiæ,quæ erat contraria conſuetudini,contradicere: & ideo ſi tacuit,eius taciturnitas præiudicat populo,ſicut ſi ipſe populus tacuiſſet;vt ff.ad municipa.l.municipes.de regu.iur. aliud. §.refertur.& de condi.& demonſtra.l.municipibus. & l.an in totum.ſ.de ædi.priua.vbi eſt hoc expreſſum. Vnde dicti magiſtratus ſcientes,& tacentes,non cõtradicentes debent puniri per ſuperiorem.argumen.ff.de admi.re.ad ci.perti.l.iij.& ſeq. Aut cùm ſciuerint, contradixerunt illi ſententiæ,dicẽtes iniquè pronunciatum,& ſimilia verba;tunc per illam ſentẽtiam non erit conſuetudo interrupta:cùm apparet cõtinuatio primæ voluntatis:alioquin propter nouum,& vltimum conſenſum,cenſeretur interrupta,arg.ff.de lega.iij.l.fideicõmiſſa.§.ſi rem.arg.d.l.ſpurij.§.pater.ff.de decu.Nam cõſenſus in ſententiam aufert perſeuerantiã cõtinuati cõſenſus in prima.ar.ff.de neg.ge.l.Neſennius. de reli.l.at ſi quis.§.plericꝙ.& de acquirẽ. hæred.l.ꝓ hærede.& de leg.j.l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.de lega.iij.ſi quis.in prin.teſtamẽti.Et cũ iſta determinatiõe debet intelligi gl.d.l.cùm de cõſuetudine. Trigeſimo quæro,iuxta
35 hoc,† quid erit ſi ad probandũ cõſuetudinem producãtur quatuor teſtes,quorũ duo deponũt ꝙ ſemel viderũt ſic actum tot præſentibus,alij duo deponunt alia die ſic actum præſentibus alijs:an erit cõſuetudo probata? Quidam magni doct.tenẽt ꝙ ſic:& inducunt glo.Ioan.poſitã.ff.de teſt.l.ob carmẽ.§. ſi teſtes.inducunt etiam pro ſe.l.arbiter.ff.de ꝓba.de aqua plu.arcen.l.ij.§.idem Labeo ait. Alij tenẽt cõtra,ꝙ iſti teſtes ſunt ſingulares:quia non cõcordant in eodem facto. quod requiritur ad eſſe conſuetudinis:licet concordẽt in aliquo actu particulari:ergo eam non probant. Facit quod no.ſ.qui nume.tut.l.j. Ad hoc extra,de teſti.c.tã literis.qđ ego teneo. Ratio,prout ſ.dixi in conſuetudine probanda requiritur, non ſolum vſus, & actus populi,ſed eorum frequentia. Iſti ergo teſtes licet probent vſum & actum populi,& in eo cõcordẽt:non tamen probant eius frequentiam quod patet:quia deponũt de pluralitate diuerſorum actuum:non autem de frequentia eiuſdem. Et per hoc patet reſpõſio ad gloſſam Ioan.& ad leges in contrarium adductas;quoniam ipſi teſtes concordant in actu, de quo principaliter agitur:& de eius eſſentia tractat,ſcilicet de depoſitione,& de memoria temporis:& ideo ſi duo concordãt circa actum vnum,ille actus eſt bene probatus;hic non deponũt de frequentia eiuſdem.quod in conſuetudine requiritur: vt ſuprà probaui.ſed de pluralitate diuerſorum actuum, prout patet.ergo conſuetudinem nõ probant, cùm deficiant in probatione vnius eorum,quæ requiruntur in ipſa inducenda,quę ſunt tria,vt ſupra oſtẽdi.ergo deficit probatio in toto: vt ff.de tranſactioni.l.cùm hi.§.ſi prætor.de itine. actuque priuat.l.iij. §.hoc autem.cum ſimilibus. Et hoc modo ponendo caſum dicta glo.Io.in dicta l.ob carmen poteſt ſaluari, videlicet ꝙ ſunt quatuor teſtes,& duo probant,& deponũt ꝙ viderũt me poſſidere vno menſe.& alij duo alio menſe:verum quia Ioan.aliter ponit exemplũ ibi,ſcilicet ꝙ teſtes erãt ſingulares, ſcilicet ꝙ vnus depoſuit ſe vidiſſe vno mẽſe,alius alio menſe,& ſic de ſingulis:idcirco illam glo.damnaui.quod dic vt ibi ſcripſi;arg. ſ.de teſtib.l.iuriſiurãdi.§.ſimili modo.& quod nota.in dicta l. prima.qui num.tut. Et eodem modo pone caſum in d.l.ſi arbi-

ter.&

ter.& d.§.idẽ Labeo.videlicet ꝙ fuerunt quatuor teſtes, & ſin guli duo deponuut de eodem actu, & in eo concordant. tunc enim ſinguli duo ſuum actum probabũt vt l.vbi numerus.ff. de teſt.Secus ſi ſeparatim,videlicet vnus de vno actu,alius de alio:tunc enim deficeret probatio,vt prædixi. Ad quod facit, ꝙ no.in Spe.de teſti.§.j.ver.ſed pone egi.& in ti.de inquiſi.§.j. ver.quid ſi vnus teſtis.& §.nunc videndũ.ver.de pœna.& ver. ſeq.& in tit.de teſte.§.iam de interrogatorijs.ver.ſed nunquid in tit.de noto.crimi.§.fama.ver.quid ſi teſtes. Facit quod dixi
36 ſuprà de eman.libe.l.j.ſuper probatione vera cõcordat Marti. Sili.in d.l.de quibus. Trigeſimoprimò quæro, † quid ſi iudex iudicauit bis contra legem præſente maiori parte populi,repe ritur tamen ꝙ aliquis contradixit,an cõſuetudo erit inducta? Iac.de Are.& Pet.tenent quod ſic:quia cõtradictio vnius ma≠ iori parti populi non obſtat:vt l.quod maior.ff.ad muni. & de reg.iur.l.aliud.§.refertur.Et facit quod dixi in quæſtione illa, videlicet an ſine cõtradictione conſuetudo poſsit induci. Nec obſtat.ff.de ſerui.ruſti.l.per fundum.& commu.prædio.l.rece ptum.quia ibi conſentiunt vt ſinguli iure priuato, hic vt vni≠ uerſi iure publico.Facit quod not.Dy.in c.quod omnes tãgit. extra de regu.iur.lib.vj.& quod ſ.dixi in quæſtione illa,vide≠ licet quantum tempus requiratur ad conſuetudinem indu≠ cendam.Sed Gul.de Cug.in l.ingenuum.de ſtatu hominum. ſic diſtinxit: quia aut conſuetudo iuducitur per legem, vt in vſibus feudorum: & in illis contradictio nihil operatur.Aut contra legem:& tunc ſic:argu.in auth.de defen.ciuita.§.ſi.ibi nullo reluctante &c.argu.pro hoc. quia conſuetudo ſecunda eſt debilior quàm prima: vt.ſ.ad Velleia.l.antiquæ.& quod ibi no.in auth.de non ali.§.quia verò veriſimile.& ff.de teſta. mili.l.eius militis.§.militia.Sed præcedens opin.mihi placet, per leges prædictas.Non obſtat §.ſi.de defen.ciuita.quia illud ſpeciale odio criminis ambitus:vt ff.ad legẽ Iul.de ambi.l.j.& quod ibi nota.Item non obſtat ſecũda ratio:quia hic quælibet conſuetudo cenſetur vniformis, propter idẽtitatem rationis. quæ eſt in d.l.quod maior.& l.aliud.§.j.quæ rationis identitas
37 hic ceſſat. Trigeſimoſecũdò quæro.†an cõſuetudo liget infan tes,& furioſos? Certè gl.tenet hic ꝙ ſic:quia lex ſcripta eos li≠ gat:vt l.diuus.ff.de offi.præſi.& ad l.Pompeiam.de parricid.l. pen.§.ſi.ergo & cõſuetudo non ſcripta,propter paritatem cau ſæ potentiæ, & effectus vt d.l.de quibus. Non obſtat.l.qui ad certũ.ff.loc.vt hic no.videlicet,quia ibi loquitur in cõtractib⁹ priuatorũ,ex eorũ conſenſu ſolummodo inducẽdis hic in con ſuetudine publica,cõſenſu maioris partis populi,ad hoc habi≠ lis inducta.Facit quod ſ.dixi in quæſt.illa,ſcilicet,quorũ con≠ ſenſu requiritur in cõſuetudine inducẽda.Licet ergo iſti con≠ ſentire nõ poſsint,tñ propter habiliũ cõſenſum ligãtur:quorũ cõſenſus ſcilicet habilium hic requiritur, non autẽ inhabiliũ, §.argu.ff.de mune.& hono.l.ad rempublicã. & l.vt gradatim. & ſi lege.& quod not.ff.de ope.no.nun.l.j.§.nũciatio. Gul.ve rò in d.l.ingenuum.ſic diſtinguit in minoribus. Aut eſt talis actus,in quo minores admittuntur vt maiores;vt in matrimo nio,& in donatione ꝓpter nuptias:vt Inſti.de nuptijs.in prin. & no.ſ.de mino.l.ait prætor.§.j.& tunc ſic.verbi gratia, dicat cõſuetudo ꝙ vxore defuncta in matrimonio ſine liberis, mari tus lucretur dotem,talis cõſuetudo ligabit etiã minores: quia vniuerſitas maiorũ,quæ induxit eam ſolùm debet attẽdi:vt ff. quod cuiuſcꝙ vni.not.l.ſicut.§.j.de in ius voc.l.ſed ſi hac.§.qui manumittitur.& de rer.diui.l.in tantum.§.vniuerſitatis.& ar. ff.de leg.l.ſeruis legatis.§.quibus.& quia facit ad hoc lex ſcri≠ pta.l.Aemilius.ff.de mino.& ff.ex quib.cau. in poſ.ea.l.apud Iulianum.in prin.ergo & eos hoc caſu licet cõſuetudo non ſcri pta,propter paritatem cauſæ potẽtię & effectus:vt d.l.de qui≠ bus.Facit quod ſ.proximę dixi. Aut eſt talis, in quo minores non admittũtur vt maiores verbi gratia,eſt conſuetudo ꝙ nul lus põt petere vẽditiones rerũ reſcindi,occaſione minoris prę tij dimidia iuſti prætij,& certè minor tali cõſuetudine non li≠ gatur,propter reſtitutionẽ: vt ff.de mino.l.j.& arg.ad hoc ff. de mune.& hon.l.vt gradatim.§.& ſi lege.Sed multum obſtat ſibi.ff.de admi.tuto.l.ſi ſine hærede.§.Lucius. Sed reſpondeo, ꝙ ibi fuit inducta conſuetudo ſpecialiter,& expreſsim in per≠ ſonis minorum: hic non. Vel ibi non contraxerat minor, ſed maior,cui ipſe ſucceſsit.arg.d.l.Aemili⁹.& l.apud Iul. in prin ci. Martinus Sili.in l.de quibus.in princi.tenet præcedentem
38 opi.Pet.& gloſſæ. Trigeſimotertiò quæro, † an conſuetudo liget clericos.Pet.ꝙ non.quia clerici & laici ſunt diuerſi popu li.ꝙ patet:quia habent diuerſos iudices. arg.ff.de offi. aſſeſ.l.ſi eadem.vnde clerici non habent cõmune cum actibus plebeio rum.ſ.de epiſ.& cle.l.placet.& de teſt.l.conſulta. Itẽ quia cleri ci ſunt maiores cꝫ laici:vt ſ.de ſum.tri.l.iij.ergo non ligãtur eo rum conſuetudine,& ſtatutis,niſi conſenſerint, ar.ff.de origi. iur.l.ij.§.deinde cùm eſſet.& Inſti.de iure natu.§.plebiſcitum. Contrarium no.ff.de poſthu.l.ex ea.Sed Inno. tenet primum extra,de conſti.c.quæ in eccleſiarum.& c.eccleſia ſanctæ Ma≠ riæ.& per Gul.in d.l.ex ea.Et cõtra iſtos eſt communis opi. ꝙ ſi clericus agit contra laicum in foro tẽporali,ꝙ ſeruetur con≠ ſuetudo & ſtatutũ populi,quod eſt ad litem ordinandã: aliàs non.Et ſic intelligitur ſecundùm quoſdam extra,de fo:cõpet. ca.ꝙ clericis.de iureiuran.c.j.& ij.quę no.Hoſt.in Summa,de conſuetudine.Facit quod dixi.ſ.de epiſcopa. audien.l.epiſco≠
39 pale.per Gul.Trigeſimoquartò quæro,†quid ſi alia conſuetu do eſt in foro actoris,alia in foro iudicij: alia in foro rei: quæ debeat ſeruari? Reſpondeo:diſtingue vt no.Odoffr.l.ſ.proxi. videlicet quod aut ſpectat ad litis ordinationem: & ſeruatur illa,quę eſt in foro iudicij. Aut ad litis deciſionem: & tũc illa, quæ eſt in foro contractus:vel in loco contractus vt l.j.in prin ci.ff.de vſur.de euict.l.ſi fundus. Nec obſtat.ſ.de emanc.lib.l. j.quia ibi in actu iudiciali,& contractus idem eſt:hic in diuer≠
40 ſis,vt ibi dixi. Trigeſimoquintò quæro,†quid ſi populus vti tur contra cõſuetudinem:an erit interrupta. Certè gloſſa ma≠ gna hic diſtinguit in fine. Tu dicas latius ſecundũ Martinum Sili.& alios Modernos in lege de quib⁹.videlicet,quod ſi po pulus poſt conſuetudinẽ præſcriptam per errorem vtitur con tra illam,non interrumpit illam:quia non habet animum eam tollendi.argu.ff.eo.lege quod non ratione.& idem de iuriſdi ctione omnium iudicum.lege ſi per errorem. & ſuprà de iuris & facti ignorantia.lege non idcirco. Si verò ex certa ſcientia venit contra legem,non ſimpliciter,ſed legem condendo con trariam,tollit eam: vt.ff.de ſepulchro violato.l.iij.§.diuus. Si verò ſimpliciter ex certa ſcientia vtitur cõtra eam non legem condendo:ſi quidem ille vſus eſt ſufficiens ad nouam conſue≠ tudinem contrariam inducendam,quod qualiter contingit ex præmiſsis apparet,tunc tollit eam:argu.ff.de regul.iur.l.nihil tam naturale.& de ſolution.lege prout quiſque.& Inſtitutis. de iure natura.gentium & ciuili.§.penultimo.Si verò ille non ſit vſus ſufficiens ad contrariam conſuetudinem inducẽdam, non tollit eam legitimè præſcriptam. argumen.ff.de pactis.l. ſi vnus.§.pactus.verſiculo.ſed ſi pactum.Secus in principe:vt in authentica.vt omnes obedien.iudi.prouin.§.arripiat colla≠ tione ſexta.ſed non præſcriptam,nam talis vſus contra ius po puli bene interrumperet:vt hic nota.& de regu.iur.l.nemo.§.
41 temporalis. Trigeſimoſextò quæro,†an ſtatutum, vel conſue tudo ciuitatis vendicet ſibi locum in caſtris ſibi ſubiectis. Cer tè gloſſa in dicta l.ex ea.ff.de poſtu.tenet quod ſic. Et videtur caſus Inſtitu.de ſatiſda.§.fina.Guliel.authen.in dicta lege in≠ genuum.ſic diſtinguit,quod aut illud caſtrum in illo caſu ha≠ bebat conſuetudinem ſeu legem ſpecialem,quod poteſt:vt di≠ xi ſuprà in quæſtione,an pars populi ciuitatis poſsit ſibi con≠ ſuetudinem facere:tunc non:quia debet conſuetudo ſua ſerua ri,vt ſuprà dixi ibi. Aut tempore conſuetudinis ciuitatis illud caſtrum de illo caſu non habebat legem,ſed conſuetudinẽ ſpe cialem,& aut illud caſtrum erat de diſtrictu,& iuriſdictione il lius ciuitatis,& tunc ſic.arg.ſ.de epiſco.& cler.l.nulli.& de na turalib.libe.l.ſi quis.& ff.ad municip.l.qui ex vico. Aut illud caſtrum non eſt de diſtrictu & iuriſdictione illius ciuitatis:& tunc non:cùm habet ſuos fines, ad quos ſuæ ciuitatis conſue≠ tudo extendere nequit.argu.ff.de acquirend. rerum dominio. lege in agris.Ad hoc ſuprà de officio præfect. prætorio Afri≠ cæ. lege in nomine Domini. in princip. in prima columna. & infrà de fun.limi.lege quicunque. libro vndecimo. & facit.ff. de lega.iij.l.prædijs.§.penul.in fi.de fundo inſtru.l.Seiæ.§.Ty rannæ.l.prædia.in fine. argu.ff.de damno infecto.l.ſi finita.§. ex hoc edicto.hoc in caſtris ciuitati ſubiectis, tempore dictæ
42 conſuetudinis. Trigeſimoſeptimò quæro, † quid in caſtris poſtea ſibi vnitis. Tenet Guliel.quod ſi dicta vnio vel tranſ≠

latio ſit facta per principem:tunc ſic:quia facta perfectè videtur:& ideo ſecundùm ciuitatis conſuetudinem debet regulari.arg.de excu.tut.l.idem Vlpianus.§.fi.& de re iud.l.quidam conſulebant.& ſuprà,de nup.l.Imperialis.Nam quod iuris eſt in principali,idem iuris debet eſſe in eius adiuncto.ff.de pact. dota.l.inter.§.cùm inter.& ſ.de dona.ante nup.l.fin.circa medium.l.ad hoc etiam.ff.de hære.inſti.l.liber homo.§.Titius. & ad Trebel.l.Papinianus.Ad quod facit optimè in aut, vt iudi. ſine quoquo ſuffrag.§.illud.& ff.de iudi.l.inſulæ Italiæ. & de excuſ.tuto.l.non tantùm.§.Illyrienſibus. & facit quod not.C. de Metropol.l.j.lib.xj.Aut per alium præterquam per principem eſt facta vnio:& tunc refert:quia aut caſtrum tranſiuit in diſtrictum & iuriſdictionẽ ciuitatis:& tunc idem.Aut non:& tunc non,per ea quæ dixi ſuprà,in pxi.q.& dixi ſ.de iure do.l. etiã.& tractaui in dicta l.ſi finita.§.ex hoc edicto. Trigeſimo-
43 octauo quæro de quæſtione ardua †:quid ſi emergit caſus nõ deciſus lege ſcripta,nec cõſuetudine:& eſt ſimilis legi ſcriptæ pro vna parte:& ſimilis conſuetudini pro alia cõtraria;quæro quid iuris:verbi gratia:quæro an emphyteuta habeat, vel habere debeat incrementum alluuionis? à ſimili facit lex ꝙ ſic: quia fructuarius debet habere ff.de vſufruc.l.item ſi fundi.§.j. Simile cõſuetudini facit ꝙ non:quia vaſallus non debet habere:vt x.colꝰ.in tit.de controuer.inueſt.§.ſi quis de manſo. dicit Mar.Sili.ꝙ ſimile conſuetudini debet ſpectari:quia magis eſt ſimile,cùm vtile habet dominiũ ſicut vaſallus:fructuarius autem non habet dominium directum,nec vtile.Gul. enim contrarium dicit:ꝙ ſimilis lex debet ſpectari:quia ſimile cõſuetudinis procedit per locum à ſimili:lex procedit per locum à maiori,quod eſt fortiusvt no.in l.j.ſ.de neg.geſt.Trigeſimonono
44 quæro.†quid ſi vtrũq; ſimile procedit pariter per omnia. verbi gratia,quæritur an emphyteuta debeat habere ita incremẽtum alluuionis? ſimile legis facit ꝙ ſic: quia ſuperficiarius debet habere.Simile conſuetudinis facit ꝙ non:quia vaſallus nõ debet habere.Reſpõdeo,ſimile legis debet ſpectari.Ratio: qa iſta cõſuetudo eſt cõtra legem:& ideo ad cauſam ſimilem non extenditur. arg.ff.eo.l.quod non ratione. & quod ſuprà dixi,
45 †Vltimò,quicquid doct.in hac materia ſcribunt,diſtinguendo ſic concludo ꝙ aut conſuetudo eſt contra legem,aut prꝛeter legem:in ſecundo caſu cõſtat eam debere ſeruari, per l.j.ſ.e.& de ædi. priua.l.an in totum. & in d.l.de quibus. in j.reſponſo, Primo caſu,aut cõſuetudo eſt cõtra ius naturale:& non debet ſeruari:vt Inſti.de iu.nat.§.ſed naturalia.& de legi. ag. tute.§. fi.& ſ.de cap.dimi.l.eas. Aut cõtra legẽ diuinam:& idem facit quod not.ff.de conſti.princip.l.j.in princ.& ſ.ſi contra ius vel vti.publ.l.fi.de vſur.auth.ad hæc. Aut contra ius gentium:& idẽ:vt d.§.ſed naturalia.cũ ſimi.niſi ex cauſa: vt ff.cõmu.prædio.l.vẽditor.§.ſi cõſtat. Aut eſt cõtra ius ciuile:& tunc aut eſt expreſsè reprobata ꝙ legẽ:& nõ valet;vt ſ.de vſur.l.eos.§.pen. & de ſacroſan.eccl.auth.caſſa.de fur.auth.nauigia cõia de ſucceſ.auth.omnes peregrini.& ff.ad le.Rho.de iac.l.deprecatio. ſecundũ vnã lec.& in auth.vt nulli iud.§.nulli verò.Aut non: & tũc aut eſt inducta per cõſenſum erroneum cõtra legem:& tũc nõ valet,vt ſ.dixi in illa q.an per cõſenſum erroneũ cõſuetudo poſſet induci aut ex certa ſciẽtia: & tũc aut præcedit legẽ:& tunc qdã diſtinguũt,ꝙ aut apparet ex tenore dictę legis eius latorẽ ſenſiſſe vel ſciuiſſe cõſuetudinem localem: & tollit ipſam:vt ff.de ſepul.vio.l.iñ.§.diuus.Aut nõ:& tũc nõ,ſed illa lex ſuccũbit,vt extra,de cõſti.c.j.li.vj.& ſ.de teſta.l.fi.Ego aũt ſic dicovt ſ.dixi in opp.iij,ꝙ aut dicta cõſuetudo eſt cõtra legẽ: & lex ſequẽs cõtraria illi cõſuetudini tollit eã:vt d.§.diuꝰ.Aut præter legẽ:& tũc nõ,ſed lex ſuccũbit ibi:vt d.c.j.extra, de cõſti.& l.fi.ſ.de teſt.& in autꝰ.de nõ alie.§.qaverò veriſimile.cũ ſimi. Aut cõſuetudo eſt gñalis:& vincit legẽ generaliter:vt d.l. de quibꝰ.Aut eſt ſpecialis,& localis,& vincit eã ſpecialiter in eo loco,vt hic,in prin.ſecundũ vnã lec.& ff.cõia prædi.l.vẽditor.§.ſi conſtat.& de admi.tut.l.ſi ſine hærede.§.Lucius. & de polli.l.Imperatores.in fi.non generaliter in omni loco:vt in fine huius legis,ſecundùm vnam lect.& veram, vt ſ.dixi in ſol, primi & ſecundi contrarij:& ſic eſt finis iſtius repetitionis.

De donationibus. *Rubrica.*

LEX I.

a EMptionũ. [a] Qui donat inſtrumẽta emptionũ,videt donare res emptas.h.d. Tene mẽti hãc legẽ & ſimiles notatas in gl. ꝙ q tradit inſtrm,videtur tradere illud ꝙ cõtinetur in eo: quod allegabo tibi cùm ſumes conuentum in ſermone.

LEX II.

INominis. Cùm actio ceditur:debitoris cõſenſus non requiritur.h.d.

LEX III.

Spem. Spes poteſt cedi,hoc dicit.

SIfunctiones. Gl.legit hanc legem duobus modis. Primo modo, ſolutio
b tributorũ[b] non probat aliquem eſſe dñm.h.d.

SIdonatio. Verbum, dono, in vltimis voluntatibus, fideicommiſſum inducit, etiam parte abſente.hoc dicit.

Nec ambigi. Donatio,quæ incipit à traditione, poteſt perfici inter abſentes.h.d.

GEnſualis. Hæc eſt bona lex,& mẽti tenẽda. Idẽ etiam de ſequẽti breuiter dicit. Aſſignatio in cẽſum[c] non præiudicat domino non cõſen
c tienti:ſed ſi conſenſerit,vel ipſe pro alijs aſſignauerit,videtur donare:niſi probet contrarium.hoc dicit cum l.ſeq.

LEgem,quam. Vt pactum donationis impleatur,ex ſtipulatione,vel præſcriptis verbis agitur.hoc dicit.

Nemo. Nemo videtur donare, de quo nõ cogitauit.hoc dicit.

Nec ignorans. Donatio collata in filiũ in poteſtate non valet:ſecus in emancipatũ.h.d.

Cùm de bonis. Donatio facta in filium emancipatum,valet.hoc dicit.

Portionem. Pars pro indiuiſo poteſt donari.hoc dicit.

Si aliquid. Breuitas epiſtolæ nõ vitiat donationes.hoc dicit hæc lex.

Si filius. Nemo dat quod non habet.hoc dicit.

Aeris alieni. Aes alienum non ſequitur fundum,ſed ſucceſſorem vniuerſalem.h.d.

LIue. Filio emãcipato poteſt donari:facta donatio filio in poteſtate per emancipationẽ cũ pacifica poſſeſsione.poſtea cõfirmaꝰ.hoc dicit hæc bona lex.

Si donationis. Actio furti iam facti ciuilis, poteſt remitti.hoc dicit.

Si auia. Mulier poteſt donare extraneis,etiam res ab eius parentibus habitas.hoc dicit.

Vice. Alius poteſt pro donante ſubſcribere.hoc dicit.

COnſtante. Mulier non poteſt donare dotẽ cõſtante matrimonio.hoc dicit. Secũdò dicit gl.quod ſpem actiõis de dote poteſt donare. Vide gloſ.& ſigna eam bene.

a VMres. Vt pactũ donationis impleatur, agitur præſcriptis verbis.hoc dicit.

SIea,quæ. Res à me donata, poteſt mihi donari.hoc dicit.

b SIpatri. Donatio facta ab eo, cui non ſucceſsi,nihil mihi præiudicat.hoc dicit.

DOnatio. Hæc lex tota loquitur quando actum eſt,vt donatio fiat in ſcriptis.Secũ
c dũ gl.omnis donatio requirit inſinuationem ſecundùm quod leges præcipiunt,ſi licet ſi quantitatem taxatam excedat.

DOnatio. Donationes in ſcriptis debent fieri forma hac lege conceſſa. hoc dicit.

Vide

¶ Emptionum.Iſtam legẽ declara,& intelligite,vt habes per Alexan.in l.unj.in prin.de acqui.poſ.vide Bald. in l.fi.qñ fiſc. vel priua.& ad hãc legẽ vide Bal.in l.ab emptione.in iij.col.ff.de pac.

¶ Tributorum.Solutio tributorũ nõ probat dominiũ:vide tamen Bal.in authen. ſi quis.de natu. libe. & l.ſi pater,& ibi Bart. ſ.de act.emp.

¶ Cenſum.Iſta donatio non requirit inſinuationem, ſecũdum Bal.in l.illud.in pe.colum.de ſacroſan. eccl. & adde l.cùm quis. ſecundum Bar.ibi,de acquir.re.do.

Vide gl. quæ est hic, super verbo cognominata. Nota ex hac l. q donatio causa mortis debet ĩsinuari [a]. Secũdò not. q donatio licet non sit facta simpliciter: tñ debet insinuari, si excedat quãtitatẽ. Quod no. qa videtur hoc contra gl. quæ est in l. Aquilius. ff. eo. Vos videtis in plurib⁹ legibus huius tituli, & in iure fit in pluribus locis mẽtio insinuationis. Quid enim est donatiõis insinuatio [b]? Certè q fiat in actis corã iudice, vt hic videbitis, & in l. sancimus. j. eo. & Azo. in summa huius tituli.

LAta. [c] Aliàs Data. Donatio quę debet fieri in scriptis, debet fieri modis præallegatis. etiã si fiat in coniunctam personam. h.d. Et tenet menti ver. gesta. in fi. quia est notabilis casus. Vbicunque igitur fiat in actis donatio, non est curandum.

QVisquis. [d] Rei donatæ detinens vsumfructum, rem videtur tradere. h.d. Not. q quotidie occurrit, & est notabilis casus.

IN extraneos. Extraneis, & ignotis potest donari. h.d.

IN hac. Donatio in vrbe debet insinuari corã magistro cẽsus, in alijs apud pręsides prouinciarũ: vel defensores ciuitatũ. h.d. Nota hũc tex. Quæro an in donatione quæ insinuatur, requiratur aliqua causæ cognitio: debet ne aliquis citari [e]? Dico q non, sed solũ acta requirũtur: vt per ea donatoris voluntas cõprobetur: vt hic dicit notabilis textus.

IN donationibus. In actis iudicialib⁹ nõ sunt necessarij testes [f]. h.d. tene mẽti istã legem.

SEcundum. Donatiões in vrbe debent insinuari coram magistro cẽsus: & non corã alio, contra faciẽtes legitimè puniuntur. hoc dicit.

ILlam subtilem. Hæc ẽ bona lex. Mãdatũ ꝓcuratoris in rẽ suã seu actoris concessio morte mãdatoris cedẽtis nõ extinguitur [g]. Et ꝓcurator in rem suã ante litẽ cõtest. & post, põt aliũ constituere. h.d. no. De primo dic vt dixi in l. j. ſ. de act. & obl. De secũdo dic vt vidisti. ſ. de ꝓcur. l. neq. & l. quod quis.

SAncimus. [h] Donatio vsque ad trecentos aureos insinuatiõe [i] nõ eget: vltra debet insinuari nisi esset donatio imperialis, vel facta ad pias causas, quæ vsque ad quingẽtos aureos ab insinuatione est libera. h.d.

NE autem. Hic est bonus casus, & sequẽs, vbi propter immensam donationem communio rei indu [l] citur, licet domino maioris partis pretium offerre, & totum possidere. Aliàs diuiditur, si est diuidua. Si verò indiuidua, in dominum maioris partis transfertur prædicta potestas. hoc dicit.

[f] *Clausula, quod tot intelligũtur donationes, quot res, quid operetur.*

SI quis. Hic est bonus casus. In donationibus, quæ diuersis tempo [k] ribus celebrantur, cuiuslibet quantitas [k] [a] per se contẽplatur. h.d. Quæro, †circa hãc [m] legẽ de illa clausula, quæ cõsueuit apponi in donationibus. tot intelliguntur esse donationes, quot sunt res: vtrũ valeat. Certè non, quia hoc solum debet inspici, vtrum eodem tempore sint factæ, vel non: vt ex hac lege, & gl. manifestè colligitur.

[g] *Qui promittit decem annua, intelligitur promittere in uita sua.*

[a] *Et an legibus de insinuatione loquentibus possit renunciari.*

SI quis autem. Donatio annua ĩ vita cõtrahẽtium collata, pro quolibet anno videtur vna per se separata: secus si ad hæredes extẽdatur. [l] h.d. Nota istũ tex. [l] ibi: sinautẽ etiã hęredẽ [a] &c. q †ille, qui promittit decẽ annua, intelligatur in vita sua, nisi de hæredib⁹ expresse fiat mentio. Licet contrarium videatur velle glo. in l. si Stichum. ſ. stipulatio. ff. de verbo. obliga. vbi dixi tibi. Quæro, vtrum [2] †istis legibus. quæ de insinuatione donationum loquuntur, possit renunciari. Breuiter respondeo, non: nam legibus, quę inducunt certam formam in constituendis actibus hominum, renunciari non potest: vt ff. de pact. l. ius publicum. & l. nemo potest. ff. de lega. j.

[m] SI quis argentum. [m] Qui donat argentum potest illud tradere in materia, & specie, & in pecunia signata. hoc dicit. Vide glos. super ver. æstimatione. quam vide. & not. de qua materia feci tibi quasi vnam repetitionem, in l. Paulus. ff. de solu.

[n] SEd & si quis. [n] Si donatur res, vt vniuersitas, & interueniat traditio vera, vel ficta, donatio dicitur esse perfecta, si interueniat stipulatio, ad perficiendum cõpellitur: si simplex conuentio huius legis authoritate, vt perficiat compellitur. hoc dicit.

---

a ¶ Insinuari. Donatio causa mortis non insinuatur: sed est econtra in l. fi. j. de donat. causa mor. & gl. in l. j. j. eo. & Bar. in d. l. fi. j. eo. & quod no. Bal. in authen. ex testamento. in ij. col. de colla.

b ¶ Insinuatio. Quid est insinuatio, adde Bal. in auẽ. si omnes. si vt se ab hære. absti. Bar. in l. Modestinus. ff. eo. & Bal. in l. illud. dè sacrosan. eccle.

c ¶ Lata. Vide ad hãc legẽ quod no. Bart. in l. post contractum. in ij. col. ff. eo.

d ¶ Quisqs. & ad hanc l. vide quæ habes in l. ij. in prin. de acq. pos. fallit vbi requirit vera traditio, & vbi esset suspicio fraudis, secundũ Bal. in l. j. ĩ. de vsufr. Sed quid cõtra an per retẽtionẽ proprietatis videretur facta traditio vsusfructus, seu vtilis dominij, dic q non. l. iij. ſ. dare. ff. de vsufruc. & no. Bal. c. j qd fit inuestitura. & in princ. vt hic.

e ¶ Citari. In insinuatione non debet pars citari. vide Barto. in l. Modestinus. ff. e. Bal. in l. j. ſ. illud. de temp. app. & in l. j. in princ. ĩ. de li. cõte. & in l. j. et ij. qñ li. prin. da. melio⁹ in l. illud. ĩ. de sac. san. eccle. & in auẽ. eo de cursum. ĩ. de don. ante nupt. & idem firmat Bal. in l. fi. ſ. fi. de iur. do. Adde, an notarius possit insinuare donationem: & an iudicis requiratur authoritas, vel decretũ, Bal. consi. ccciij. j. lib.

f ¶ Testes. Idem tenet Spe. in ti. de instr. edi. ſ. restat. ver. sed cũ literis. Et hoc obseruat ĩ practica, sed cõsidera propter text. in l. post mortẽ. ff. de adopt. & hanc l. intellige fin. dicit gl. in auẽ. de hære. & fal. ſ. si verò absit. Quãdoque q nõ requirãtur subscriptiones testiũ: sed nomina eorũ quod no. ex no. p gl. in c. qm̃ contra. & ibi vide domi. & hic Cy. & Bal. & Bar. in l. si ꝓcurator. de cõdi. ob cau. dicit hic verũ, nisi vtroq; cõsentiente. quod no. in l. falsus. ĩ. de fur. & vide gl. & doct. in l. gesta. ĩ. de re iud. & Bal. in auẽ. sed hodie nouo. in pe. col. ĩ. si cer. pet. & Bart. in rub. de fi. instru. in ij. eo. vide Bal. in l. illud. ĩ. de sa. san. ecc. ĩ ij. co.

g ¶ Extinguitur. vide oino l. fi. in prin. ff. eo. & no. p Bart. in l. ij. ſ. sed si qs. ff. de don. Sed an possit reuocari expresse Bal. in l. j. in vj. col. de act. & obl. ĩ. tenet q nõ: nisi trib⁹ casib⁹, in quib⁹ in l. ij. ĩ. de noua. alle. gl. in l. fi. cut. ſ. si procurator. ff. qui. mod. pign. vel hypo. Sol. Vide ibi Bal. in l. j. in ij. & ij. q. & adde quod Pet. & Cy. in l. si quidem. suprà, de actio. & oblig. per illum tex. volunt, quòd mandatum in rem suam morte finiatur &c. hic erat cessio, non mandatum. Vide Bald. ibi & adde quod si cedens actionem iniuriarum, decedit re integra, finitur cessio, secundum Bal. in l. fi. ĩ. de hære. ven.

h ✠ P. P A V. P. ¶ Sancimus. vide quæst. tactam per Ias. in l. licet inter col. fi. ver. secundo habes. C. de pact.

i ¶ Insinuatione. Sed quid si quis donat vltra quantitatem hic à lege taxatam, cum aliquo onere adiecto, quod in effectu transit valorem quãtitatis vltra istam summam: vtrum egeat talis donatio insinuatione? Et dicit idem Bald. per illum text. quod non, in l. sed si hæc. ſ. cuidam. de condictio. & demonstratio. & ibi sequitur Imol.

k ¶ Quantitas. Nota & per Barto. in l. rectè Sabinus. Et de hac materia not. Specul. de dona. & in titu. de instru. edi. ſ. porro. versicu. donatio autem. vbi sentit contrarium. Sed Ioan. Andr. ibi non sequitur eum & vide etiam ad prædicta ibi Ioan. Andr. & adde Specu. de dona. ſ. j. super ver. quod dã. vbi ponit aliqua notabilia.

l ¶ Tex. An promissio annua transeat ad hæredem, vide Barto. in dicto ſ. stipulatio & ibi doct. & vide Bar. in l. si idem. in princi. de iurisdi. om. iudi. in ver. quæro. vtrũ isti is legibus possit renunciari insinuationi, vide Bart. in l. Modestinus. ff. eo. & quod not. in l. si qs in cõscribendo. ĩ. de pact. & quod ibi Barto.

m ¶ Si quis argentum. Sed hæc lex nõ habet locum in præsumpta donatione vt oriatur actio, secundum Bal. in l. si pacto quo pœna. suprà, de pactis. & Angel. in l. iuris gentium. ſ. igitur nuda. ff. de pact. videtur velle Bartol. in l. iuris gentium. ſ. quinimo. & l. hactenus. ſ. primo. de consti. pecu.

n ¶ Sed & si quis. Et licet Bartolus dicat, quòd donatio solo cõsensu ꝓficitur: vt institu. eo. ſ. aliæ autem, tamen bene ad hoc ne ab alio possit vel alteri obligari requiritur traditio vera, ad hoc vt dicatur perfecta. Ita dicit not. Bartol. in l. j. ſ. de iure fisci. per l. fina, ſ. Lucius. ff. de donat. quod est menti tenendum secundũ ipsum, & vide quod notat Imol. in l. Aquilius. ff. eodem. Et an habeat locum in donatione ante nuptias, vide gl. & Baldũ in lege prima. suprà donatio. ante nupt. An iste text. habet locum si factũ promittat pacto nudo. vide Bartolum. & ibi Alexandrum in l. iuris gẽtium. ff. de pactis. Et an habeat locum in pacto declinando, vide in eadem lege. ſ. primo. Vide aliquas limitationes p Bartolum in ſ. quinimo. & in lege si vxnus. ſ. pactus. circa medium. & in omnibus Alexand. an habeat locum in donatione causa mortis: glossa est quod sic, in lege cùm pater. ſ. Mæuio. de legatis secundo. adde Imolam, in lege, qui in potestate. in principio. ff. de testamen. vbi allegat glossam in dicto ſ. Mæuio. de legatis secundo. & tenet Baldus in lege si donationis. suprà de contrahenda emptione. Et an habeat locum in factis, vide Baldum in lege cùm virum. suprà de fideicommiss. Et an habeat locum in donatione remuneratiua? Bartolus incidenter in lege iuris gentium. in vltima columna in ſ. quinimo. tenet quod non. Contrarium tenet ibi Alexander, vbi vide. & dum hic loquitur de ista ficta traditione, vide quid sit reseruatio proprietatis, an dicatur ficta traditio? per Alexandrum, in lege tertia. in principio. de acquirenda possessione.

SI quis pro redẽptione[a]. Donatio quæ fit in redemptionem captiuorũ, inſinuatione non eget: & ille, qui hoc officium ſuſcepit, ad ipſum expellẽdum cõpellitur. Item in donationibus quas magiſtri militũ cõferunt in milites: & in his quæ donantur in reparatione domus combuſtæ: & quòd in caſibus prædictis pecunia ſic expẽſa iuramento probatur, & donationes hodie, vſque ad quingẽtos aureos inſinuatione nõ indigent. h.d. No. tex. ibi: ſed tantummodo ſacramentum præſtare. pro iſtis executoribus vltimarum voluntatum, qui debẽt iurare ſe dictam quãtitatẽ in pijs cauſis expendiſſe.

De donationibus quæ ſub modo, vel conditione, vel ex certo tẽpore cõficiũtur. Rub.

LEX I.

SI doceas. Si pactum donatiõis non ſeruatur[b], poteſt res actione vtili vendicari, & cõdictione ob cauſam agi. h.d. Opp. q̃ imò detur alia actio. ſcilicet pſcriptis verbis: vt. ſ. ti. j. cùm res. So. Fateor, q̃ omnes iſtæ tres actiones concurrunt. Sed contra hoc opponitur: qa nemo condicit rem ſuam, prẽterquàm à fure: vt l. fina. ff. vſufru. quemadmo. ca. ſed hic datur rei vendicatio, & cõdictio. ergo malè. Sol. Iſta vẽdicatio[c] †, quæ datur hic, datur vtilis fauore alimentorũ ſecundùm glo. hic poſitam. vnde non poteſt dici propriè res mea: meritò mihi cõceditur condictio vtilis: ergo vendicatio vtilis bene cõcurrit cũ condictione: ſecus in directa. De hac materia plenè dic vt l. j. ff. de dona.

LEX II.

SI prædiorum. Valet pactum q̃d poſt certum tẽpus res ad donantem reuertatur. hoc dicit.

LEX III.

QVoties. Ex pacto appoſito traditioni rei meę, alteri etiã extraneo, & eius hęredibus, actio poteſt quæri[d]. h.d. hic eſt bonus caſus, Tene menti. Eſt ergo vnus de caſibus, in quibus alteri per alterum quæritur actio. Simile vidiſtis. ſ. ad exhib. l. penulti.

PErfecta donatio. Poſt perfectã donationẽ non poteſt ei conditio adijci inuito donatario. hoc dicit.

SI quid. Non refert q̃d ex æq̃pollentibus fiat. h.d.

De reuocandis donationibus. Rubrica.

LEX I.

ET ſi perfectis. Donatio facta in libertum, ex leui ingratitudine reuocatur[e] p patronum; ſecus in hæredibus eius. h.d.

LEX II.

SI apud. Licet inſtrumenta donationis ſint ſubtracta: propterea nõ reuocatur donatio. hoc dicit.

LEX III.

POſſeſſionem. Sola pœnitẽtia donationem non reuocat. h.d.

CVm profiteàris. Ex cã turpitudinis donationis, nõ reuocatur donatio. h.d.

SI donationem. Nõ debet donatio reſcindi per reſcriptũ. hoc dicit.

VElles necne. Quando mulier donat, pſentia mariti vel filiorum non requiritur. hoc dicit.

Omnes pœnæ quæ habent locum in ſecundò nubentibus, habent etiam locum in non honeſtè viuentibus.

HIs ſolis. [f] Donatio facta ĩ filios ex cauſa ingratitudinis, reuocat̃ à matre quæ ad ſecũdas nuptias non trãſmittit. h.d. Vel aliter. donatio facta filio vitioſo non tenet. h.d. hæc lex. Not. primò ex hac lege qua donatio ex cauſa ingratitudinis reuocatur non proſequitur fundum: ſed datur cõtra ipſum donatariũ. Item nota † q̃ omnes[g] pœnæ ſtatutæ contra ſecundò nubentes, habẽt locum in his, qui non honeſtè viuunt. quod tene menti perpetuò; quia ſæpe allegatur.

SI vnquam. [h] Hæc eſt ſingularis & notabilis l. Donatio habet tacitam cõditionem, ſi donator liberos non ſuſceperit: ideo natis liberis reuocatur. h.d. Idẽ intelligit glo. & cuilibet extraneo ſi fuerit donatum. Et dicit gloſſ. quòd reddit ipſo iure; vel condicitur poſſeſſio. Et materiam huius legis & multas alias quæſtiones circa hoc dixi plenè in l. Titia. ſ. Imperator. ff. de legatis. ij.

DOnationes. Donatio facta in liberos, non reuocatur, niſi ex cauſa ingratitudinis. hoc dicit.

GEneraliter. [i] Donatio reuocatur ex cauſis hac lege inſertis. Sed ſi non reuocat donator; eius hæres reuocare non poteſt. hoc dicit.

De donationibus cauſa mortis. Rubrica.

LEX I.

SI donatione. Donatio cauſa mortis poteſt per fideicõmiſſum ſubſtitui. h.d. De hoc plenè in l. j. & ij. eodem titu. ff. & ibi per Dyn. & ibi dixi.

LEX II.

INteſta. Poteſt mulier cauſa mortis donando facere alium ſtipulari dotem ſuã ſalua Falcidia, ſeu legitima, quæ liberis eius debetur. hoc dicit.

CVm de mortis. Donatio cauſa mortis accedit vltimæ voluntati; & inſinuatione nõ eget, ſi q̃nq; teſtes legitimè interueniãt. h.d. Per iſtã legẽ puto correctã l. donatio. C. de dona. quæ videtur requirere quod in donatione cauſa mortis fiat inſinuatio.

Finis libri octaui. Sequitur nonus.

Qui accuſare non poſſunt. Rubrica.

Glo. ponit quæ perſonæ non poſſunt accuſare, quam vide' & nota & ſigna.

LEX I.

PRius eſt. Quando duo crimina intentantur, quorum vnum eſt præiudiciale ad aliud, ſuper grauiori proceditur[k], hoc dicit.

Secun-

---

